THESAURUS
ANTIQUITATUM
SACRARUM.

THESAURUS
ANTIQUITATUM
SACRARUM
COMPLECTENS

SELECTISSIMA CLARISSIMORUM VIRORUM OPUSCULA,

IN QUIBUS

VETERUM HEBRÆORUM MORES

LEGES, INSTITUTA, RITUS SACRI, ET CIVILES ILLUSTRANTUR:

OPUS

Ad illustrationem utriusque Testamenti, & ad Philologiam sacram, & profanam utilissimum, maximeque necessarium.

VOLUMEN DECIMUMQUARTUM.

AUTORE

BLASIO UGOLINO.



VENETIIS

MDCCLII.

APUD JOANNEM GABRIELEM HERTHZ, ET SEBASTIANUM COLETTI.

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

JOACHINO PORTOCARRERO

CARDINALI

FERDINANDI VI.

Hiſpaniarum Regis

AD BENEDICTUM XIV. P. O. M.

LEGATO.

BLASIUS UGOLINUS

FELICITATEM.

M*Aximæ a me agendæ, habendæque ſunt gratiæ*, EMINENTISSIME PRINCEPS, *V. C. mihique amiciſſimo Franciſco Benalio, quod ejus opera factum ſit, ut* ANTI-

QUI-

QUITATIBUS SACRIS, *quas edendas, illustrandasque suscepi, ex Tuis auspiciis plurimum compararetur præsidii, & dignitatis. Nihil enim illustrius, atque honorificentius contingere unquam mihi potuit, quam ut hæc mea studia, licet vetustate, præstantia, utilitate, & divina origine celebrentur, Tibi præcipue commendarentur, qui ab omni laude, & omnium gentium prædicatione commendaris. Nulla Tibi, ut tantam gloriam comparares, vel a natura, vel a fortuna, vel a disciplina præsidia defuere. Genere natus es, vetustate, opibus, imperiis, legationibus, præfecturis, rerum gestarum vel varietate, vel magnitudine, non in Hispania solum, sed in universa fere Europa clarissimo, nobilissimoque, ut Tibi aliunde quærendi non fuerint, a quibus ad gloriam excitarere. Domi aderant Majorum imagines, qui Te diu noctuque admonerent. Adfuit Tibi puero patruus Cardinalis, Vir omnium seculorum memoria celebrandus, a quo virtutum omnium exempla, quæ posses imitari, nulla defuere. Recensebat Tibi quotidie Patrum, & Avorum res gestas, quo Te domesticum decus admoneret. Celebra-*

brabat in primis Tuorum militarem gloriam, qua bellis Arabicis, Gallicis, & Belgicis vel Legati vel Imperatores claruere. Sua quoque in commemoranda Majorum gloria, in patriam referebat promerita, quibus Hispaniæ in tanta rerum perturbatione, & animorum dissensione salus, & incolumitas parta sit. Memorabat quanta fide CAROLO II. *quanto studio, & constantia* PHILIPPO V. *Regibus affuerit, ut sua qua pollebat gratia, & autoritate, confirmaretur illi regnum, quod ex testamento, atque hæreditario jure debebatur. Cum ex tantarum rerum perpetua commemoratione admonerere, Patruo præeunte, & muniente viam, & sua & Avorum, quæ adhuc extabant, impressa vestigia commonstrante, factum est, ut demesticum gloriæ patrimonium non tuerere solum, sed etiam cumulares. Prætereo quæ abs Te vel regiarum copiarum Tribuno, vel Legato gesta sunt; Illa vero, quæ abs Te Siciliæ, & Apuliæ Prorege gesta sunt, nullo modo præterire possum. Tanta enim felicitate, & prudentia utrique Siciliæ præfuisti, ut Tibi abeunti publice ab omnibus civitatibus maximæ,*

& im-

& immortales pro tuis maximis, & immortalibus promeritis actæ, habitæque sint gratiæ. Extant adhuc, extabuntque ad omnium hominum, omniumque seculorum memoriam sempiternam, Tuæ beneficentiæ, liberalitatis, prudentiæ, æquitatis, justitiæ, & pietatis monumenta. Quæ Cardinalis, quæ FERDINANDI VI. *Hispaniarum Regis Legatus Romæ gesseris, & geras, omnium judicio, & laude celebrantur. Prædicatur in primis sapientia, pietas, & humanitas, qua complecteris omnes, præsertim eos, qui a probitate, & doctrina commendantur. Liberalitas, & munificentia plane regia in literas, & omnes artes, quæ liberales appellantur, præ ceteris celebratur. Utinam* ANTIQUITATIBUS *quoque* SACRIS *Tua adsint præsidia, quæ ceteris Literis affuere! Vale.*

BLA-



BLASIUS UGOLINUS
LECTORI.

MEchiltha, & *Siphra*, duos vetustissimos, & eruditissimos, alterum in *Exodum*, & alterum in *Leviticum* commentarios, nunc primum a nobis ex Hebraico Latine redditos, in hoc volumine Tibi exhibemus: Uterque Eruditorum omnium judicio tantopere celebratus est, ut philologiæ sacræ thesaurus, & promtuarium habeatur. De autore *Mechiltha* varie sentiunt Judæi. Scriptor *Schalsch Hakkabalah* fol. 32. censet a R. Azai, nomine R. Akibæ inceptum, & a R. Ismaele fuisse absolutum; R. *Abraham ben Deor* in *Cabala* a R. Hoschaja, & R. *Menachem* in præfatione libri sui צרה לדרך a Raf scriptum esse contendunt. De autore *Siphra* pariter dissentiunt Judæi. R. *Maimonides* in præfatione יד החזקה, *Abarbanel* in præfat. ad נחלת אבות, & Rabi *Menachem* in præfat. צרה לדרך & autor libri שבילי אמונה tribuunt celeberrimo Raf, qui fuit discipulus R. Chajæ, & R. Judæ sancti. Rabi *Abraham Zacut* in *Juchasin* pag. 60. R. *David Ganz* in *Zemach* p. 44. & R. *Aharon aben Chajim* in præfat. ad suum commentarium קרבן אהרן autorem esse volunt R. Jehudam bar Elai, qui Adriano Imperatore Tiberiade claruit, aut R. Akibam ben Joseph. Autor הליכות עולם a Rabi Ismaele sacerdote magno scriptum esse contendit. *Siphra*, si Deus vitam, & otium dabit, in supplementis cum uberrimo & eruditissimo commentario R. *Aharon aben Chajim*, qui קרבן אהרן inscribitur, iterum dabimus. Difficile dictu est, quantum operæ in his commentariis emendandis impenderimus, ut ab omni labe, qua miserum in modum deturpati erant, prodirent emundati; *Mekiltha* & *Siphra* proxime *Siphri* vetustissimus & eruditissimus in *Numeros*, & *Deuteronomium* commentarius nunc primum a nobis ex Hebraico Latine redditus consequentur,

IN-

INDEX
OPUSCULORUM,

Quæ in hoc volumine continentur.

ME-



MECHILTHA

Commentarius antiquissimus, & eruditissimus in *Exodum*.

NUNC PRIMUM A
BLASIO UGOLINO
Ex Hebraico Latine redditus.

ויאמר יהוה אל משה ואל אהרן בארץ מצרים לאמר שומע אני שהיה הדבר לאהרן ולמשה. כשהוא אומר ויהי ביום דבר יהוה אל משה. למשה היה הדבר ולא לאהרן אם כן מה תלמוד לומר אל משה ואל אהרן אלא מלמד שכשם שהיה משה כלל לדברות. כך היה אהרן כלל לדברות. ומפני מה לא היה מדבר עמו מפני כבודו של משה. נמצא ממעט אהרן מכל הדברות שבתורה חוץ משלשה מקומות מפני שאיפשר. דבר אחר אל משה ואל אהרן למה נאמר לפי שהוא אומר ויאמר יהוה אל משה ראה נתתיך אלהים לפרעה. אין לי אלא משה דיין לפרעה אהרן מנין תלמוד לומר אל משה ואל אהרן, הקיש אהרן למשה מה משה

ET dixit Dominus ad Mosen & Aharon. Exod. XII. 1. Crederem allocutionem factam fuisse ad Aharon, & Mosen? Quando vero dicit: *Et fuit in die, in quo loquutus est Dominus ad Mosen*; Mosi facta est allocutio, non vero Aharon; si ita est; cur dictum est? *Ad Mosen & Aharon*? Docemur, sicut Moses comprehendebatur in allocutionibus, ita pariter Aharon; Qua de causa cum eo non loquebatur? propter decus Mosis; deprehenditur exclusus Aharon ab omnibus allocutionibus, exceptis tribus locis (sc. *Levit.* x. 8. *Numer.* XVIII. 1. ibid. vers. 8.) eo quod possibile est. Alia expositio. *Ad Mosen & Aharon*; cur dictum est? Quia dictum est *Exod.* VII. 3. *Et dixit Dominus ad Mosen, vide, dedi te Deum Pharaoni*; Non probo nisi de Mose, quod esset judex Pharaonis, Aharon unde probatur? Ex eo quod dictum est; *Ad Mosen & Aharon*; Æqui-

היה דיין לפרעה. אף אהרן היה דיין לפרעה, מה משה היה אומר דבריו ולא ירא אף אהרן אומר דבריו ולא ירא, דבר אחר אל משה ואל אהרן. שומע אני כל הקודם במקרא הוא קודם במעשה. כשהוא אומר הוא אהרן ומשה מגיד ששניהם שקולין זה כזה. כיוצא בזה אתה אומר בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ. שומע אני כל הקודם במקרא קודם במעשה כשהוא אומר ביום עשות יהוה אלהים ארץ ושמים, מגיד ששניהם שקולין כאחד זה כזה. כיוצא בדבר אתה אומר אנכי האל אלהי אביך. אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב. שומע אני כל הקודם בדבר הוא חשוב מחברו כשהוא אומר וזכרתי את בריתי יעקב ואף בריתי יצחק ואף את בריתי אברהם מגיד ששניהם שקולין כאחד. כיוצא בדבר אתה אומר כבד את אביך ואת אמך. כשהוא אומר איש אמו ואביו תיראו מגיד ששניהם שקולין זה כזה. בארץ מצרים חוץ לכרך או אינו אלא תוך הכרך. כשהוא אומר ויאמר אליו משה בצאתי את העיר והלא דברים קל וחומר ומה תפלה הקלה לא התפלל אלא חוץ לעיר. דבר חמור לא כל שכן ומפני מה לא נדבר עמו תוך הכרך. מפני שהיתה מלאה שיקוצים וגילולים ועד שלא נבחרה ארץ ישראל היו כל הארצות כשרות לדברות. משנבחרה ארץ ישרא׳ יצאו כל הארצות. עד שלא נבחרה ירושלם היתה כל ארץ ישראל כשרה למזבחות משנבחרה ירושלם יצאת ארץ ישראל שנאמר השמר לך פן תעלה עולותיך כי אם במקום אשר יבחר עד שלא נבחר בית עולמים היתה ירושלם ראויה לשכינה. משנבחר בית עולמים. יצאת ירושלם שנאמר כי בחר יהוה בציון ואומר זאת מנוחתי עדי עד. עד שלא נבחר אהרן היו כל ישראל כשרים לכהונה משנבחר אהרן יצאו כל ישראל שנאמר ברית מלח עולם היא.

Æquiparatur Aharon Moſi; ſicut Moſe erat judex Pharaonis, ita pariter Aharon erat judex Pharaonis. Sicut Moſe loquebatur, & non timebat, ita pariter Aharon. Alia expoſitio: *ad Moſen & Abaron*. Crederem, quod qui præcedit in textu, præcedat quoque in actione? Quando vero dicit *Exod.* VI. 25. *Ipſe Abaron & Moſe*. Oſtendit, quod ambo inter ſe pares eſſent. Huic ſimile tu dicis *Geneſ.* I. 1. *In principio creavit Deus cœlum & terram*. Crederem, quod qui præcedit in textu, quoque in opere? Quando vero dicit *Geneſ.* V. 1. *In die quo fecit Dominus Deus terram & cœlum*; Oſtendit, quod ambo inter ſe paria ſint. Huic ſimile tu dicis *Exod.* III. 6. *Ego ſum Dominus Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaach, & Deus Jacob*. Crederem quod qui præcedit in textu, præcedat ſit præſtantior ſocio ſuo? Quando vero dicit *Levit.* XXVII. 47. *Et recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Jacob, atque etiam fœderis mei, quod pepigi cum Iſaach, atque etiam fœderis mei, quod pepigi cum Abraham*; Oſtendit, quod ſint inter ſe pares. Huic ſimile tu dicis *Exod.* XXX. 12. *Honora patrem tuum, & matrem tuam*. Quando vero dicit *Levit.* XIX. 3. *Unuſquiſque matrem ſuam, & patrem ſuum timebit*. Oſtendit, quod ambo ſint inter ſe pares. *In terra Ægypti*; Extra civitatem; Aut dicam intra civitatem; Quando vero dicit *Exod.* IX. 29. *Et dixit illi, quando egreſſus fuero de civitate*. Ecce argumentum a minori ad majus. Si oratio, quæ eſt levis, non recitatur niſi extra civitatem, allocutio quæ eſt gravis, nonne multo magis? Et qua de cauſa non locutus eſt cum eo intra civitatem? Quia plena erat opprobriis & abominationibus; Priuſquam electa eſſet terra Iſrael, omnes terræ legitimæ erant pro allocutionibus, poſtquam electa eſt terra Iſrael, excluſæ ſunt omnes terræ. Priuſquam electa eſſet Hieroſolyma, univerſa terra Iſrael legitima erat pro ſacrificiis, poſtquam electa eſt Hieroſolyma, excluſa eſt terra Iſrael, ſicuti dictum eſt *Deut.* XII. 13. *Cave ne offeras holocauſta tua, niſi in loco, quam elegerit Dominus*. Priuſquam electa eſſet domus ſeculorum, Hieroſolyma digna erat, ubi habitaret Divinitas, poſtquam electa eſt domus ſeculorum, excluſa eſt Hieruſalem; Dictum eſt enim *Pſalm.* CXXXII. *Quia elegit Dominus Sion*. Pariterque ibid. dictum eſt. *Hæc eſt requies mea in æternum*. Priuſquam electus eſt Aharon legitimi erant omnes Iſraelitæ, poſt-

quam

לפני יהוה ואומר והיתה לו ולזרעו אחריו. עד שלא נבחר דוד היו כל ישראל כשרין למלכות. משנבחר דוד יצאו כל ישראל שנאמר הלא לכם לדעת כי יהוה אלהי ישראל נתן את הממלכה לדוד וגו׳. אם תאמר. דן אני את הנביאים שנדבר עמהם בחוצה לארץ אף על פי שנדבר עמהם בחוצה לארץ. לא נדבר עמהם אלא בזכות אבות שנאמר כה אמר יהוה קול ברמה נשמע וגו׳ כה אמר יהוה מנעי קולך מבכי ועיניך מדמעה ויש תקוה לאחריתך נאם יהוה וגו׳. ואף על פי שנדבר עמהם בחוצה לארץ ובזכות אבות נדבר עמהם אלא במקום טהור של מים. שנאמר ואני הייתי על יד הנהר הגדול היא חדקל ואומר היה היה דבר יהוה וגו׳ ויש אומרים נדבר עמו בארץ ונדבר עמו בחוצה לארץ שנאמר היה היה דבר יהוה היה שנדבר עמו בארץ. היה שנדבר עמו חוצה לארץ רבי אלעזר בן צדוק אומר הרי הוא אומר קום צא אל הבקעה. מגיד שהבקעה כשרה. תדע שאין השכינה נגלית בחוצה לארץ שנאמר ויקם יונה לברוח תרשישה וגו׳ וכי מלפני יהוה הוא בורח והלא כבר נאמר אנא אלך מרוחך וגו׳ אם אסק שמים שם אתה וגו׳ אשא כנפי שחר. גם שם ידך תנחני וגו׳ עיני יהוה המה משוטטות בכל הארץ בכל מקום עיני יהוה צופות רעים וטובים. אם יחתרו בשאול. אם יחבאו בראש הכרמל. אם ילכו בשבי. אין חשך ואין צלמות אלא אמר יונה אלך בחוצה לארץ מקום שאין השכינה שורה ונגלית שהגוים קרובים לתשובה הן שלא לחייב את ישראל. משל לעבד כהן שברח מרבו אמר אלך לבית הקברות מקום שאין רבי יכול לבא אחריו.

quam electus est Aharon, exclusi sunt omnes Israelitæ; dictum est enim *Num.* XVIII. 19. *Pactum salis in perpetuum illud coram Domino*; pariterque dictum est Ibid. XXV. 13. *Et erit illi & semini ejus post eum.* Priusquam electus est David, omnes Israelitæ legitimi erant pro regno, postquam electus est David, omnes Israelitæ exclusi sunt; dictum est enim I. *Paralip.* XIII. *Scitis quod Dominus Deus Israel dederit regnum Davidi &c.* Si dicas; Ego argumentabor a Prophetis, cum quibus loquutus est extra terram. Non loquutus est cum illis nisi propter merita patrum; dictum est enim *Jerem.* XXXI. 15. *Sic dicit Dominus; Vox in Rama audita est &c. Sic dicit Dominus; cohibe vocem tuam a fletu, & oculos tuos a lachrymis &c. Et est spes fini tuo, ait Dominus &c.* Et quamvis locutus sit cum illis, & propter merita patrum, tamen non locutus est cum illis nisi in loco puro aquarum; Dictum est enim *Dan.* VIII. *Et ego eram super flumen Hulai*. Pariterque dictum est; Ibid. X. *Et ego eram super ripam magni fluminis, quod est Hidekel*. Et similiter dictum est *Ezech.* I. *Et fuit verbum Domini &c.* Et alii dicunt, quod cum eo locutus sit tam in terra, quam extra terram. Dictum est enim; *Cum esset, fuit sermo Domini; Cum esset*; locutus est cum eo in terra; *fuit*; quod locutus est cum eo extra terram. R. Elieser ben Sadoch dicit; ecce dictum est *Ezech.* III. *Surge, & vade ad vallem*. Ostendit quod vallis sit idonea. Scito, quod Divinitas non revelatur extra terram; Dictum est enim *Jon.* I. *Et surrexit Jona, ut fugeret ad Tarschischa &c.* Quid? num e conspectu Domini fugiebat? Atqui jam dictum est *Psalm.* CXXXVIII. *Quo ibo a spiritu tuo? &c. Si adscendero in cœlum, ibi tu es; si portabo alas auroræ, ibi quoque tua manus ducet me &c.* Et similiter dictum est *Prov.* XV. *Oculi Domini ipsi se extendunt in omnem terram. In omni loco oculi Domini contemplantur malos & bonos*. Pariterque dictum est *Amos* IX. *Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli &c. Et si abierint in captivitatem*; Non est obscuritas neque tenebræ. Verum dicebat Jona; abibo extra terram, ubi non habitat Divinitas, neque revelatur; quia Ethnici sunt proximi pœnitentiæ, ne Israelitæ fiant rei. Hoc simile est servo sacerdotis, qui fugit a domino suo; Dicit, vadam ad domum sepulchrorum, quo meus dominus me insequi non potest. Dicit illi ejus dominus; est mihi, qui sit tibi similis.

אמר לו רבו יש לי כיוצא בך. כך אמר
יונה אלך לי בחוצה לארץ מקום שאין
השכינה נגלית שהגוים קרובין לתשובה
הן שלא לחייב את ישרﭏ אמר לו הקדוש
ברוך הוא יש לי שלוחין כיוצא בך שנאמר
ויהוה הטיל רוח גדולה ﭏ הים. נמצאת
אתה אומר שלשה בנים הם אחד תבע
כבוד האב וכבוד הבן ואחד תבע כבוד
האב ולא כבוד הבן. ואחד תבע כבוד
הבן ולא כבוד האב ירמיה תבע כבוד
האב וכבוד הבן שנאמר נחנו פשענו ומרינו
לכך נכפלה נבואתו שנאמר ועוד יוסיף
עליהם דברים. ﭏיהו תבע כבוד האב ולא
כבוד הבן שנאמר קנא קנאתי ליהוה
צבאות וגו׳ ומה נאמר ויאמר לך שוב
לדרכך מדברה דמשק וגו׳ ואת יהוא בן נמשי
תמשח למלך על ישרﭏ ואת ﭏישע בן שפט
תמשח לנביא תחתיך שאין תלמוד לומר
לנביא תחתיך ﭏא שאי אפשי בנבואתך.
יונה תבע כבוד הבן ולא כבוד האב
שנאמר ויהי דבר יהוה ﭏ יונה שנית
לאמר. שנית נדבר עמו לא שלישית.
רבי יונתן אומר לא הלך יונה ﭏא לאבד
עצמו בים שנאמר ויאמר ﭏיהם שאוני
והטילוני ﭏ הים. וכן תמצא האבות
והנביאים היו נותנין עצמם על ישראל
כמשה מה הוא אומר ועתה אם תשא
חטאתם ואם אין מחני נא מספרך אשר
כתבת. אם ככה את עושה לי הרגני נא
הרוג אם מצאתי חן בעיניך וﭏ אראה
ברעתי. בדוד מהו אומר אנכי חטאתי
ואני העויתי. וﭏה הצאן מה עשו תהי נא
ידך בי וגו׳ הא בכל מקום אתה מוצא
האבות והנביאים נתנו נפשם על ישרﭏ.

לאמר צא ואמור ﭏיהם מיד דברי רבי
ישמעﭏ שנאמר ויצא ודבר רבי ﭏעזר
אומר צא ואמור ﭏיהם והשיבני דבר
שנאמר וישב משה את דברי העם ﭏ
יהוה ואומר האיש לבוש הבדים אשר
קסת הסופר במתניו וגו׳ ואומר התשלח

Ita dicit Jona; Ibo extra terram, ubi Divinitas non revelatur, quia Ethnici proximi sunt pœnitentiæ, ne fiant rei Israelitæ. Dixit illi Deus; Sunt mihi legati tibi similes; dictum est enim *Jon.* I. *Et Dominus effudit ventum magnum in mare*. Deprehenditur, quod dicas, quod sint tres prophetæ; Unus defendit honorem patris, & filii, & alius defendit honorem patris, non autem honorem filii, & alter defendit honorem filii, non autem honorem patris; *Jeremias* defendit honorem patris & filii; dictum est enim *Thren.* III. *Nos peccavimus, & rebelles fuimus*. Idcirco duplicata est ejus prophetia; dictum est enim *Jerem.* XXXVI. *Atque etiam addidit his sermones*. Elias defendit honorem patris, & non defendit honorem filii. Dictum est enim I. *Reg.* XIX. *Zelo zelatus sum Domino exercituum &c.* Et quid dictum est? ibid. *Et dixit; Vade & revertere in viam tuam ad dextram Damasci &c. Et Jehu filium Nimsi unges regem super Israel, & Elisæum filium Saphat unges prophetam tua vice*. Neque enim necesse erat, ut diceretur; *prophetam tua vice*. Sed hoc significabat. Non est amplius mea voluntas in tua prophetia. Jona defendit honorem filii, & non defendit honorem patris; dictum est enim *Jon.* III. *Et factum est verbum Domini ad Jonam secundo dicens*. Secunda vice non tertia cum eo locutus est. Rabi Jonathan dicit; Non abiit Jona ad mare nisi ad perdendum se ipsum; dictum est enim ibid. I. *Et dixit ad eos; Tollite me, & projicite in mare*; & similiter tu invenis, quod Patres, & prophetæ traderent se ipsos pro Israele. De Mose quid dictum est *Ex.* XXXII. *Et nunc si ignoscas peccato eorum, si minus, dele me de libro tuo, quem scripsisti*. Et *Num.* XI. *Si ita mihi facias, interficias me, quæso, interficiendo in conspectu tuo, & non videbo malum meum*. De David quid dictum est 2. *Sam.* XXIV. *Ecce ego peccavi, & inique egi; Et oves istæ quid fecerunt? Sit, quæso, manus tua in me, & in domum patris mei*. Ecce ubique tu invenis, quod patres & prophetæ dederint animas suas pro Israele.

Dicens; egredere, & alloquere ad illos; statim: Verba R. Ismaelis. Dictum est enim; *Exod.* XXXIV. *Et egressus locutus est*. R. Elieser dicit; *egredere, & alloquere ad illos*; & refer mihi responsum; dictum est enim Ibid. XIX. *Et respondit Mose verba populi Domino*. Et similiter dictum est *Ezech.* IX. *Et vocavit virum indutum lino, habentem in latere suo atramentarium scriptoris*. Pa-

ברקים וילכו . ויאמרו לך הננו . שלוחי
הקדוש ברוך הוא לא בשלוחי בשר ודם
ששלוחי בשר ודם צריכים לחזור אצל
שולחיהם אבל לפניך אינו כן לא התשלח
ברקים וילכו וישובו לא נאמר אלא
וילכו. ויאמרו. בכל מקום שהן מהלכין
נמצאים לפניך . ואומר עשינו שליחותך ,
לקיים מה שנאמר הלא את השמים ואת
הארץ אני מלא. כשהקדוש ברוך הוא
גוזר גזרות טובות ורעות על ישראל על
הטובה מחזירים לפניו ועל הרעה אין
מחזירים לפניו שנאמר והנה ששה אנשים
באים מדרך שער העליון וגו' וכתוב אלהי
ישרא' נעלה מעל הכרובים ואומר ויאמר
יהוה לו עבור בתוך העיר וגו' ולאלה אמר
באזני ונאמר זקן ובחור ובתולה וטף ונשים
וגו'. ויאמר אלהים טמאו את הבית הזה
וגו' יבאו אלו ועשו שליחותן אלו שנצטוו
על הרעה לא למדנו שהחזירו שליחותן ,
וזה שנצטווה על הטובה למדנו שהחזיר
שליחותו שנאמר והנה איש לבוש הבדים
וגו' שמעון בן עזאי אומר לאמר בקו
שאתה שומע בו בו למד רבי עקיבא
אומר לאמר צא ואמר להם שבזכותם
היה מדבר עמי שכל חמש ושלשים שנה
שהיה כועס על ישראל לא היה מדבר
עמו שנאמר ויהי כאשר תמו כל אנשי
המלחמה למות ויאמר יהוה אלי לאמר
אמר רבי שמעון בן עזאי איני כמשיב על
דברי רבי אלא כמוסיף על דבריו . ולא
עם משה בלבד היה מדבר בזכות ישראל
אלא עם הנביאים כלם לא דבר אלא
בזכות ישראל שנאמר ואשב שבעת ימים
משמים בתוכם . וכתיב ויהי מקצה שבעת
ימים ויהי דבר יהוה וגו' ויהי דבר יהוה
אל ירמיהו וגו' . וכן אתה מוצא בברוך
בן נריה שהיה מתרעם לפני המקום אמרתי
אוי נא לי כי יסף יהוה יגון על מכאובי ,

Pariterque dictum est *Job.* XXXVIII. *Si mittes fulgura*, *& ibunt*, *& dicent tibi: Ecce nos*; Legati Dei S. B. non sunt sicut legati terreni, quia necesse est, ut revertantur ad illos, a quibus missi sunt; Sed coram te non ita est; sed, *Si mittes fulgura*, *& ibunt*; & revertentur non dictum est, sed; *& ibunt*, *& dicent*; quocunque eant, deprehenduntur coram te, & dicunt; fecimus legationem tuam, ad confirmandum quod dictum est *Genes.* XXIII. *Jam cœlos & terram ego impleo*. Quando Deus S. B. decernit decreta bona aut mala super Israel, propter bonum ad ejus conspectum redeunt, & propter malum non redeunt; dictum est enim *Ezech.* IX. *Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris &c.* Et scriptum est ibid. *Et Deus Israel adscendit super Cherubim*; & dictum est. *Et dixit Dominus mihi*, *transi per mediam civitatem &c. Et istis dixit in auribus meis*. Et pariter dictum est. *Senem*, *adolescentem*, *& virginem*, *& pueros*, *& mulieres &c. Et dixit Deus contaminate domum hanc &c.* Egressi sunt isti, & fecerunt suam legationem; illi, qui propter malum jussi sunt, ignoramus, quod redierint post eorum legationem; Et iste qui jussus est propter bonum, scimus, quod redierit post suam legationem, ex eo quod dictum est; *Et ecce vir indutus lino &c.* Dicit Simeon ben Azai: *Dicens*; ea voce qua audis, doce. R. Akiba dicit; *dicens*, *egredere*, *& loquere ad illos*; quod propter eorum meritum ille mecum loquitur; quia cunctis octo & triginta annis quibus iratus fuit Israeli, cum eo non est loquutus; dictum est enim *Deut.* II. *Et fuit*, *quando omnes viri belli mortui sunt; & locutus est Dominus mihi dicens*. Dicit Rabi Simeon ben Azai: ego non ero quasi respondens ad verba mei præceptoris, sed quasi addens ad ejus verba; Non solum cum Mose loquebatur propter meritum Israelis, sed etiam cum omnibus prophetis non est loquutus nisi propter meritum Israelis, uti dictum est *Ezech.* III. 15. *Et steti septem diebus stupens in medio eorum*. Et scriptum est ibid, vers. 16. *Et fuit in fine septem dierum*, *& fuit verbum Domini &c.* Et similiter scriptum est *Jerem.* XLII. 7. *Et fuit verbum Domini ad Jeremiam*. Et similiter tu deprehendis in Baruch filio Neria, qui querebatur coram Domino Ibid. XLV. 3. *Dixi*; *Va nunc mihi*, *quoniam addidit Dominus mæstitiam dolori meo*. Ego sum dissimilis omnibus discipulis prophetarum. Josue mi-

נשתניתי אני מתלמידי הנביאים יהושע שמש משה ושרתה עליו רוח הקדש, אלישע שמש אליהו ושרתה עליו רוח הקדש מה נשתניתי אני מכל תלמידי הנביאים. יגעתי באנחתי ומנוחה לא מצאתי וגו׳ ואין מנוחה אלא נבואה שנאמר ותנח עליהם הרוח. נחה רוח יהוה על אליהו ועל אלישע ונחה עליו רוח יהוה בא וראה מה המקום משיבו כה תאמר אליו כה אמר יהוה הנה אשר בניתי אני הורס ואתה מבקש לך גדולות ואין גדולות אלא נבואה שנאמר ספרה נא לי את כל הגדולות וגו׳ קרא אלי ואענך ואגידה לך גדולות ובצורות ולא ידעתם ברוך בן נריה. אם אין כרם אין סייג אם אין צאן אין רועה מפני מה כי הנני מביא רעה על כל בשר ונתתי נפשך כשלל. אל המקום אשר תלך שם. הא בכל מקום אתה מוצא שאין הנביאים מתנבאים אלא בזכות של ישראל,

פרשה א

החדש הזה לכם וגו׳. רבי ישמעאל אומר משה הראה את החדש לישראל כזה היו רואים וקובעים את החדש לדורות רבי עקיבא אומר זה אחד מכל דברים שנתקשה משה והראהו המקום את כלן באצבע כיוצא בדבר אתה אומר וזה לכם הטמא. וזה מעשה המנורה. ויש אומרים אף בשחיטה נתקשה משה שנאמר וזה הדבר אשר תעשה את המזבח. רבי שמעון בן יוחאי אומר והלא כל הדברות שנדבר עם משה לא נדבר אלא ביום. החדש הזה הראהו בלילה וכיצד היה מדבר עמו ביום והראהו החדש בלילה רבי אלעזר אומר נדבר עמו ביום עם חשכה והראו החדש בחשכה החדש הזה זה ניסן אתה אומר זה ניסן או אינו אלא אחד מחדשי

miniſtravit Moſi & habitavit ſuper illo Spiritus Sanctus, Eliſæus miniſtravit Eliæ, & habitavit ſuper illo Spiritus Sanctus; cur ego ſum diſſimilis omnibus diſcipulis prophetarum? Eo quod dictum eſt ibid. *Laboravi in gemitu meo, & requiem non inveni;* Requies non deſignat niſi prophetiam; Dictum eſt enim *Num.* XI. 26. *Et requievit ſuper ipſis ſpiritus*. Pariterque ſcriptum eſt: *Et requievit ſpiritus Domini ſuper Eliam, & Eliſæum*. Et ſimiliter ſcriptum eſt *Iſai.* XI. 2. *Et requieſcet ſuper eo ſpiritus Domini*. Veni & vide, quid reſpondit illi Deus. *Sic dices ad eum; ſic dicit Dominus;* Ecce, quod ædificavi, ego deſtruo; & tu quæres tibi grandia? Non ſignificant גדולות niſi prophetiam; dictum eſt enim 2. *Reg.* VII. 6. *Narra mihi quæſo, omnia magnalia &c.* Pariterque ſcriptum eſt: *Invoca me, & ego reſpondebo tibi, & narrabo tibi magnalia*. Dixit Baruch filius Neria; ſi non ſit vinea, non erit ſepes, ſi non ſint oves, non erit paſtor; qua de cauſa? Quia dictum eſt *Jerem.* l. c. *Ecce ego adduco malum ſuper omnem carnem, & dabo animam tuam in ſpolium in loco, quo perrexeris*. Hinc igitur ubique tu deprehendis, quod prophetæ non prophetarent niſi propter meritum Iſraelis.

SECTIO I.

Menſis iſte vobis. R. Iſmael dicit; Moſe oſtendit Iſraeli novilunium, eique dixit; Huic ſimile videbitis, & ſtatuetis novilunium generationibus. R. Akiba dicit; Hoc eſt unum ex tribus, quæ difficilia fuerunt Moſi, & Deus digito ſuo illi oſtendit. Huic ſimile tu dicis; *& hoc vobis immundum. Lev.* XI. *Et hoc eſt opus candelabri. Num.* VIII. 4. Et alii dicunt, quod Moſe difficultatem invenit in mactatione; Dictum eſt enim *Exod.* XXIX. 38. *Hoc eſt quod facies in altari*. Rabi Simeon ben Jochai dicit; Nonne omnes allocutiones, quas locutus eſt cum Moſe, interdiu locutus eſt? Hoc novilunium noctu illi oſtendit; quomodo igitur cum eo locutus eſt interdiu? Noctu illi oſtendit novilunium; R. Elieſer dicit; Interdiu cum illo prope tenebras locutus eſt, & in tenebris oſtendit illi novilunium. *Menſis iſte*. Hic eſt Niſan; tu dicis eſſe Niſan; at ego dicam non eſſe niſi aliquem ex reliquis anni menſibus; Quando vero dicit *Exod.* XXIII. 16. *Et feſtum collectionis juxta exitum anni*. Pariterque dictum eſt Ibid. XXXIV. 22. *Et fe-*

השנה כשהוא אומר חג האסיף בצאת
השנה וחג האסיף תקופת השנה אמרת
צא וראה אי זה חדש שיש בו אסיף
ותקופה ושנה יוצאה בו וקרוי שביעי אי
אתה מוצא אלא תשרי לאחר שלמדת
ששביעי זה תשרי ראשון זה ניסן ואף על
פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר בחדש
הראשון הוא חדש ניסן. ראש חדשים
מגיד שניסן ראש לחדשים. ומנין אף
למלכים תלמוד לומר הוא החדש השני
למלוך שלמה על ישרא׳. ומנין אף לרגלים
תלמוד לומר חג המצות וחג השבועות וחג
הסכות. נמצינו למדין שניסן ראש לחדשים
למלכים ולרגלים. רבי נתן ורבי יצחק אומר
אף לשכירות בתים ולא לשנים ולא
לשמטים ויבלות. ולא לנטיעה ולא
לירקות שנאמר מקץ שבע שנים במועד
שנת השמיטה שלשה עשר בבא כל
ישראל וגו׳ ואומר וחג האסיף תקופת
השנה זה הוא האמור לך לא לשנים
ולא לשמטים ויובלות לנטיעה ולירקות.
לכם. לא מנה בו אדם הרשון או אינו
אלא לכם ולא לגוים אמור כשהוא
אומר נמצינו למדין שישראל מונין ללבנה
והגוים לחמה. לא דייש לישראל אחד
לשלשים יום מגביהים עיניהם לאביהם
שבשמים וכשהחמה לוקה סימן רע לגוים
שהם מונים לחמה וכשהלבנה לוקה סימן
רע לשונאיהם של ישראל שהם מונים
ללבנה. רבי אומר כשהחמה לוקה במזרח
סימן רע ליושבי מזרח במערב סימן רע
ליושבי מערב. רבי יוסי אומר כשהמזלות
לוקים במזרח סימן רע ליושבי מזרח
במערב סימן רע ליושבי מערב רבי יונתן

stum collectionis ad anni circuitum. Dixisti, exi & vide, quinam sit mensis, in quo sit collectio, & *Tekupha*, sc. Æquinoctium, & in quo sit exitus anni, & appelletur septimus, tu non deprehendes nisi Tisri; Postquam percepisti, quod septimus sit Tisri, primus erit Nisan; quamvis non sit rei demonstratio, est tamen monimentum; quando dictum est *Esth.* III. 7. *Mense primo (ille est mensis Nisan,) principium mensium*. Ostendit, quod Nisan sit principium mensium. Unde probatur etiam pro regibus? Ex eo quod dictum est I. *Reg.* VI. I. *Ipse est mensis secundus regni Salomonis super Israel*. Et unde probatur etiam pro festis? Ex eo quod dictum est *Deuter.* XVI. *Festum azymorum, & festum hebdomadarum, & festum tabernaculorum*. Deprehenditur, quod percipiamus Nisan fuisse principium mensium regibus, & festis. Rabi Nathan, & Rabi Isaach dicunt etiam pro locandis domibus, non autem pro annis Sabbathicis, & Jubilæis, & plantatione, & oleribus; dictum est enim Ibid. XXXI. 10. *A fine septem annorum tempore anni remissionis &c. Quando venerit universus Israel &c.* Pariterque dictum est *Exod.* XXXIIII. 16. *Et festum collectionis ad anni circuitum*. Hoc est, quod tibi dixi; non autem pro annis, neque pro anni Sabbathicis, neque pro Jubilæis, neque pro plantatione, & oleribus. *Mensis iste vobis*; Non numeravit in illo primus homo; Tu dicis; *vobis*; & non numeravit in illo primus homo; & ego dicam, *vobis*, non autem Ethnicis; Quando vero dicit; *primus ille vobis*; intelligitur, quod dictum sit *vobis*, non autem Ethnicis. Quid dicendum erat iterum *vobis*? Quod in illo non numeraverit primus homo. Deprehenditur, quod percipiamus, quod Israel numeret ad lunam, & Ethnici ad solem; Non est igitur satis, ut tricesimo quoque die Israelitæ elevent oculos suos ad eorum patrem, qui est in cœlis; Quando sol obscuratur, est malum signum Ethnicis, qui numerant ad solem, & quando luna obscuratur, est malum signum inimicis Israelitarum, qui numerant juxta motum lunæ. Rabi dicit; quando sol obscuratur ad orientem, est malum signum iis, qui habitant in oriente; si in occidente, est malum signum iis, qui habitant in occidente. R. Jose dicit. Quando stellæ obscurantur in oriente, est malum signum iis, qui habitant in oriente, si in occidente, est malum signum iis, qui habitant in occidente. R. Jonathan dicit;

אומר אלו נתנו לגוים שנאמר כה אמר יהוה אל דרך הגוים אל תלמדו ומאותות השמים אל תחתו.

פרשה ב

ראש חדשים. שומע אני מיעוט חדשים שנים מנין לשאר חדשים תלמוד לומר לחדשי השנה. ראשון הוא למה נאמר לפי שהוא אומר שמור את חדש האביב וגו' שמור את הפסח לאביב ואביב לפסח שיבא אביב בזמנו הא כיצד עבר את אדר שיבא אביב בזמנו. הרי שעברו את אדר ולא בא אביב בזמנו שומעני שיעברו ראש חדש ניסן היה רבי שמעון אומר הא אם אמרת כן נמצאת אתה עושה ניסן שני ואמרה תורה ראשון הוא לכם: רבי נתן אומר שמור את חדש. חדש הסמוך לאביב אתה מעבר ואי זה זה הוי אומר זה אדר אבל לא שמענו מכמה מעבר. כשהוא אומר שמור את חדש חדש אתה מעבר והדין נותן הואיל וחדש מתעבר ושנה מתעברת מה החדש אחד ממנויו אף שנה אחד ממנויה. אי מה חדש אחד מלא בו אף שנה מלא בה. תלמוד לומר שמור. את חדש חדש אתה מעבר ואי אתה מעבר אחד מלא בה אי מה שנה משנים עשר בה אף חדש משנים עשר בו תלמוד לומר ובחמשה עשר יום לחדש חג שבעת ימים יום לחדש אתה מעבר ואי אתה מעבר אחד משנים עשר בו. ורבי יצחק אומר הא אם אמרת כן כבר הלבנה באמצע הרקיע הא אין עליך לומר כלשון האחרון אלא כלשון הראשון הואיל והחדש מתעבר והשנה מתעברת מה החדש אחד ממנויו אף השנה אחד ממנויה מה חדש אין תוספת עבורו אלא בסוף אף שנה אין תוספת עיבורה אלא בסוף רבי ירמיה אומר הואיל וטומאה מעכבת ואביב מעכב מה טומאה אין פחות משלשים יום אף אביב אין פחות משלשים יום. או אפילו כי חל אביב ובא תלמוד

cit; Utraque collocata sunt pro ethnicis; Dictum est enim *Jerem.* x. 2. *Sic dicit Dominus: Consuetudinem gentium non addiscetis, & ab signis cœlorum nolite metuere.*

SECTIO II.

PRincipium *mensium*. Crederem minorem numerum mensium fuisse duos? Unde probatur pro ceteris mensibus? Ex eo quod dictum est: *Mensibus anni. Primus ille vobis.* Cur dictum est *Deuter.* XVI. I. *Observa mensem novarum frugum.* Observa, ut Pascha sit in Abib, sc. in vere, & Abib in Paschate; ut veniat Abib tempore suo; quomodo? Intercala mensem Adar, ut Abib adveniat tempore suo; si intercalarunt mensem Adar, & ver non advenisset tempore suo, crederem fuisse intercalandum mensem Nisan? Dicit R. Simeon; si ita dicis, deprehenditur, quod facias duos Nisan; at lex dicit; *Primus ille vobis.* R. Nathan dicit; *Observa mensem; mensem* qui sit proximus Abib, tu potes intercalare; & quinam est? Hic est Adar; sed nondum audivimus, quantum sit intercalandus; Quando vero dicit; *Observa mensem*; mensem tu intercalabis; & argumento probari poterat; Quando intercalatur mensis, intercalatur etiam annus; sicut mensis intercalatur ex uno ex ejus enumeratis, ita pariter annus; aut dicam, sicut mensis tricesima sui parte intercalatur, ita pariter annus tricesima sui parte erit intercalandus. Idcirco dictum est; *Observa mensem*; Mensem tu in illo intercalabis, at partem tricesimam in illo non intercalabis. Aut dicam; sicut annus duodecima sui parte, ita pariter mensis. Idcirco dictum est *Deut.* XVI. *Et die quintadecima mensis festum septem dierum.* Diem mensi tu potes intercalare, at non potes intercalare ejus duodecimam partem. R. Isaach dicit; si ita dicis; jam luna esset in medio firmamenti; Hinc tu non potes dicere juxta postremam rationem, sed juxta primam; quandoquidem & mensis intercalatur, & annus intercalatur, sicut mensis intercalatur ex uno de ejus enumeratis, ita pariter annus; Sicut in mense non fit augmentum intercalationis nisi in fine, ita pariter & in anno. R. Jeremia dicit; & immundities impediebat, & Abib impediebat; sicut immundities non erat minor triginta diebus, ita pariter Abib; Vel si incidat, & adveniat Abib? Idcirco dictum est *Exod.* XIII. 10. *Et observabis hoc sta-*

לומר ושמרת את החקה הזאת במועדה במועדה אתה מוסיף. ואי אתה גורע.

ראשון הוא לכם לחדשי השנה שלא יעשה ניסן אחר. רבי יאשיה אומר מנין שאין מעברים את השנה אלא בבית דין הגדול שבירושלם תלמוד לומר ראשון הוא לכם. דברו אל כל עדת בני ישראל וגו'.

פרשה ג

דברו אל כל עדת בני ישראל רבי ישמעאל אומר וכי שניהם מדברים היו והלא כבר נאמר ואתה תדבר אל בני ישראל לאמר. ומה תלמוד לומר דברו אלא כשהיה משה מדבר היה אהרן מרכין אזנו לשמוע באימה ומעלה עליו הכתוב כאלו שומע מפי הקדוש ברוך הוא. רבי אחי בר רבי יאשיה אומר וכי שניהם מדברים היו והלא כבר נאמר ואתה תדבר אל כל ישראל ומה תלמוד לומר דברו אלא כיון שמשה מדבר היה אהרן מימינו ואלעזר משמאלו. ואיתמר מימינו של אהרן והדבור יוצא מביניהם כאלו השלשה מדברים. רבי שמעון בן יוחאי אומר משה היה חולק כבוד לאהרן ואומר למדנו והדבור יוצא מבניהם. ואהרן היה חולק כבוד למשה ואומר לו למדני והדבור יוצא מבניהם כאלו שניהם מדברים.

דברו אל כל עדת בני ישראל. הדבור הזה בראש חדש. ולקיחה בעשור. ושחיטה בארבעה עשר. אתה אומר הדבור היה בראש חדש ולקיחה בעשור ושחיטה בארבעה עשר או אינו אלא הדבור ולקיחה בעשור ושחיטה בארבעה עשר תלמוד לומר החדש הזה לכם דברו אימתי היה הדבור בראש חדש הא אין עליך כלשון האחרון אלא כלשון הראשון הדבור בראש חדש ולקיחה בעשור ושחיטה בארבעה עשר רבי אחא בר רבי יאשיה אומר הדבור בראש חדש ולקיחה בעשור ושחיטה בארבעה עשר. אתה אומר כן או אינו אלא הדבור ולקיחה בראש חדש ושחיטה בארבעה עשר תלמוד לומר דברו אל כל

statutum tempore suo. Tempore suo tu addes, non minues.

Primus ille vobis mensibus anni; ne fiat alter Nisan. R. Josia dicit; unde probatur, quod non intercalaretur annus nisi in magno Synhedrio Hierosolymitamo? Ex eo quod dictum est; *Primus ille vobis. Loquimini ad universam congregationem filiorum Israel.*

SECTIO III.

Loquimini ad universam congregationem filiorum Israel. R. Ismael dicit. Quid? ambo ne loquebantur? Atqui dictum est *Exod.* XXXI. *Et tu loqueris ad filios Israel, dicens*; Cur igitur dictum est; *Loquimini?* Quando Mose loquebatur, Aharon inclinabat aurem suam, ut audiret cum magno *timore*, eique imputat textus æque ac audiret ab ore Dei S. B. R. Achi ben R. Josia dicit. Quid? ambone loquebantur? Atqui jam dictum est; *& tu loqueris ad universam congregationem filiorum Israel.* Et cur dictum est; *Loquimini?* Quando Mose loquebatur, Aharon adstabat ad ejus dextram, & Eleazar ad ejus sinistram, & Ithamar ad dextram Aharon; & allocutio ex medio eorum exibat, & videbatur, quod tres simul loquerentur. R. Simeon ben Jochai dicit; Mose impertibat honorem Aharon; eique dicebat; me doce, & allocutio de medio ipsorum exibat, & videbatur, quod ambo loquerentur.

Loquimini ad universam congregationem filiorum Israel. Allocutio hæc facta fuit in principio mensis; & agnus captus est die decima, & mactatio peracta fuit quartadecima; Tu dicis allocutionem factam fuisse in principio mensis, & agnum captum die decima, & mactationem fuisse peractam quartadecima; At ego dicam allocutionem fuisse factam, & agnum captum decima mensis, & mactationem fuisse peractam quartadecima; Idcirco dictum est; *Mensis iste vobis; loquimini.* Quando peracta fuit allocutio? in principio mensis; Hinc igitur potes dicere juxta postremam, non juxta primam rationem; sc. allocutionem factam fuisse in principio mensis, & agnum fuisse captum in die decima, & decimaquarta fuisse peractam mactationem. R. Acha bar Josia dicit; Allocutio facta fuit in principio mensis, & agnus captus est die decima, & quartadecima peracta fuit mactatio. Tu ita dicis; at ego dicam allocutionem, & acceptionem factam fuisse in principio mensis, & quartadecima die per-

עדת בני ישראל שאין תלמוד לומר אלא להפסיק הענין הא אין לך לדון כלשון האחרון אלא כראשון הדבור בראש חדש ולקיחה בעשור ושחיטה בארבעה עשר. רבי יוסי הגלילי אומר הדבור בראש חדש ולקיחה בעשור ושחיטה בארבעה עשר. אתה אומר כן או אינו אלא הדבור בראש חדש ולקיחה ושחיטה בעשור תלמוד לומר והיה לכם למשמרת עד ארבעה עשר יום אם אמרת כן עקרת את כל הכתוב, הא אין עליך לדון וגו'.

בעשור לחדש הזה ויקחו אין לי אלא עשירי שהוא כשר ללקיחה ארבעה עשר מנין אמרת קל וחומר ומה עשירי שאינו כשר לשחיטה כשר ללקיחה. ארבעה עשר שהוא כשר לשחיטה אינו דין שיהא כשר ללקיחה. שלשה עשר מנין אמרת קל וחומר ומה אם עשירי שאינו קרוב לשחיטה כשר ללקיחה שלשה עשר שהוא קרוב לשחיטה אינו דין שיהא כשר ללקיחה והה לאחד עשר לשנים עשר.

בעשור לחדש להוציא פסח דורות. שפסח מצרים מקחו מבעשור. ופסח דורות מקחו כל זמן. ויקחו להם וכי כלן היו לוקחין אלא לעשות שלוחו של אדם כמותו מכאן אמרו שלוחו של אדם כמותו איש שה לבית אבות בכלל שה גדי וטלה שנאמר שה כשבים ושה עזים. שומע אני שה אחד לכלן תלמוד לומר שה לבית אבות אין לבית אבות אלא למשפחות שנאמר למשפחותם לבית אבותם. והרי שהיו עשר משפחות לבית אב אחד שומע אני שה אחד לכלם. תלמוד לומר שה לבית אבות.

ואם ימעט הבית מהיות משה בא הכתוב ללמדך שלעולם נמנין על הפסח ומושכין ידיהם ממנו עד שישחט בלבד

actam fuisse mactationem. Idcirco dictum est. *Loquimini ad universam congregationem Israel*; Quod non erat necesse ut diceretur; sed dictum est ad distinguendum sensus; ecce tibi non licet explicare juxta extremam, sed juxta primam rationem; Allocutio peracta fuit in principio mensis, & acceptio die decima, & decimaquarta peracta fuit mactatio. R. Jose Galilæus dicit; Allocutio facta fuit in principio mensis, & acceptio die decima, & quartadecima mactatio. Tu ita dicis; at ego dictum, allocutionem factam fuisse in principio mensis, & acceptionem & mactationem die quartadecima. Idcirco dicam est; *Et erit vobis in custodiam usque ad diem quartamdecimam*; Si ita dixisses, destruxisses id omne, quod scriptum est; Hinc tibi non licet argumentari.

In decimo mensis hujus tollent; Non probo nisi de die decima, quod sit legitima pro acceptione, quartadecima unde probatur? Dixisti? ex argumento a minori ad majus; Si decima, quæ non est legitima pro mactatione, est legitima pro acceptione, quartadecima, quæ est legitima pro mactatione non erit legitima pro acceptione? Tertiadecima unde probatur? dixisti? Ex argumento a minori ad majus; Si decima, quæ non est proxima mactationi, est legitima pro acceptione, tertiadecima quæ est proxima mactationi, non erit æquum ut sit legitima pro acceptione? Et hoc valet pro undecima, & duodecima.

In decimo mensis; ad excludendum Pascha generationum; quia sacrificium Paschale Ægypti captum fuit die decima; & sacrificium Paschale generationum omni tempore capi poterat. *Et tollent sibi*; Num omnes tollebant? Sed ut viri legatus reputetur sicut ipsemet; Hinc dixerunt; quod viri legatus sicut ipsemet reputetur. *Unusquisque agnum pro domo patrum*; In agno includitur hœdus, & agnus; dictum est enim *Deut.* XIV. *Agnum de agnis, & agnum de capris*. Ego crederem unum agnum pro omnibus? Idcirco dictum est; *Agnum pro domo patrum*; Domus patrum non significat nisi familias; dictum est enim *Num.* I. 2. *Per eorum familias, & domum suorum patrum*. Si ergo fuerint decem familiæ uni domui patris, crederem fuisse mactandum unum agnum pro omnibus? Idcirco dictum est; *agnum pro domo patrum*.

Et si fuerit parva familia pro agno. Venit textus ad te docendum, quod semper poterant numerari super sacrificium Paschale, pariterque poterant ab

eo

שלא יניח את הפסח כמורת שהוא רבי יהודה אומר בלבד שלא יהא שם אחד מחבורה הראשונה שלא לעשות עיקר טפלה וטפלה עיקר.

ולקח הוא ושכנו. רבי עקיבא אומר מנין אתה אומר שאם רצה אדם לעשות פסחו יחידי שהוא רשאי שנאמר ולקח הוא ושכנו. רבי ישמעאל אומר מנין אתה אומר שאם ירצה אדם למנות אחרים על פסחו שהוא רשאי שנאמר ולקח הוא ושכנו. שומע אני שכנו שבגגו. או אינו אלא שכנו שבשדה תלמוד לומר הקרוב אל ביתו דבר הכתוב בהווה. רבי שמעון בן יוחאי אומר שכנו מכל מקום.

במכסת נפשות. אין מכסה אלא מנין. שישחטנו למנויו ואם שחטו שלא למנויין עבר על מצוה. שומע אני שיהא כשר. תלמוד לומר איש לפי אכלו תכוסו. שנה עליו הכתוב לפסול דבר אחר במכסת נפשות למה נאמר לפי שנאמר איש. אין לי אלא איש. אשה טומטום ואנדרוגינוס מנין. תלמוד לומר במכסת נפשות ריבה משמע מביא את אלו ומביא את החולה ואת הקטן שאינן יכולין לאכול כזית. תלמוד לומר איש לפי אכלו. יצאו החולה והקטן שאינן יכולין לאכול כזית שאין שוחטין עליהן. תכוסו על השה. רבי יאשיה אומר לשון סורסי הוא זה כאדם שאומר לחברו כוס לי טלה זה. על השה. רבי ישמעאל אומר בא הכתוב ללמדך שנמנים על הפסח ומושכים את ידיהם ממנו עד שישחט ובלבד שלא יניח הפסח כמות שהוא רבי יצחק אומר במי הענין מדבר בחי.

פרשה ד

שה בכלל שה גדי וטלה שנאמר שה כשבים ושה עזים. תמים להוציא בעל מום. זכר. להוציא טומטום ואנדרוגינוס

eo removere manus suas, antequam fuisset mactatum, dummodo non relinqueretur sacrificium Paschale sicut erat, i. e. *sine comedentibus*. R. Jehuda dicit; dummodo ibi esset unus de prima societate; ne principale fieret accessorium, & accessorium principale.

Et tollet ipse, & ejus vicinus. Rabi Akiba dicit; unde tu probas, quod dicis, quod si quis solus vellet facere sacrificium Paschale, liceret? Ex eo quod dictum est. *Et tollet ipse, & ejus vicinus*. R. Ismael dicit; Unde tu probas, quod dicis, quod siquis vellet numerare alios super suum sacrificium Paschale, liceret? Ex eo quod dictum est; *Et tollet ipse, & ejus vicinus*. Crederem ejus vicinum, qui sit sub ejus tecto? Aut dicam ejus vicinum, qui sit in agro? Idcirco dictum est; *vicinus domui suæ*. Loquitur textus juxta consuetudinem. R. Simeon ben Jochai dicit; *ejus vicinus*; omnimode.

Juxta numerum animarum. Non est summa nisi enumeratio, quod mactare debeat suis enumeratis, si non mactasset suis enumeratis, violabat præceptum; Crederem fuisse legitimum? Idcirco dictum est; *Virum juxta cibum suum computabitis*; Repetit textus ad reprobandum. Alia expositio; *Juxta numerum animarum*; cur dictum est? Quia dictcm est; *Virum*. Non probo nisi de viro; mulier, obstructus Androgynus; unde probatur? Ex eo quod dictum est; *Juxta numerum animarum*. Includit; Quoniam isti includuntur, crederem posse includere vel ægrotum, vel puerum, qui non possint comedere quantitatem olivæ? Idcirco dictum est; *Virum juxta cibum suum*. Excluduntur ægrotus, & puer, qui non possunt comedere olivæ quantitatem, pro quibus non mactabatur. *Computabitis super agno*. R. Josia dicit; תכוסו est phrasis Syriaca; quasi vir qui dicat socio suo; macta mihi hunc agnum. *Super agno*. R. Ismael dicit; Venit textus ad te docendum, quod poterant enumerari super sacrificio Paschali, poterantque ab eo retrahere manus suas, priusquam mactaretur, dummodo non relinqueretur sacrificium Paschale sicut erat. Rabi Isaach dicit; de quo agitur? de animali vivo.

SECTIO IV.

Agnum. Includitur hœdus & agnus; dictum est enim *Deuter*. XIV. *Agnum de agnis, & agnum de capris*. *Perfectum*. Ad excludendum vitiatum,

ונקבה. בן שנה אין לי אלא בן שנה כל
שנתו מנין. הירה רבי ישמעאל אומר קל
וחומר ומה אם עולה חמורה כשרה לבא
כל שנתה כבת שנתה. פסח שהוא קל
אינו דין שיוכשר כל שנתו כבן שנתו. רבי
יוסי הגללי אומר ומה איל שתחלתו פסול
סופו כשר. שה שתחלתו כשר אינו דין
שיהא סופו כשר. מן הכשבים ומן העזים.
מזה בפני עצמו ומזה בפני עצמו. אתה
אומר כן או אינו אלא שיביא משניהם
כאחת תלמוד לומר ואם מן הצאן קרבנו
מזה בפני עצמו ומזה בפני עצמו. והרי
דברים קל וחומר ומה אם עולה חמורה
כשרה להביא מן אחד. פסח שהוא קל
אינו דין שיוכשר לבא ממין אחד. מה
תלמוד לומר מן הכבשים ומן העזים מזה
בפני עצמו ומזה בפני עצמו.

והיה לכם להביא פסח דורש שלא
יבוא אלא מן הכשבים ומן העזים דברי
רבי אליעזר רבי יאשיה אומר תקחו למה
נאמר לפי שנאמר וזבחת פסח ליהוה
אלהיך צאן ובקר צאן לפסח ובקר לחגינה.
אתה אומר כן או אינו אלא אחד זה ואחד
זה בפסח, ומה אני מקיים שה תמים זכר
פסח מצרים. אבל פסח דורות יביא מזה
ומזה. תלמוד לומר מן הכבשים ומן העזים
תקחו. ומה תלמוד לומר תקחו שלא יביא
פסח דורות אלא מן הכבשים ומן העזים
דברי רבי יאשיה. רבי נתן אומר צאן
לפסח ובקר לחגיגה. אתה אומר כן או
אינו אלא אחד זה ואחד זה בפסח. ומה
אני מקיים שה תמים זכר פסח מצרים.
אבל פסח דורות יביא מזה ומזה תלמוד
לומר ועבדה את העבודה הזאת בחדש
הזה. כעבודה שעבדת במצרים. כך עשה
לדורות דברי רבי יונתן. רבי אליעזר אומר

Masculum, Ad excludendum obstructum, & androgynum, & fœminam: *Anniculum*. Non probo nisi de anniculo, pro integro suo anno unde probatur? Rabi Ismael dicit; ex argumento a minori ad majus; Si holocaustum quod est grave, potest legitime adduci tam integro suo anno, quam si fuerit filius anni, sacrificium Paschale, quod est leve, non erit æquum ut possit legitime adduci tam integro suo anno, quam si fuerit filius anni? R. Jose Galilæus dicit; Si arietis, cujus principium est illegitimum, finis est legitimus, agni, cujus principium est legitimum, non erit æquum, ut finis sit legitimus. *De agnis, & capris*. Ex hoc seorsim, & de illo seorsim; Tu ita dicis; At ego dicam, quod de utrisque simul adducat? Idcirco dictum est *Levit.* I. 10. *Sin autem de ovibus sacrificium suum;* Ex hoc seorsim, & de illo seorsim. Ecce argumentum a minori ad majus; Si holocaustum, quod est grave, non potest legitime adduci nisi ex una specie, Pascha, quost est leve, non erit æquum, ut legitime adducatur ex una specie? Idcirco dictum est, *De agnis, & hœdis*; Ex hoc seorsim, & ex illo seorsim.

Et erit vobis. Ad includendum sacrificium Paschale generationum, quod non adduceretur nisi de agnis, & hœdis; Verba R. Elieser. R. Josia dicit; *Tolletis*. Cur dictum est? Quia dictum est *Deut.* XVI. 2. *Et immolabis Pascha Domino Deo tuo oves, & boves*. Oves in sacrificium Paschale, & boves in sacrificium solennitatis. Tu ita dicis; At ego dicam utrumque in sacrificium Paschale. At quomodo explicabo; *agnum perfectum, masculum*? Pro sacrificio Paschali Ægypti; At sacrificium Paschale generationum ex utroque poterit adduci. Idcirco dictum est. *De agnis & hœdis tollite*. Quod non erat necesse ut diceretur; *Tollite*; cur dictum est; *tollite*? Ne adducat Pascha generationum nisi de agnis, & hœdis. Verba R. Josia. R. Nathan dicit; Oves pro sacrificio Paschali, & boves in sacrificium solennitatis. Tu ita dicis; At ego dicam utrnmque in sacrificium Paschale: Quomodo explicabo; *agnum, perfectum, masculum?* pro sacrificio Paschali Ægypti; Sed pro sacrificio Paschali generationum ex utroque poterit adducere. Idcirco dictum est *Exod.* XIII. 5. *Et ministrabis hoc ministerium in mense isto*. Juxta ministerium, quod ministrasti in Ægypto, facies in generationibus. Verba R. Jonathan. R. Elieser dicit: Oves in sacrificium Paschale, & boves in

צאן לפסח ובקר לחגיגה אהוה אומר כן או אינו אלא אחד זה ואחד זה בפסח. ומה אני מקיים שה תמים וגו' פסח מצרים אבל פסח דורות יביא מזה ומזה. תלמוד לומר ושמרתם את הדבר הזה הרי פסח דורות אמור אם כן מה תלמוד לומר וזבחת פסח ליהוה אלהיך צאן ובקר צאן לפסח ובקר לחגיגה. רבי עקיבא אומר כתוב אחד אומר וזבחת פסח ליהוה אלהיך צאן ובקר וכתוב אחד אומר מן הכשבים ומן העזים תקחו כיצד יתקיימו שני מקראות הללו אמרת זו מדה בתורה שני כתובים זה כנגד זה וסותרין זה על ידי זה עד שיתקיימו במקומן יבא כתוב שלישי ויכריע ביניהן תלמוד לומר משכו וקחו לכם צאן למשפחותיכם ושחטו הפסח. צאן לפסח ולא בקר לפסח. רבי ישמעאל אומר בחגיגה הבאה בפסח הכתוב מדבר. אתה אומר כן או אינו מדבר אלא בפני עצמו כשהוא אומר שה תמים זכר הרי פסח עצמו אמור ומה תלמוד לומר וזבחת פסח ליהוה בחגיגה הבאה בפסח הכתוב מדבר. רבי אומר בזבח הבא מן הבקר כמן הצאן הכתוב מדבר. ואי זה זה שלמים מכאן אמרו מותר שלמים לשלמים ומותר פסח לשלמים.

פרשה ה

והיה לכם למשמרת. מפני מה הקדים לקיחתו של פסח לשחיטתו ארבעה ימים. היה רבי מתיא בן חרש אומר ואעבור עליך ואראך והנה עתך עת דודים. הגיע שבועתו שנשבע הקדוש ברוך הוא לאברהם שיגאל את בניו ולא היה בידם מצות שיעסקו בהם כדי שיגאלו שנאמר שדים נכונו ושערך צמח ואת ערום ועריה וגו' ערום מכל מצות. נתן להם הקדוש ברוך הוא שתי מצות. דם פסח ודם מילה ושיתעסקו בם כדי שיגאלו שנאמר ואעבר

in ſacrificium ſolennitatis. Tu ita dicis; At ego dicam utrumque in ſacrificium Paſchale. Quomodo explicabo; *agnum perfectum? &c.* pro ſacrificio Paſchali Ægypti; at ſacrificium Paſchale generationum ex utroque poterat adduci. Idcirco dictum eſt *Exod.* XII. *Et obſervabitis hoc*. Ecce memoratur Paſcha generationum; ſi ita eſt, cur dictum eſt: *Et immolabis Paſcha Domino Deo tuo oves & boves?* Oves in ſacrificium Paſchale, & boves in ſacrificium ſolennitatis. R. Akiba dicit, alter textus dicit; *Et immolabis Paſcha Domino Deo tuo oves & boves*. Et alter dicit; *De agnis, & hœdis tollite:* Quomodo conciliantur hi duo textus? Dixiſti? Hæc eſt conſuetudo legis; Duo textus ſibi invicem adverſantur, & ſe invicem deſtruunt, donec in locis ſuis confirmentur, veniet tertius, & illos conciliabit; Idcirco dictum eſt ibid. *Attrahite, & tollite vobis oves pro familiis veſtris, & mactate ſacrificum Paſchale*. Oves in ſacrificium Paſchale, non autem boves in ſacrificium Paſchale. R. Iſmael dicit; De ſacrificio ſolennitatis, quod in Paſchate adducebatur, textus loquitur; Tu ita dicis; at ego dicam, quod non loquatur niſi de ipſo ſacrificio Paſchali. Quando autem dicit; *agnum, perfectum, maſculum*; Ecce ipſum ſacrificium Paſchale dictum eſt; Cur dictum eſt; *Et immolabis ſacrificium Paſchale Domino?* De ſacrificio ſolennitatis, quod in Paſchate afferebatur, textus loquitur. Rabi dicit; De ſacrificio quod affertur tam de bobus, quam de ovibus, textus loquitur; Quodnam hoc eſt? Hoc eſt ſacrificium pacificorum; Hinc dixerunt; reſiduum de pacificis in ſacrificia pacifica, & reſiduum ſacrificii Paſchalis in ſacrificia pacifica.

SECTIO V.

Et erit vobis in cuſtodiam. Qua de cauſa acceptio agni præceſſit quatriduum mactationem? Dicit R. Matthia ben Charaſe; dictum eſt *Ezech.* XVI. 8. *Et tranſivi ſuper te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus amorum*. Advenit tempus juramenti, quod juravit Deus S. B. Abraham, quo redimerentur ejus filii; & non erant occupati in ullo præcepto, cujus cauſa mereri poſſent redemtionem; dictum eſt enim ibid. *Ubera tua intumuerant, & coma tua floruerat, & tu oras nuda &c.* Nuda ab omnibus præceptis. Dedit illis Deus S. B. duo præcepta, ſc. ſanguinem ſacrificii Paſchalis, & ſanguinem

עליך ואראך מתבוססת בדמיך וגו׳. ואומר גם אתה בדם בריתך שלחתי אסיריך מבור אין מים בו. לכך הקדים הכתוב לקיחתו של פסח לשחיטתו ארבעה ימים. שאין נוטלין שכר אלא על ידי מעשה. רבי אליעזר הקפר ברבי אומר וכי לא היה בידם של ישראל ארבעה מצות שאין כל העולם כדאי בהן. שלא נחשדו על העריות. ולא על לשון הרע ולא שנו את שמם. ולא שנו את לשונם. ומנין שלא נחשדו על העריות שנאמר ויצא בן אשה הישראלית להודיע שבחן של ישראל שלא היה ביניהם אלא זה ופרסמו ופרטו הכתוב. ועליהם מפורש בקבלה גן נעול אחותי כלה גן נעול אלו הזכרים. גל נעול מעין חתום אלו הנקבות. ורבי נתן אומר גן נעול אלו הנשואות. גל נעול מעין חתום אלו הארוסות. דבר אחר גן נעול גל נעול אלו שתי ביאות ומנין שלא נחשדו על לשון הרע והיו אוהבין זה את זה תלמוד לומר ושאלה אשה משכנתה כבר היה בידם שנים עשר חדש ואי אתה מוצא אחד מהם שהלשין על חבירו. ומנין שלא שנו שמם כשם שמייחסן בירידתן שנאמר ראובן שמעון לוי ויהודה כך מיחסן בעלייתן שנאמר ויתילדו על משפחותם לבית אבותם וגו׳ ואומר המלאך הגואל אותי. ומנין שלא שנו את לשונם שנאמר כי פי המדבר אליכם ואומר ויאמרו אלהי העברים נקרה עלינו וגו׳ ואומר ויבא הפליט ויגד לאברם העברי. ומפני מה הקדים לקיחתו של פסח לשחיטתו ארבעה ימים לפי שהיו ישראל שטופין בעבודה זרה במצרים ועבודה זרה שקולה כנגד כל המצות שנאמר והיה אם

nem circumcisionis, ut in illis attenderent, ut redimi possent; dictum est enim ibid. *Et transivi super te, & vidi te involutam in sanguinibus tuis &c.* Et similiter dictum est *Zachar.* IX. 11. *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, ubi non erant aquæ.* Ideoque textus anteponit acceptionem agni Paschalis ejus mactationi per quatriduum; ut non acciperent mercedem nisi propter opus. Rabi Eliesер Caphar bar Rabi dicit; Quid? Nonne erant Israelitis quatuor præcepta, quorum causa universus mundus ipsis non æquivalet? Non erant suspecti de adulterio, neque de maledicto, neque sibi mutaverunt nomen, neque linguam mutarunt; Quod de adulteriis non essent suspecti, unde probatur? Ex eo quod dictum est *Levit.* XXIV. 10. *Et egressus est filius Israelitidis.* Ad demonstrandam laudem Israelis, quod inter eos iste unus fuerit deprehensus, & textus illum publicavit, & celebravit; Et de illis explicatur in traditione *Cantic.* IV. 12. *Hortus conclusus soror mea sponsa; Hortus conclusus.* Isti sunt mares. *Fons conclusus, fons signatus.* Istæ sunt fœminæ. R. Nathan dicit: *Hortus conclusus.* Istæ sunt nuptæ. *Hortus conclusus, fons conclusus;* Hæ sunt desponsatæ. Alia expositio: *Hortus conclusus, fons conclusus;* Hi sunt duo congressus. Et unde probatur, quod non essent suspecti de maledicto, & quod se mutuo amore prosequerentur? Ex eo quod dictum est *Exod.* III. 22. *Et postulabit mulier a vicina sua.* Hoc præceptum duodecimo ante mense acceperant; & nemo inventus est, qui socium suum accusaret; Et unde probatur, quod nomen non mutarint? Ex eo quod dictum est de eorum genealogiis, quando descenderunt in Ægyptum *Ex.* I. 1. *Ruben, Simeon, Levi, Juda;* Ejusmodi etiam fuit eorum genealogia in eorum adscensu; dictum est enim *Num.* I. *Et generationes ejus apud familias eorum juxta domum patrum suorum.* Pariterque dictum est *Genes.* XLVIII. 16. *Angelus qui redimit me.* Et unde probatur, quod non mutarint linguam? Ex eo quod dictum est ibid. XLV. 12. *Quod os meum loquatur ad vos.* Pariterque dictum est *Exod.* V. 3. *Et dixerunt; Deus Hebræorum obviam factus est nobis.* Similiter dictum est *Genes.* XIV. 13. *Et venit, qui evaserat, & nunciavit Abraham Hebræo.* At qua de causa antecessit acceptio agni Paschalis quatriduum ejus mactationem? Quia Israelitæ immersi erant in Idololatria in Ægypto, & Idololatria

מעיני העדה נעשתה בשגגה. יחד הכתוב מצוה הזאת ואמרה ענין בפני עצמו ואי זה זה עבודה זרה. אתה אומר עבודה זרה או אינו אלא אחת מכל מצות האמורות בתורה סתם. כשהוא אומר וכי תשגו ולא תעשו וגו׳ באו כל המצות ללמד על מצוה אחת ומנין לעובר על כל מצות שהוא פורק עול ומפר ברית ומגלה פנים בתורה שנאמר לעברך בברית יהוה אלהיך ואין ברית אלא תורה שנאמר אלה דברי הברית וגו׳ אמר להם משכו ידיכם מעבודה זרה והדבקו במצות. רבי יהודה בן בתירא אומר הרי הוא אומר ולא שמעו אל משה מקוצר רוח וגו׳ וכי יש לך אדם שהוא מתבשר בשורה טובה ואינו שמח שנאמר יולד לך בן זכר שמח שמחהו. רבו מוציאו לחירות ואינו שמח אם כן למה נאמר ולא שמעו אל משה אלא שהיה קשה בעיניהם לפרוש מעבודה זרה שנאמר ואומר אליהם איש שקוצי עיניו השליכו ובגילולי מצרים אל תטמאו ואומר וימרו בי בית ישראל במדבר. הלא הוא דכתיב וידבר יהוה אל משה ואל אהרן ויצום על בני ישראל. צום לפרוש מעבודה זרה והיה לכם למשמרת למה נאמר לפי שנאמר משכו וקחו לכם צאן וגו׳ אמרו לו ישראל למשה רבינו הן נזבח את תועבת מצרים וגו׳ אמר להן מן הנס שהוא עושה לכם במשיכתו אתם יודעים בשחיטתו. והיה לכם למשמרת שחטוהו בארבעה עשר ושמרוהו עד ארבעה עשר. אתה אומר שמרהו עד ארבעה עשר ושחטהו בארבעה עשר או שומרהו עד ארבעה עשר ומשכהו ושחטהו בארבעה עשר תלמוד לומר בראשון בארבעה עשר יום. קבעו הכתוב חובה הא אין עליך לדון כלשון האחרון אלא כלשון הראשון שמרהו עד ארבעה עשר ושחטהו בארבעה עשר.

tria comparatur omnibus præceptis; dictum est enim *Num.* xv. 24. *Et erit, si ab oculis congregationis factum fuerit per errorem &c.* Specificat textus hoc præceptum, & seorsim proponit; Quodnam hoc est? Idololatria. Tu dicis Idololatria, at ego dicam aliquod ex omnibus præceptis in lege memoratis. Quando autem dicit ibid. *Quando errabitis, & non facietis &c.* Veniunt omnia præcepta ad docendum de uno præcepto; & unde probatur, quod violans omnia præcepta ab se projiciat jugum, & abneget fœdus, & perverse explicet legem? Ex eo quod dictum est *Deuter.* xxix. 12. *Ut transeas in fœdus Domini Dei tui.* Fœdus non est nisi lex; Dictum est enim ibid. xxviii. *Hæc sunt verba fœderis &c.* Illis dixit; Retrahite manus vestras ab Idololatria, & adhærete præceptis. R. Jehuda ben Bethera dicit; Dictum est *Exod.* vi. 9. *Et non auscultarunt Mosi propter angustiam spiritus &c.* Quid? Estne tibi vir, cui bonus nuncius nunciatur, & non lætetur? Dictum est enim *Jerem.* xx. 16. *Natus est tibi filius masculus, lætificando lætificavit eum.* Ejus dominus educit illum in libertatem, & non lætatur? Si ita est, cur dictum est; *& non auscultarunt Mosi?* Quia molestum illis erat, ut se ab Idololatria separarent; Dictum est enim *Ezech.* xx. 7. *Et dixi ad illos; Unusquisque opprobria oculorum suorum abjicite, & in abbominationibus Ægypti nolite pollui.* Pariterque dictum est ibid. *Et rebellavit mihi domus Israel in deserto.* Hoc est quod dictum est *Exod.* viii. *Et locutus est Dominus ad Mosen & Aharon, & præcepit de filiis Israel;* & præcepit, ut se ab Idololatria separarent: *Et erit vobis in custodiam.* Cur dictum est? Quia dictum est. *Attrahite & tollite vobis oves &c.* Dixerunt Israelitæ Mosi, præceptor noster; *Immolabimus abbominationem Ægyptiorum &c.* Respondit illis: Ex miraculo, quod faciet vobis in attrahendo, scietis in mactando. *Et erit vobis in custodiam;* Mactate die quartadecima, & custodite usque ad quartamdecimam; Tu dicis; custodite usque ad quartamdecimam, & mactate in quartadecima; Aut dicam; custodite usque ad quartamdecimam, & attrahite & mactate in quartadecima. Idcirco dictum est; *in primo.* In quartadecima statuit textus ex debito; Non tibi licet explicare juxta ultimum, sed juxta primum sensum; Custodi usque ad quartamdecimam, & macta in quartadecima.

Et

והיה לכם למשמרת מגיד הכתוב שהי׳
מבקרין אותו ארבעה ימים קודם לשחיטה
מכאן אתה דן על התמיד. נאמר שמירה
בפסח ונאמרה שמירה בתמיד מה שמירה
האמורה בפסח מבקרים אותו ארבעה ימים
קודם שחיטה אף שמירה האמורה בתמיד
מבקרים אותו ארבעה ימים קודם שחיטה
מכאן אתה דן על התמיד נאמר שמירה
ובפסח נאמר שמירה מה שמירה האמורה
בפסח טכין אותו ארבעה ימים קודם
שחיטתו אף שמירה האמורה בתמיד
מבקרין אותו ארבעה ימים קודם לשחיטתן,
מכאן אמרו אין פוחתים מששה טלאים
המבוקרין מלשכת הטלאים כדי לשבת
ולשני ימים טובים של ראש השנה ומוסיפין
לעולם. והיה לכם למשמרת להוציא פסח
דורות שפסח מצרים מקחו בעשור ופסח
דורות מקחו בכל זמן. ושחטו אותו. וכי
כלן שוחטין אותו אלא לעשות שלוחו של
אדם כמותו. מכאן אמרו שלוחו של אדם
כמותו. ושחטו אותו בין בחול בין בשבת.
ומה אני מקיים מחלליה מות יומת בשאר
מלאכות חוץ משחיטת הפסח או אף
בשחיטת פסח הא מה אני מקיים ושחטו
אותו בשאר כל הימים חוץ מן השבת.
או אף בשבת. תלמוד לומר ויעשו בני
ישראל את הפסח. במועדו. ואפילו בשבת,
דברי רבי יאשיה. אמר לו רבי נתן ועדיין
לא שמענו. גם לו רבי יאשיה הרי הוא
אומר צו את בני ישראל ואמרת אליהם את
קרבני לחמי וגו׳ אם ללמד על התמיד
שתדחה את השבת. והלא כבר נאמר
וביום השבת שני כבשים בני שנה ומה
תלמוד לומר במועדו אלא להקיש ולדון
גזרה שוה נאמר כאן במועדו ונאמר להלן
במועדו מה כאן דוחה שבת אף להלן

Et erit vobis in custodiam. Ostendit textus, quod visitarent quatriduum ante mactationem; Hinc tu exponis de sacrificio jugi; Memoratur custodia in sacrificio Paschali, pariterque memoratur custodia in sacrificio jugi; sicut in custodia memorata in sacrificio Paschali visitabant quatriduum ante ejus mactationem, ita pariter in custodia memorata in sacrificio jugi visitabant quatriduum ante ejus mactationem. Hinc dixerunt; Non erant pauciores sex agnis exploratis in conclavi agnorum pro Sabbatho, & duobus diebus festis principii anni, & semper addebant. *Et erit vobis in custodiam*; ad excludendum sacrificium Paschale generationum; quia sacrificium Paschale Ægypti sumendum fuit die decima, at sacrificium Paschale generationum omni tempore sumi poterat. *Et mactabunt illum*; Quid? omnesne mactabant? Sed ut consideraretur viri legatus sicut ipsemet; Hinc dixerunt; Legatus viri est sicut ipsemet. *Et mactabunt illum*; tam die profano, quam in Sabbatho. Quomodo ego explicabo, quod dictum est *Exod.* XXXI. 14. *Qui profanaverit illud, morte morietur*? In reliquis operibus, excepta mactatione sacrificii Paschalis; aut dicam vel propter mactationem sacrificii Paschalis. Quomodo explicabo, quod dictum est; *& mactabunt illum*? Reliquis omnibus diebus, excepto Sabbatho; Aut etiam in Sabbatho? Idcirco dictum est *Num.* IX. 2. *Et facient filii Israel Pascha in tempore suo*. Vel in Sabbatho. Verba R. Josiæ. Dixit illi R. Nathan; Nondum audivimus. Dixit illi R. Josia; ecce dictum est *Num.* XXVIII. 2. *Præcipe filiis Israel, & dices ad eos; sacrificium meum, panem meum &c.* Si venit ad docendum, quod sacrificium juge pellat Sabbathum, jam dictum est ibid. vers. 9. *Et in die Sabbathi duos agnos anniculos*; Quid dicendum erat; *in tempore suo? &c.* Nisi ad æquiparandum & ad probandum a pari; Dictum est hic; *in tempore suo*; pariterque dictum est alibi *sc. in sacrificio jugi; in tempore suo*; sicut hic pellit sabbathum, ita pariter illo loco pellit Sabbathum. *Et mactabunt illum omnis cœtus congregationis Israel*; Unde tu probas, quod dicas, quod si non fuerit Israeli nisi unum sacrificium Paschale, omnes illo uno debito satisfaciant? Ex eo quod dictum est; *& mactabunt illum &c.* Hinc dixerunt, quod sacrificium Paschale mactaretur a tribus classibus; dictum est enim; *Cœtus, & congregatio, & Israel*. *Inter vesperas*; Crede-

דוחה שבת. ושחטו אותו כל קהל עדת
ישראל מניין אתה אומר שאם אין להם
לישראל אלא פסח אחד שכולן יוצאין בו ידי
חובתן תלמוד לומר ושחטו אותו וגו'.
ושחטו אותו וגו'. מכאן אמרו הפסח נשחט
בשלש כתות קהל ועדה וישראל. בין
הערבים. שומע אני עם דמדומי חמה
תלמוד לומר בערב אי בערב יכול משתחשך
תלמוד לומר כבא השמש אי כבא השמש.
ובשלת ואכלת. תלמוד לומר מועד צאתך
הפסיק הענין ובשלת ואכלת משחשכה.
רבי אומר הרי הוא אומר שם תזבח את
הפסח בערב שומע אני כשמועו. תלמוד
לומר מועד צאתך ממצרים. אימתי יצאו
לו ממצרים משש שעות ולמעלה וכן הוא
אומר ויהי בעצם היום הזה יצאו וגו'. רבי
נתן אומר מניין ראיה לבין הערבים שהוא
משש שעות ולמעלה אף על פי שאין
ראיה לדבר זכר לדבר. קדשו עליה מלחמה.
קומו ונעלה בצהרים אוי לנו כי פנה היום
כי ינטו צללי ערב. רבי שמעון בן יוחאי
אומר בא הכתוב להשית ראשון אחרון
ואחרון ראשון. מועד צאתך ממצרים
לשחיטתו. כבוא השמש לצלייתו. בערב
לאכילתו. בן בתירא אומר בין הערבים
שחטהו תן ערב לשחיטתו תן ערב לאכילתו.

פרשה ו

ולקחו מן הדם שומע אני בין ביד בין
בכלי תלמוד לומר אשר בסף מגיד הכתוב
שעוקר וחוקק בצד האסקופה ושוחט בתוכה
ואין סף אלא אסקופה שנאמר בתתם סיפם
את ספיי. וכתיב וינועו אמות הספים דברי
רבי ישמעאל. רבי עקיבא אומר אין סף אלא
כלי שנאמר והספים והמזמרות והמזרקות
והכפות וגו'. ונתנו על שתי המזוזות ועל
המשקוף מבפנים אתה אומר מבפנים או
אינו אלא מבחוץ. תלמוד לומר וראיתי את
הדם הנראה לי ולא הנראה לאחרים דברי
רבי שמעון רבי נתן אומר בפנים. אתה
אומר בפנים או אינו אלא מבחוץ. תלמוד
לומר והיה הדם לכם לאות לכם לאות
ולא לאחרים לאות. רבי יצחק אומר לעולם
מבחוץ כדי שיהו המצרים רואין ומיעיהן
מתחתכין.

ונתנו על שתי המזוזות וגו'. שומע אני

derem, quando rubet sol? Idcirco dictum est; *Deut.* XVI. *in vespera*; *Si in vespera*, crederem post obortas tenebras? Idcirco dictum est ibid. *Quando occidit sol*; Si *quando occidit sol*; eodem tempore coques, & edes. Idcirco dictum est ibid. *Tempore exitus tui ex Ægypto*. Distinguitur sensus: & coques, & edes post obortas tenebras. Rabi dicit; ecce ibi dictum est ibid. *Immolabis sacrificium Paschale in vespera*; Crederem juxta sensum literalem? Idcirco dictum est; *Tempore exitus tui ex Ægypto*. Quando egressi sunt illi de Ægypto? ab sexta hora & supra. Atque ita dictum est *Exod.* XII. 41. *Et fuit in ipso illo die egressi sunt &c.* R. Nathan dicit, unde probatur, quod tempus inter vesperas sit tempus ab sexta hora & supra? Quamvis non sit demonstratio, est tamen monimentum; dictum est enim *Jerem.* VI. 4. *Parate super eam bellum, surgite, & adscendemus in meridie; væ nobis, quia declinavit dies, & umbræ seri vesperi se extenderunt*. Rabi Simeon ben Jochai dicit; Venit textus ad statuendum primum ultimum, & ultimum primum. *In tempore exitus tui ex Ægypto* ad mactationem; *Quando occidit sol*; ad assationem; *In vespera*; ad comestionem. Ben Bethera dicit; *Inter vesperas mactabunt*; Assigna alteram vesperam ejus mactationi, & alteram ejus comestioni.

SECTIO VI.

Et *sument de sanguine*. Crederem tam manu, quam vase? Idcirco dictum est; *Qui est in limine*; ostendit textus, quod evelleret, & exsculperet prope posteam, & intra illum mactaret; Non est סף nisi limen; Dictum est enim *Ezech.* XLIII. 8. *Cum ponerent limen suum prope limen meum*. Pariterque scriptum est *Isai.* VI. 4. *Et commota sunt fulcimina liminum*. Verba Rabi Ismaelis. R. Akiba dicit; Non est סף nisi vas; Dictum est enim 1. *Reg.* VII. 10. *Et phialas, & psalteria, crateres, & pateras &c. Et dabunt super duos postes, & superliminare*; intus; tu dicis intus; at ego dicam foris. Idcirco dictum est; *& videbo sanguinem*; qui a me videatur, non autem ab aliis; verba R. Simeonis. R. Nathan dicit; intus; Tu dicis intus; at ego dicam, foris; Idcirco dictum est; *& erit sanguis vobis in signum*; *vobis* in signum, non autem aliis in signum. R. Isaach dicit; semper foris, ut Ægyptii viderent, & eorum viscera liquefierent.

Et dabunt super duos postes &c. Crede-

אם הקדים זה לזה לא יצא. תלמוד לומר והנעתם אל המשקוף וגו׳ הא אם הקדים זה לזה יצא. נמצינו למדין שלש מזבחות היו להם במצרים המשקוף ושתי המזוזות. רבי שמעון אומר ארבעה היו הסף והמשקוף ושתי המזוזות. על הבתים אשר יאכלו אותו בהם אין לי אלא על הבתים אשר יאכלו אותו בהם בתים שהיו ישנים בהם מניין תלמוד לומר על הבתים אשר אתם שם מכל מקום.

ואכלו את הבשר בשר לא גידים ולא עצמות ולא קרנים ולא טלפים. בלילה הזה. שומע אני כל הלילה תלמוד לומר לא תותירו ממנו עד בקר אני אקרא והנותר ממנו עד בקר באש תשרופו. עד בקר למה נאמר. לא בא הכתוב אלא ליתן תחום לבקרו של בקר. ואי זה זה עמוד השחר. מכאן אמרו אכילת פסחים ואכילת זבחים והקטר חלבים ואיברין מצותן עד שיעלה עמוד השחר. כל הנאכלים ליום אחד מצותן עד שיעלה עמוד השחר. ומפני מה אמרו עד חצות כדי להרחיק אדם מן העבירה ולעשות סייג לתורה. ולקיים דברי אנשי כנסת הגדולה שהיו אומרים הוו מתונין בדין והעמידו תלמידים הרבה ועשו סייג לתורה. רבי אליעזר אומר נאמר כאן לילה ונאמר להלן לילה מה להלן עד חצות אף כאן עד חצות.

צלי אש. ולא צלי שפוד ולא צלי אסכלה. ולא צלי התנור אלא צלי אש הצלוי מן החי או אינו אלא כמבושל תלמוד לומר כי אם צלי אש. הא מה תלמוד לומר צלי אש הצלוי מן החי. צלי אש על מצות ומרורים יאכלוהו. הוסיף לו הכתוב שתי מצות חוץ מן המצוה האמורה בגופו ואי זה זה ועצם לא תשברו בו. צלי אש ומצות מגיד הכתוב שמצות הפסח מצה צלי ומרור. צלי אש ומצות ומניין אתה אומר שאם אין להם מצה ומרור הן יוצאין ידי חובתן בפסח תלמוד לומר

derem, ſi hoc illud præcederet, debito ſatisfacit? Deprehenditur, quod percipiamus, tria fuiſſe illis altaria in Ægypto, ſuperliminare, & duos poſtes; R. Simeon dicit, quatuor, limen, ſuperliminare, & duos poſtes. *Super domibus, in quibus illum comedent*; non probo niſi *ſuper domibus, in quibus illum comedent*, pro iis qui in illis dormiebant, unde probatur? Ex eo quod dictum eſt; *Super domibus, in quibus vos fueritis*; omnimode.

Et comedent carnem; carnem; non autem nervos, & oſſa, & cornua, & ungulas. *In nocte iſta*. Crederem tota nocte? Idcirco dictum eſt; *Non relinquetis ex eo quidquam uſque ad mane*. Ego legam; *Et quod reſiduum de illo erit uſque ad mane, igne comburetis*; Cur igitur dicit; *uſque ad mane*? Non venit textus, niſi ad ſtatuendum terminum tempori matutino temporis matutini; & quinam hic eſt? Eſt columna auroræ. Hinc dixerunt; comeſtio ſacrificii Paſchalis, & comeſtio ſacrificiorum, & adolitio adipum & membrorum ex præcepto erat uſque ad tempus, quo adſcenderet columna auroræ; Quæ interdiu comedebantur, eorum præceptum erat uſque ad tempus, quo adſcenderet columna auroræ. At quare dixerunt, uſque ad mediam noctem? Ut removeretur homo a peccato, atque legi fieret ſepes; & ad confirmanda verba virorum ſynagogæ magnæ, qui dixerunt; Cautis eſtote in judicio & conſtituite diſcipulos multos, & facite ſepem legi. R. Elieſer dicit; dictum eſt hic, *in nocte*, pariterque dictum eſt *Exod.* XII. 12. *in nocte*, ſicut ibi uſque ad mediam noctem, ita pariter hoc loco uſque ad mediam noctem.

Aſſatum igne; non autem aſſatum veru, neque aſſatum craticula, neque aſſatum furno, ſed *aſſatum igne*; aſſatum ex crudo; tu dicis aſſatum ex crudo; at ego dicam aſſatum ex cocto. Idcirco dictum eſt; *ſed ſolum aſſatum igne*. Cur igitur dictum eſt; *aſſatum igne*? aſſatum ex crudo: *Aſſatum igne ſuper azyma, & herbas amaras comedent illum*. Addit illi textus duo præcepta præter præceptum memoratum in ejus corpore; Quodnam eſt? *Et os non frangetis in eo*. *Aſſatum igne, & azyma*; Oſtendit textus, quod præceptum Paſchale contineat azyma, aſſatum, & herbas amaras. *Aſſatum igne, & azyma*; Unde probatur, quod dicis, quod ſi illis deſint azyma, & herbæ amaræ, ſacrificio Paſchali debito ſatisfaciant? Ex eo quod dictum eſt; *Comedent*

יאכלוהו . אין לי אלא בזמן שאין להם מצה ומרור יוצאין ידי חובתן בפסח . יכול כך אם אין להם פסח אין יוצאין במצה ומרור , הרי אתה דן הואיל והפסח מצות עשה . מצה ומרור מצות עשה . הא למדת כמו שאם אין להם מצות ומרור יוצאין ידי חובתן בפסח כך אם אין להם פסח יוצאין ידי חובתן במצה ומרור . דבר אחר על מצות ומרורים יאכלוהו מכאן אמרו הפסח נאכל אכילת שבע ואין מצה ומרור נאכלים אכילת שבע.

אל תאכלו ממנו נא אין נא אלא חי ובשל מבושל לחייב על החי ועל המבושל. אתה אומר לחייב על החי ועל המבושל או אינו אלא לחייב על המבושל ביותר תלמוד לומר כי אם צלי אש . הא מה תלמוד לומר ובשל מבושל לחייב על החי ועל המבושל. ובשל מבשל במים אין לי אלא מים שאר כל המשקין מנין . היה רבי ישמעאל אומר אמרת קל וחומר הוא אם מים שאינן מפיגין טעמן הרי הן אסורין בבישול שאר המשקין שהן מפיגין טעמן דין הוא שיהו אסורין בבישול . רבי עקיבא אומר אין לי אלא מים שאר כל משקין מנין תלמוד לומר ובשל מבשל להביא שאר המשקין. רבי אומר אני אקרא אל תאכלו ממנו כי אם צלי אש. ומה תלמוד לומר נא ובשל מבושל שיכול אין לי אלא בשעה שהוא באכול צלי . ובשעה שהוא נא ומבושל מבעוד יום . ובשל אין בשל אלא צלי שנאמר ובשלת ואכלת. ואומר ויבשלו את הפסח באש כמשפט והקדשים בשלו בסירות ובדודים ובצלחות ויריצו לכל בני העם. מכאן היה רבי יאשיה אומר הנודר מן המבושל אסור בצלי. כי אם צלי אש למה

medent illum. Non probo niſi pro tempore, quo illis deſunt azyma, & herbæ amaræ, quod ſacrificio Paſchali debito ſatisfaciant; Crederem, vel ſi deeſſet ſacrificium Paſchale, quod azymis, & herbis amaris debito non ſatisfacerent? Ecce tibi argumentum; Sacrificium Paſchale eſt præceptum affirmativum; azymum & herba amara eſt præceptum affirmativum; ſi percepiſti, quod ſi deſint illis azyma & herbæ amaræ, ſacrificio Paſchali debito ſatisfaciant, ita pariter, ſi deſit illis ſacrificium Paſchale, azymis & herbis amaris debito ſatisfacient. Alia expoſitio; *ſuper azyma & herbas amaras comedent illum*. Hinc dixerunt; Sacrificium Paſchale cum ſaturi eſſent, comedebatur, ſed azyma & herbæ amaræ non erant comedenda, poſtquam eſſent ſaturi.

Non comedetis ex eo crudum; נא non ſignificat niſi crudum; *Et elixando elixatum*; Ut reus ſit tam pro crudo, quam pro elixato. Tu dicis; quod reus ſit tam pro crudo, quam pro elixato; at ego dicam, quod non ſit reus niſi pro eo, quod ſit percoctum. Idcirco dictum eſt; *Sed ſolum aſſatum igne*. Cur igitur dictum eſt; *& elixando elixatum?* Ut reus ſit tam pro crudo, quam pro elixato. *Et elixando elixatum aquis*; Non probo niſi de aquis, de ceteris liquoribus unde probatur? R. Iſmael dicit; dixiſti? argumento a minori ad majus; Si aquæ, quæ non debilitant eorum guſtum, interdictæ ſunt, ceteri liquores, qui debilitant eorum guſtum, æquum eſt, ut vetiti ſint in elixato. R. Akiba dicit; Non probo niſi de aquis, reliqui liquores unde probantur? Ex eo quod dictum eſt; *Et elixando elixatum*; ad includendos ceteros liquores. Rabi dicit; Ego legam; *Non comederis ex eo niſi aſſatum igne*; at cur dictum eſt; *crudum & elixando elixatum?* Quia ego poteram dicere; non probo niſi de tempore, quo edendum erat aſſatum; quo tempore eſſet crudum & elixatum interdiu unde probatur? Ex eo quod dictum eſt; *Et elixando elixatum*. Ut ſit reus vel interdiu. ובשלת. Non ſignificat בשל niſi aſſatum; dictum eſt enim *Deut.* XVI. ובשלת *Et coques & comedes*. Et ſimiliter dictum eſt 2. *Paralip.* XXXV. 13. *Et coxerunt ſacrificium Paſchale ſuper ignem juxta inſtitutum, & ſanctitates coxerunt in lebetibus, cacabis, & ollis, & diſtribuerunt omnibus filiis populi*. Hinc dicebat R. Joſia; qui ſe vovet ex cocto, vetitum eſt illi aſſatum. *Sed ſolum aſſatum igne*; cur dictum eſt? dicerem, quod conveniens erat,

נאמר. הייתי אומר הראוי לשלוק ישלוק הראוי לצלי יצלה תלמוד לומר כי אם צלי אש תוך ובר דברי רבי עקיבא. רבי אומר מקולס. לא תותירו ממנו עד בקר הא אם תותירו עבר על מצוה שומע אני יהא כשר תלמוד לומר לא תותירו ממנו עד בקר אני אקרא והנותר ממנו עד בקר באש תשרופו. עד בקר למה נאמר לא בא הכתוב ליתן תחום לבוקרו של בקר דבר אחר מה תלמוד לומר עד בקר מגיד שאינו נשרף עד אור ששה עשר. רבי ישמעאל אומר אינו צריך הרי הוא אומר כל מלאכה לא יעשה בהם שריפה מעין מלאכה היא ומה תלמוד לומר עד בקר לא אם חל אור ששה עשר להיות בשבת מגיד שאינו נשרף לא עד אור שבעה עשר. רבי יונתן אומר אינו צריך ומה אם במקום שכל אוכל נפש דוחה יום טוב אין שריפת נותר דוחה יום טוב. מקום שאין מקצת אוכל נפש דוחה את השבת אינו דין שלא תהא שריפת נותר דוחה אותו ומה תלמוד לומר עד בקר בא הכתוב ליתן תחום לבקרו של בקר. רבי יצחק אומר אינו צריך ומה אם חמץ שהוא בבל יראה ובבל ימצא אין שריפתו דוחה יום טוב. נותר שאינו בבל יראה ובבל ימצא אינו דין שלא ידחה יום טוב לשרפו ומה תלמוד לומר עד בקר לענין שאמרנו.

פרשת ז

וככה תאכלו אותו. כיוצאי דרכים. רבי יוסי הגלילי אומר בא הכתוב ללמדנו דרך ארץ מן התורה. על יוצאי דרכים שיהיו מזורזין. ואכלתם אותו בחפזון: זה חפזון מצרים. אתה אומר כן או אינו לא חפזון ישראל כשהוא אומר ולכל בני ישראל לא יחרץ הרי חפזון ישראל אמור. הא מה אני מקיים ואכלתם אותו בחפזון זה חפזון מצרים. רבי יהושע אומר ואכלתם אותו

erat, ut elixaretur, elixabatur, quod conveniens erat, ut aſſaretur, aſſabatur? Idcirco dictum eſt; *Sed ſolum aſſatum igne*, tam internum quam externum; verba R. Akiba. Rabi dicit; agnus erat galeatus. *Non relinquetis ex eo reſiduum uſque ad mane*; Si reliquiſſet, violaſſet præceptum. Crederem fuiſſe legitimum? Idcirco dictum eſt. *Non relinquetis ex eo reſiduum uſque ad mane*. Ego legam; *& quod reſiduum erit ex eo uſque ad mane, igne comburetis; uſque ad mane* cur dictum eſt? Venit textus ad aſſignandum terminum tempori matutino temporis matutini. Alia expoſitio: Quid dicendum erat; *uſque ad mane*? Oſtendit, quod non combureretur niſi tempore matutino diei decimæ ſextæ. Rabi Iſmael dicit; Non eſt neceſſe; Jam enim dictum eſt; *Omne opus non fiet in eis*; Combuſtio erat ſpecies operis; & cur dictum eſt; *uſque ad mane*? Oſtendit; ſi incidat tempus matutinum diei decimæ ſextæ in ſabbathum, non comburebatur niſi tempore matutino diei decimæ ſeptimæ. R. Jonathan dicit; Non eſt neceſſe; Si ubi quicumque cibus animæ pellit diem feſtum, combuſtio reſidui non pellit diem feſtum, ubi pars cibi animæ non pellit ſabbathum, non erit æquum, ut combuſtio reſidui non pellat Sabbathum? Cur igitur dictum eſt; *uſque ad mane*? ad ſtatuendum terminum tempori matutino temporis matutini. R. Iſaach dicit; Non eſt neceſſe; Si in fermentato, quod prohibetur præcepto; *non apparebit, & non invenietur*: combuſtio non pellit diem feſtum, reſiduum, quod non prohibetur præcepto, *non apparebit, & non invenietur*, non erit æquum, ut ejus combuſtio non pellat diem feſtum? Et cur dictum eſt; *uſque ad mane*? Ea de cauſa quam diximus.

SECTIO VII.

Et *ſic comedetis illum*; uti ſolent itinerantes. R. Joſe Galilæus dicit; venit textus ad nos docendum hominum conſuetudinem ex lege, quod itinerantes ſint diligentes. *Et comedetis illum feſtinanter*; Hæc eſt feſtinatio Ægyptiorum; Tu ita dicis; at ego dicam non eſſe hanc niſi feſtinationem Iſraelitarum; Quando vero dicit *Exod.* XI. 7. *Et omnibus filiis Iſrael non acuet*; Ecce memoratur feſtinatio Iſraelis? Quomodo ego explicabo; *Et comedetis illum feſtinanter*? Hæc eſt feſtinatio Ægyptiorum. R. Jehoſua dicit; *& comedetis illum feſtinanter*; Hæc eſt feſtina-

בחפזון זה חפזון ישראל. אתה אומר כן או
אינו אלא חפזון מצרים כשהוא אומר כי
גורשו ממצרים הרי חפזון מצרים אמור.
ומה תלמוד לומר בחפזון חפזון ישראל. אבא
חנן משום רבי אלעזר אומר זה חפזון שכינה
אף על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר.
קול דודי הנה זה בא וגומר. ואומר הנה
זה עומד אחר כתלנו יכול אף לעתיד לבא
יהא חפזון שנאמר כי לא בחפזון תצאו
ובמנוסה לא תלכון כי הולך לפניכם יהוה
וגומר פסח הוא ליהוה שיהו כל מעשיהם
לשם שמים וגומר ועברתי בארץ מצרים.
רבי יהודה אומר כמלך שעובר ממקום
למקום. דבר אחר נותן אני עברתי במצרים
אין עברה אלא זעם שנאמר ישלח בם חרון
אפו עברה וזעם וצרה ואומר הנה יום בא
אכזרי ועברה וחרון ואף וגו׳. והכתי שומע
אני על ידי מלאך או על ידי שליח.
תלמוד לומר ויהוה הכה כל בכור לא על
ידי מלאך ולא על ידי שליח.

והכתי כל בכור אפילו ממקומות אחרים
ובכורי מצרים אפילו הם במקומות אחרים
מניין תלמוד לומר למכה מצרים בבכוריהם
וגומר בכורי חם וכוש מניין תלמוד לומר
ויך כל בכור במצרים וגו׳ ראשית אונים
באהלי חם. מאדם ועד בהמה מי שהתחיל
בעבירה תחלה ממנו התחלת הפורענות
כיוצא בדבר אתה אומר וימח את כל
היקום אשר על פני האדמה וגומר. כיוצא
בדבר אתה אומר ואכבדה בפרעה ובכל
חילו. כיוצא בדבר אתה אומר הכה תכה
את יושבי העיר ההיא וגו׳. כיוצא בדבר
אתה אומר וצבתה בטנה ונפלה ירכה. אף
כאן אתה אומר והכתי כל בכור שהתחיל
תחלה בעבירה והלא דברים קל וחומר
ומה אם מדת פורענות מעוטה מי שהתחיל

natio Israelis; Tu ita dicis; at ego dicam hanc non esse nisi festinationem Ægyptiorum; Quando vero dicit Ibid. XII. 39. *Quod ejecti sunt ab Ægypto*. Ecce memoratur festinatio Ægyptiorum; & cur dictum est *festinanter*? dicendum est de festinatione Israelis. Aba Chanen nomine R. Eliefer dicit; hæc est festinatio Divinitatis; quamvis non sit rei demonstratio, est tamen monimentum; dictum est enim *Cantic.* II. 8. *Vox dilecti mei, ecce ipse venit &c.* Pariterque dictum est: *Ecce ille stat post nostros parietes*. Crederem vel in tempore futuro veniet festinanter? Idcirco dictum est *Isai.* LII. 12. *Quod non festinanter exibitis, nec in fuga properabitis, præcedit enim vos Dominus &c. Pascha illud Domino*; ut omnia ejus opera sint nomine Paschatis &c. *Et transibo in terram Ægypti*; R. Jehuda dicit; Simile est regi, qui transit de loco in locum. Alia expositio; ego do meam iram in Ægyptum; Non est עברה nisi ira; Dictum est enim *Psal.* LXXVIII. 49. *Immisit in eos iram furoris sui, iram, indignationem, & tribulationem*. Pariterque dictum *Isai.* XIII. 9. *Ecce dies Domini venit, crudelis, & ira, & indignatio, & furor &c. Et percutiam*; Crederem manu Angeli, aut manu legati? Idcirco dictum est; *Et Dominus percussit omne primogenitum*; Non manu Angeli, neque manu legati.

Et percutiam omne primogenitum; vel in aliis locis; & primogeniti Ægyptiorum, vel si fuerint in aliis locis, unde probantur? Ex eo quod dictum est *Psal.* CXXXVI. 10. *Qui percussit Ægyptum in primogenitis suis &c.* Primogeniti Cham, atque Æthiopiæ unde probantur? Ex eo quod dictum est *Psal.* LXXVIII. *Et percussit omne primogenitum in Ægypto &c. principium roborum in tabernaculis Cham. Ab homine usque ad pecus*; Qui incepit in peccato, ab eo initium factum est in supplicio; Huic simile dictum est *Genes.* VII. 23. *Et delevit omnem substantiam quæ erat super faciem terræ &c.* Huic simile tu dicis; *Et glorificabor in Pharaone, & in universo ejus exercitu*. Huic simile tu dicis *Deut.* XIII. 15. *Percutiendo percutiam habitatores civitatis illius*. Huic simile tu dicis *Num.* V. 27. *Intumescet ejus venter, & putrescet ejus femur*. Ita quoque hic dicis; *Et percutiam omne primogenitum*; Quod prius peccavit; & ecce argumentum a minori ad majus; si in mensura supplicii, quæ est minor, qui primus peccavit, primum vapulat, multo magis in mensura boni, quæ est major. *Et*

in

בעבירה לוקה תחלה קל וחומר למדת טובה שמרובה. ובכל אלהי מצרים אעשה שפטים אני יהוה שפטים משונים זה מזה, צלם של אבן היה נימוח. ושל עץ היה נרקב ושל מתכת היה נעשה חרדה שנאמר ומצרים מקברים. ויש אומרים של אבן נרקבת ושל עץ נמסית. רבי נתן אומר שפטים שפוט שופטי שפטים נרקבים נבקקים נגרעים נשרפים נמצינו למדין שעבודה זרה לוקה בארבעה דרכים ועובדיה בשלשה במכה בהשחתה ובמגפה. אני יהוה מה שאי איפשר לבשר ודם לומר כן אני יהוה בשבועה אני נפרע מהם קל ותומר ומה מדת פורענות מעוטה אמר הקדוש ברוך הוא לעשות ועשה מדה טובה מרובה על אחת כמה וכמה.

והיה הדם לכם לאות. לכם לאות ולא לי לאות. לכם לאות ולא לאחרים לאות על הבתים למה נאמר והלא כבר נאמר על הבתים אשר יאכלו אותו בהם. אין לי אלא בתים שיאכלו בהם בתים שהיו יושבים בהם מנין תלמוד לומר מן הבתים אשר אתם שם. מכל מקום וראיתי את הדם היה רבי ישמעאל אומר והלא הכל גלוי לפניו ידע מה בחשוכה ונהורא עמיה שריה. ואומר גם חשך לא יחשיך ממך ומה תלמוד לומר וראיתי את הדם. אלא בשכר מצוה שאתם עושים אני נגלה וחס עליכם שנאמר ופסחתי עליכם. אין פסיחה אלא חיים שנאמר כצפרים עופות כן יגן יהוה צבאות על ירושלם גנון והציל פסוח והמליט. וראיתי את הדם רואה אני דם עקדתו של יצחק שנאמר ויקרא אברהם שם המקום ההוא יהוה יראה וגו׳ ולהלן הוא אומר ובהשחית ראה יהוה וינחם וגו׳ מה ראה דם עקדתו של יצחק. ופסחתי עליכם, רבי יאשיה אומר אל תקרי ופסחתי אלא ופסעתי שהקדוש ברוך הוא מדלג על בתי בני ישראל במצרים שנאמר קול דודי הנה זה בא מדלג על ההרים ואומר הנה זה עומד אחר כתלנו וגו׳. רבי יונתן אומר ופסחתי עליכם עליכם אני חס ואני אני חס על המצרים הרי שהיה מצרי בתוך ביתו

in omnibus Diis Ægypti faciam judicium; Ego Dominus; Dii inter ſe differebant; Imago lapidea deſtruebatur, imago lignea marceſcebat, & imago ænea liquefiebat; dictum eſt enim *Num.* XXXIII. 4. *Et Ægyptii ſepeliebant*. Et alii dicunt; Imago lapidea marceſcebat, & lignea liquefiebat. R. Nathan dicit; multi judices marceſcebant, findebantur, abſcindebantur, comburebantur; Deprehenditur, quod doceamur, quod Idololatria quatuor, & ejus miniſtri tribus modis puniantur, ſc. plaga, corruptione, & clade: *Ego Dominus*; quod mortali non licet dicere. *Ego Dominus*; tum juramento ego de illis ulciſcar; argumento a minori ad majus; ſi in menſura ſupplicii, quæ eſt minor, dicit Deus S. B. quod faciet, & facit; in menſura boni, quæ eſt major, quanto magis?

Et erit ſanguis vobis in ſignum. Vobis in ſignum; non mihi in ſignum; *vobis in ſignum*; non aliis in ſignum; *In ſignum ſuper domibus*; Cur dictum eſt? Cum jam dictum ſit; *Super domibus, in quibus illum comedent*. Non probo niſi de domibus in quibus comedebant; de domibus, in quibus habitabant, unde probatur? Ex eo quod dictum eſt. *Ex domibus, in quibus fueritis*; omnimode: *Et videbo ſanguinem*. R. Iſmael dicit; Atqui omnia aperta ſunt in ejus conſpectu. Dictum eſt enim *Dan.* II. 22. *Novit, quod eſt in tenebris, & lux cum eo habitat*. Pariterque dictum eſt *Pſal.* CXXXIX. 12. *Et tenebræ non obſcurabunt tibi*; Cur igitur dictum eſt; *Et videbo ſanguinem*? propter retributionem præcepti, quod vos facitis, ego me revelabo, & miſerebor veſtri; Dictum eſt enim; *& tranſibo ſuper vos*; Tranſitus non eſt niſi vita; Dictum eſt enim *Iſai.* XXXI. 5. *Sicut aves volantes, ſic proteget Dominus exercituum ſuper Hieruſalem, protegens, & liberans, tranſiens, & ſalvans. Et videbo ſanguinem*. Ego videbo ſanguinem ſacrificii Iſaach (*qui erat typus Jeſu Chriſti Servatoris.*) dictum eſt enim *Geneſ.* XXII. 7. *Et vocavit Abraham nomen loci illius*; יי׳ יראה *Deus videbit*; Et illic ſc. I. *Paral.* XXI. 16. *Et in deſtruendo, vidit Dominus, & pœnituit*. Quid vidit? ſanguinem ſacrificii Iſaach. *Et tranſibo ſuper vos*. Rabi Joſia dicit; ne legas ופסחתי ſed ופסעתי, quia Dominus tranſiliebat ſuper domos filiorum Iſrael in Ægypto; dictum eſt enim *Cantic.* II. 8. *Vox dilecti mei; ecce iſte venit ſaliens in montibus*. Pariterque dictum eſt: *Ecce ille ſtat poſt noſtros parietes &c.*

Rabi

של ישראל שומע אני ינצל תלמוד לומר
ופסחתי עליכם אני חס ולא על
המצרים הרי שהיה ישראל בבית המצרים
שומע אני ילקה בגללו תלמוד לומר ולא
יהיה בכם נגף בכם אינו הווה אבל הווה
על המצרים . דבר אחר בהכותי בארץ
מצרים. אינו הווה אבל הווה לאחר זמן.
והיה היום הזה לכם לזכרון וגו׳ תלמוד
לומר והיה היום הזה לכם לזכרון. יום
שהוא לך לזכרון אתה חוגג . אבל לא
שמענו איזהו כשהוא אומר ויאמר משה
אל העם זכור את היום הזה אשר יצאתם
ממצרים וגו׳ עדין הדבר שקול כשהוא
אומר ויסעו מרעמסס. בחדש הראשון
בחמשה עשר יום לחדש הראשון ממחרת
הפסח יצאו בני ישראל ביד רמה אימתי
אכלו בני ישראל את הפסח בלילי יום טוב
והם לא יצאו אלא ביום טוב עצמו.
וחגתם אותו חג ליהוה אין לי אלא יום
טוב ראשון שהוא טעון חגיגה יום טוב
האחרון מנין תלמוד לומר ששת ימים
תאכל מצות. וביום השביעי עצרת ליהוה
אלהיך. אין לי אלא יום טוב ראשון ואחרון
שהם טעונים חגיגה חולו של מועד מנין
הרי אתה דן הואיל ויום טוב הראשון
ואחרון קרויין מקרא קדש. וחולו של מועד
קרוי מקרא קדש. אם למדת על יום טוב
הראשון ואחרון שהוא מקרא קדש הרי
הן טעונין חגיגה חולו של מועד שהוא
קרוי מקרא קדש דין הוא שיטען חגיגה.
ועוד קל וחומר ומה אם יום טוב הראשון
ואחרון שאין לפניהם ולאחריהם מקודשין
הרי הן טעונין חגיגה חולו של מועד שהוא
מקודש לפניו ולאחריו דין הוא שיהא טעון

Rabi Jonathan dicit. *Et transibo super vos*. Vestri miserebor, at Ægyptiorum non miserebor; si fuisset Ægyptius in domo Israelitæ, ego crederem potuisse servari? Idcirco dictum est; *Et transibo super vos*; vestri miserebor, at Ægyptiorum non miserebor; Crederem si fuisset Israelita in domo Ægyptii, ejus causa puniri potuisse? Idcirco dictum est; *Et non erit in vobis clades*. In vobis non erit, at erit in Ægyptiis. Alia expositio. Cum percutiam terram Ægypti non erit, sed esse poterit in posterum. *Et erit dies iste vobis in memoriam &c.* Dictum est: *Et erit dies iste vobis in memoriam*. Diem, qui erit tibi in memoriam, festum & solennem ages; At nondum audivimus, quinam esset; quando vero dicit. *Et locutus est Mose ad populum; memento hujus diei, in quo egressus es ex Ægypto*. Hactenus res est dubia; Quando vero dicit *Num.* XXXIII. 3. *Profecti sunt de Ramesses mense primo quintodecimo mensis primi, postridie Paschatis egressi sunt filii Israel manu excelsa*. Quando comederunt Israelitæ sacrificium Paschale? In vespera diei festi, & ipsi non sunt egressi nisi ipso die festo. *Et celebrabitis illum diem festum Domino*. Non probo nisi de primo die festi, in quo esset offerendum sacrificium solennitatis, de novissimo unde probatur? Ex eo quod dictum est *Deut.* XVI. 8. *Sex diebus azyma comedes, & in die septima collectio Domino Deo tuo*. Non probo nisi de primo & novissimo die, in quibus offerendum erat sacrificium festi, in feriis festi unde probatur? Ecce tibi argumentum; In primo, & novissimo die, qui vocantur convocatio sanctitatis, offerendum erat sacrificium solennitatis; in feria festi, quæ vocatur convocatio sanctitatis, erit æquum ut offeratur sacrificium solennitatis. Et præterea est argumentum a minori ad majus; Si in primo & novissimo die, quos neque antecedebant, neque consequebantur dies sancti, offerendum erat sacrificium solennitatis, in feria festi, quam antecedebant, & consequebantur dies sancti, non erit æquum ut offerendum sit sacrificium solennitatis? R. Jose Galilæus dicit; *Septem diebus celebrabis solennitatem Domino Deo tuo*; ad includendum septem dies Paschatis, quod in iis sit offerendum sacrificium solennitatis; At dicam, quod non loquatur nisi de ipsa solennitate. Quando vero dicit; *Et celebrabitis illum diem festum Domino*; Ecce jam dicta est solennitas; Quomodo ego explicabo; *Septem*

חגיגה. רבי יוסי הגלילי אומר שבעת ימים תחוג ליהוה אלהיך להביא שבעת ימי הפסח. שיטענו חגיגה או אינו מדבר אלא בחג. כשהוא אומר וחגתם אותו חג ליהוה הרי חג אמור. ומה אני מקיים שבעת ימי הפסח שיטענו חגיגה. לדורותיכם שומע אני מיעוט דורות שנים תלמוד לומר חקת עולם תחגהו.

פרשה ח

שבעת ימים מצות תאכלו שומע אני כל מצות במשמע תלמוד לומר לא תאכל עליו חמץ לא אמרתי אלא דבר הבא לידי מצה וחמץ. ואי זה זה אלו חמשת המינין ואלו הם החטים והשעורים והכוסמים ושבולת שועל ושיפון יצאו האורז והדוחן והפרגין והקטניות והשומשמין שאין באין לידי חמץ ומצה אלא לידי סרחון.

שבעת ימים מצות תאכלו. שומע אני אף מעשה קדרה כמשמע תלמוד לומר לחם שבעת ימים עם יום טוב הראשון אתה אומר כן או אינו אלא חוץ ליום טוב הראשון תלמוד לומר עד יום האחד ועשרים. או עד יום האחד ועשרים אוציא סמוך לעשרים תלמוד לומר שבעת ימים מצות תאכלו לעשות הראשון חובה ושאר הימים רשות אתה אומר לעשות הראשון חובה ושאר הימים רשות או אינו אלא לעשות הראשון רשות ושאר הימים חובה תלמוד לומר בראשון בארבעה עשר יום לחדש הכתוב קבעו חובה. הא אין עליך לומר כלשון האחרון אלא כראשון לעשות הראשון חובה ושאר כל הימים רשות. כתוב אחד אומר שבעת ימים מצות תאכלו וכתוב אחד אומר ששת ימים תאכל מצות כיצד יתקיימו שני מקראות הללו השביעי היה בכלל היה ויצא מוצא מן הכלל ללמד על הכלל מה שבעה רשות אף כל רשות או מה השביעי רשות אף לילה הראשונה רשות תלמוד לומר בראשון

ptem diebus celebrabis solennitatem Domino tuo? Ad includendum septem dies Paschatis, quod in iis sit offerendum sacrificium solennitatis. *In generationibus vestris*; quod observetur in generationibus; Aut *in generationibus vestris*; Ego crederem minorem numerum fuisse duas generationes? Idcirco dictum est; *statutum perpetuum*; *solennitatem celebrabitis*.

SECTIO VIII.

Septem diebus azyma comedetis; Crederem omnia genera azymorum comprehendi? Idcirco dictum est. *Non comedes super eo fermentatum*; Non dixi nisi de eo, quod sit azymum, & fermentet; & quodnam est? Sunt quinque species, sc. tritica, hordea, & spelta, & avena, & secale; Excluduntur oryza, millium, papaver, legumina, & sesamum, quæ non fermentant, neque fiunt azyma, sed corrumpuntur.

Septem diebus azyma comedetis. Crederem vel coctum in olla juxta sensum literalem? Idcirco dictum est; *Panem*. *Septem diebus*; Cum die primo festi; tu ita dicis; at ego dicam, vel excepto primo die festi? Idcirco dictum est; *Usque ad diem vigesimum primum*; Si *usque ad diem vigesimum primum*; excludam diem vigesimo proximum; Idcirco dictum est: *Septem diebus azyma camedetis*; ut primus sit ex debito, & reliqui ex arbitrio; At ego dicam primum ex arbitrio, & reliquos ex debito; Idcirco dictum est; *in primo in quartodecimo die mensis*. Textus ex debito statuit; Hinc tibi non licet dicere juxta ultimam sed juxta primam rationem; ut primus sit ex debito, & reliqui & arbitrio. Alter textus dicit; *Septem diebus azyma comedetis*, & alter *Deuter.* XVI. dicit. *Sex diebus comedes azyma*. Quomodo conciliantur hi duo textus? Hic septimus erat in genere, & de genere exiit ad docendum de genere; sicut septimus est ex arbitrio, ita pariter reliqui omnes ex arbitrio; aut dicam; sicut septimus est ex arbitrio, ita pariter prima vespera erit ex arbitrio. Idcirco dictum est; *In primo in quartodecimo*; Textus ex debito constituit; Hinc tibi dicere non licet juxta ultimam, sed juxta primam rationem; Septimus erat in genere, & exiit ex genere ad docendum de genere, sicut septimus ex arbitrio, ita pariter reliqui omnes ex arbitrio. Alia expositio; Alter textus dicit; *sex*, & alter *septem*. Quomodo conciliantur hi duo textus?

Sex

בארבעה עשר יום לחרש . הכתוב קבוע
חובה הא אין עליך לומר כלשון האחרון
אלא כלשון הראשון השביעי היה בכלל
ויצא מן הכלל ללמד על הכלל מה שביעי
רשורת אף כלן רשורת. דבר אחר כתוב
אחד אומר שבעה כיצד יתקיימו שני
מקראות הללו אלא ששה מן החרש שבעה
מן הישן . אך ביום הראשון מערב יום
טוב אתה אומר מערב יום טוב או אינו
אלא ביום טוב עצמו. תלמוד לומר לא
תשחט על חמץ דם זבחי לא תשחט את
הפסח ועריין חמץ קיים. דברי רבי ישמעאל
רבי יונתן אומר אינו צריך הרי כבר נאמר
כל מלאכה לא יעשה בהם שריפה מעין
מלאכה היא מה תלמוד לומר תשביתו
שאור מערב יום טוב. רבי יוסי הגללי
אומר תשביתו שאור מבתיכם מבערב יום
טוב אתה אומר כן . או אינו אלא ביום
טוב עצמו תלמוד לומר אך חלק רבי יוסי
אומר תשביתו שאור מבתיכם בשריפה.
אתה אומר בשריפה או אינו אלא בכל
דבר . הרי אתה דן . נותר אסור באכילה
וחמץ אסור באכילה. מה נותר בשריפה
אף חמץ בשריפה. אם למדת נותר שאינו
אלא בשריפה אף חמץ לא יהא אלא
בשריפה נבלה תוכיח שהיא אסורה
באכילה ואינה בשרפה . היא תוכיח על
חמץ אף על פי שהוא אסור באכילה לא
יהא בשריפה אמורת הפרש נותר אסור
בהנאה וחמץ אסור בהנאה. אם למדת
על נותר שאינו אלא בשריפה אף חמץ
לא יהא אלא בשריפה. והרי שור הנסקל
יוכיח שהוא אסור בהנאה ואינו בשריפה
הוא יוכיח על חמץ. אף על פי שהוא
אסור בהנאה לא יהא בשרפה. אמורת
הפרש נותר חייבין עלין כרת. וחמץ חייבין

Sex ex frumento novo, & septem ex veteri. *Tantummodo in primo die*; in vigilia festi; Aut dicam in ipso primo die festo. Idcirco dictum est *Exod.* XXIII. *Non mactabis super fermentatum sanguinem mei sacrificii*. Non mactabis sacrificium Paschale, dum adhuc extat fermentatum. Verba R. Ismaelis. R. Jonathan dicit; non est necesse, cum jam dictum sit; *Nullum opus fiet in iis*; combustio est species operis; Cur dictum est: *Cessare facietis fermentum*? a vigilia festi. R. Jose Galilæus dicit; *Cessare facietis fermentum a domibus vestris*; a vigilia festi; tu ita dicis; at ego dicam a primo die ipsius festi. Idcirco dictum est אך. Divide *diem*. R. Jose dicit: *Cessare facietis fermentum a domibus vestris*; combustione. Tu dicis combustione; at ego dicam vel quavis alia ratione. Ecce tibi argumentum. Residuum esu interdictum est, pariterque fermentatum esu interdictum est; sicut residuum comburitur, ita pariter fermentatum; Sicut percepisti, quod residuum non aboletur nisi combustione, ita pariter fermentatum non erit abolendum nisi combustione: Cadaver probet, quod esu interdictum est, & tamen non comburitur, ipsum probet de fermentato, quod quamvis sit esu interdictum, tamen non erit comburendum. Dixisti? distinguo. Residuum usu interdictum est, pariterque fermentatum usu interdictum est; sicut percepisti de residuo, quod non aboletur nisi combustione, ita pariter fermentatum non erit abolendum nisi combustione. At ecce bos lapidandus probet, qui quamvis usu sit interdictus, tamen non comburitur, ipse probat de fermentato, quod quamvis sit usu interdictum, tamen non erat comburendum. Dixisti? distinguo; Pro residuo est pœna excidii, pariterque pro fermentato est pœna excidii; si percepisti de residuo, quod non aboletur nisi combustione, ita pariter fermentatum non erit abolendum nisi combustione. At ecce adeps bovis lapidandi probat, in quo licet sit pœna excidii, tamen non comburitur, ipse probet de fermentato, in quo licet sit pœna excidii, tamen non erat comburendum. Dixisti? Explicetur res quatuor rationibus conjunctis ab re quatuor rationibus conjunctis. Residuum interdictu est esu, & usu, & in eo est pœna excidii, & tempus efficit ejus interdictum, pariterque fermentatum interdictum est esu, & usu, & in eo est pœna excidii, & tempus efficit ejus interdictum; Non dicas, quod cadaver pro-

עליו כרת. אם למדת על נותר שאינו אלא
בשריפה אף חמץ לא יהא אלא בשריפה
והרי חלב של שור הנסקל יוכיח. שחייבין
עליו כרת ואינו בשריפה הוא יוכיח על
חמץ שאף על פי שחייבין עליו כרת לא
יהא בשריפה. אמרת ארוך ארבעה לשונות
כאחת מארבעה לשונות כאחת. נותר אסור
באכילה ובהנאה וחייבין עליו כרת. והזמן
גרם. וחמץ אסור באכילה. ואסור בהנאה
וחייבין עליו כרת והזמן גרם. ואל תאמר
נבלה תוכיח שאף על פי שאסורה באכילה
אינה אסורה בהנאה. ולא שור הנסקל
יוכיח שאף על פי שהוא אסור בהנאה
אין חייבין עליו כרת. ולא חלב שור
הנסקל יוכיח שאף על פי שחייבין עליו
כרת אין הזמן גורם אלא אלמוד דבר מדבר
וארוך דבר מדבר אלמוד דבר שהוא שוה
בארבעה דרכים מדבר ששוה בארבעה
דרכים ואל אלמוד דבר שהוא שוה בארבעה
דרכים מדבר שאינו שוה לא בדרך אחד
ולא בשנים דרכים ולא בשלשה דרכים
אם למדת על נותר שאינו אלא בשריפה.
אף חמץ לא יהיה אלא בשריפה. אמר
רבי יהודה בן בתירה סבור אתה שאתה
מחמיר עליו ואינך אלא מקל הא אם לא
מצא לו אור ישב לו ולא ישרוף אלא
בלשון הזה הוי אומר עד שלא תגיע
שעת הביעור מצות כילוי בשריפה.
משהגיעה שעת הביעור מצות כילויו בכל
דבר. רבי אומר בדבר שהוא בבל יראה
ובל ימצא ואי זהו דבר שהוא בל יראה
ובל ימצא. אין אתה מוצא אלא בשריפה.
כי כל אוכל חמץ ונכרתה. שומע אני כל
חמץ במשמע. תלמוד לומר לא תאכל
עליו חמץ לא אמרתי אלא דבר שהוא
בא לידי חמץ ומצה ואי זה הוא זהו
מחמשת המינין. החטים והשעורים
והכוסמים שבלת שועל שיפון יצאו האורז
והדוחן והפרגון והשומשמים שאין באין
לידי מצה וחמץ אלא לידי סרחון. ונכרתה
אין הכרתה אלא הפסקה. הנפש ההיא
מזידה דברי רבי עקיבא מישראל שומע
אני תכרת מישראל. והלך לה לעם אחר
תלמוד לומר מלפני יהוה בכל מקום שהוא
רשותי. מיום הראשון עד יום השביעי.
ענשו שבעה ואזהרתו לעולם שהיה בדין
הואיל והחלב חייב עליו כרת אם למדת
על החלב שעשה ענשו כאזהרתו יכול אף
על החמץ יעשה ענשו כאזהרתו תלמוד

probet, quod quamvis esu, non est tamen usu interdictum; neque probet bos lapidandus, qui quamvis sit usu interdictus, tamen in eo non est pœna excidii; neque adeps cadaveris probet, in quo licet sit pœna excidii, tamen tempus non efficit interdictum. Probetur res ab re, & explicetur res ab re; probatur res, quæ sit æqualis quatuor rationibus, ab re quæ sit æqualis quatuor rationibus, at non probetur res, quæ sit æqualis quatuor rationibus, ab re quæ non sit æqualis nisi una, aut duabus, aut tribus rationibus. Si percepisti de residuo, quod non aboleatur nisi combustione, ita pariter fermentatum non erit abolendum nisi combustione. Dicit R. Jehuda ben Bethera; tu ita credis ad aggravandum fermentatum, tamen nihil aliud facis, nisi ut illud alleves; Si desit ignis, non comburet? Non debes ita dicere, priusquam adveniat tempus remotionis; Præceptum ejus consumtionis est, ut comburatur. Postquam advenit tempus remotionis, præceptum est, ut quovis modo absumatur. Rabi dicit; ea ratione, ut observetur præceptum; *Non apparebit; & non invenietur.* Et quænam est ratio, qua possit observari præceptum; *Non apparebit; & non invenietur?* Est combustio. Quia omnis, qui comedit fermentatum, *excidetur*. Crederem quodvis fermentatum juxta sensum literalem? Idcirco dictum est; *Non comedetur super eo fermentatum*. Non dixi nisi de re, quæ fermentare, & azyma fieri possit; Et quænam est? Est una ex quinque speciebus, sc. frumenta & hordea, & spelta, & avena, & secale, excluduntur oryza, millium, papaver, & sesamum, quæ neque fermentare, neque azyma fieri possunt, sed corrumpuntur. *Et excidetur*; הכרת non est nisi excidium; *Anima illa*; quæ ex industria operetur; verba R. Akiba; *Ex Israel*; Ego crederem, quod excideretur ex Israel, & abiret ad aliam gentem? Idcirco dictum est; *De conspectu Domini*. Ex omni loco, ubi est potestas mea. *Ab die primo usque ad diem septimum*; Ejus pœna septem diebus, & ejus præmonitio in perpetuum. Et probari potest argumento; Quoniam pro adipe reus est excidii, si percepisti de adipe, in quo ejus præmonitio æque consideratur ac ejus pœna, crederem, quod etiam in fermentato consideranda esset ejus præmonitio, ac ejus pœna? Idcirco dictum est. *Ab die primo usque ad diem septimum*; quod ejus pœna sit septem diebus, & præmonitio in per-

pe-

לומר מיום הראשון עד יום השביעי שענשו שבעה ואזהרתו לעולם. עונש שמענו אזהרה לא שמענו. תלמוד לומר כל מחמצת לא תאכלו.

פרשה ט

ביום הראשון מקרא קדש. כבדהו במאכל ובמשתה ובכסות נקייה אין לי אלא יום טוב הראשון והאחרון שהם קרויין מקרא קדש חולו של מועד מנין תלמוד לומר אלה מועדי יהוה אשר תקראו אותם מקראי קדש. כל מלאכה לא יעשה אין לי אלא יום טוב האחרון שהוא אסור בעשיית מלאכה יום טוב הראשון מנין תלמוד לומר ביום הראשון מקרא קדש. אין לי אלא יום טוב הראשון והאחרון שהן אסורין בעשיית מלאכה שנאמר ביום הראשון מקרא קדש וביום השביעי מקרא קדש. חולו של מועד מנין תלמוד לומר את חג המצות תשמור מכל מקום דברי רבי יאשיה. רבי יונתן אומר אינו צריך אם יום טוב הראשון והאחרון שאין קדושה לא לפניהם ולא לאחריהם הרי הן אסורין במלאכה חולו של מועד שיש קדושה לפניו ולאחריו אינו דין שיאסר במלאכה ששה ימי בראשית יוכיחו שיש קדושה לפניהם ולאחריהם ומותרים במלאכה הם יוכיחו על חולו של מועד שאף על פי שיש לו קדושה לפניו ולאחריו מותר במלאכה. לא אם אמרת בששת ימי בראשית שאין בהן קרבן מוסף. לכך מותרין במלאכה. תאמר בחולו של מועד שיש בו קרבן מוסף. לכך יהא אסור במלאכה. והרי ראשי חדשים שיש בהן קרבן מוסף ומותרין במלאכה הם יוכיחו על חולו של מועד שאף על פי שיש בו קרבן מוסף יהא מותר במלאכה. לא אם אמרת בראשי חדשים שאין קרויין מקרא קדש לכך מותרין במלאכה. תאמר בחולו של מועד שהוא קרוי מקרא קדש יהא אסור במלאכה. הא למדנו על חולו של מועד שהוא אסור במלאכה.

כל מלאכה לא יעשה בהם לא תעשה אתה ולא יעשה חברך ולא יעשה גוי

petuum. Pœnam audivimus, præmonitionem nondum audivimus. Idcirco dictum est: Omne fermentatum non comedetis.

SECTIO IX.

IN *die primo convocatio sanctitatis*: Honora illum cibo, potu, & vestitu mundo; Non probo nisi de primo die festi, & ultimo, qui appellantur convocatio sanctitatis, de feriis intermediis unde probatur? Ex eo quod dictum est *Levit.* XXIII. 2. *Hæ sunt solennitates Domini, quas vocabitis convocationes sanctitatis. Nullum opus fiet.* Non probo nisi de ultimo die festo, in quo interdictum est omne opus, de primo unde probatur? Ex eo quod dictum est. *In die primo convocatio sanctitatis.* Non probo nisi de die primo & ultimo, quod iis omne opus sit interdictum, de quibus dictum est. *In die primo convocatio sanctitatis; & in die septimo convocatio sanctitatis.* De feriis intermediis unde probatur? Ex eo quod dictum est *Exod.* XXIII. *Solennitatem azymorum observabis:* Omnimode: Verba R. Josia. R. Jonathan dicit; Non est necesse; Si in die festo primo & ultimo, quos non præcedit, neque consequitur sanctitas, interdictum est opus, in feriis intermediis, quas præcedit, & consequitur sanctitas, non erit æquum, ut sit interdictum opus? Sex dies hebdomadæ probent, quos quamvis præcedat & consequatur sanctitas, tamen in iis permissum est opus, ipsi probent de feriis intermediis, quas licet præcedat & consequatur sanctitas, tamen in iis permissum erit opus. Minime; si dixisti de sex diebus hebdomadæ, in quibus cum non sit sacrificium addititium, ea de causa permissum erit opus; Dices de feriis intermediis, in quibus cum sit sacrificium addititium, idcirco erit opus interdictum? At ecce novilunia, in quibus licet offerretur sacrificium additiium, tamen opus erat permissum, ipsa probent de feriis intermediis, in quibus licet offerretur sacrificium addititium, tamen opus erit permissum. Minime; si dixisti de noviluniis, quæ non appellabantur convocatio sanctitatis, idcirco permissum erat opus, dices de feriis intermediis, quæ vocantur convocatio sanctitatis; idcirco interdictum erit opus? Ecce percepimus, quod in feriis intermediis opus esset interdictum.

Nullum opus fiet in illis. Tu non facies, & non faciet tuus socius, & non faciet Ethnicus tuum opus; Tu ita di-

מלאכתך . אתה אומר כן או אינו לא
תעשה אתה ולא חברך . ויעשה גוי
מלאכתך תלמוד לומר ששת ימים תעשה
מלאכה וגו' הא למרת וכל מלאכה לא
יעשה בהם . לא תעשה אתה ולא יעשה
חברך ולא יעשה הגוי מלאכתך דברי רבי
יאשיה . רבי יונתן אומר אינו צריך והלא
כבר נאמר זכור את יום השבת לקדשו .
והלא דברים קל וחומר ומה אם שבת
חמורה אינו מוזהר על מלאכת גוי
במלאכתך תלמוד לומר כל מלאכה לא
יעשה בהם אין לי אלא יום טוב הקל
אתה מוזהר על מלאכת חברך במלאכתך
שבת חמורה מנין קל וחומר אם יום טוב
הקל שאתה מוזהר על מלאכת חברך
במלאכתך . שבת חמורה דין הוא שאתה
מוזהר על מלאכת חברך במלאכתך .

אך אשר יאכל לכל נפש . כל אוכל
נפש דוחה יום טוב . ואין כל עבודה דוחה
יום טוב שהיה בדין . ומה אם במקום שאין
מקצת אוכל נפש דוחה שבת מקצת עבודה
דוחה את השבת מקום שכל אוכל נפש
דוחה יום טוב אינו דין שכל עבודה דוחה
יום טוב . תלמוד לומר אך אשר יאכל לכל
נפש . כל אוכל נפש דוחה יום טוב ואין
כל עבודה דוחה יום טוב . ויהא מקצת
אוכל נפש דוחה שבת . והדין נותן ומה
אם במקום שאין כל עבודה דוחה יום טוב
כל אוכל נפש דוחה יום טוב במקום
שמקצת עבודה דוחה שבת אינו דין שיהא
מקצת אוכל נפש דוחה שבת תלמוד לומר
אך אשר יאכל לכל נפש הוא לבדו וגו'
אך אשר יאכל מקצת עבודה דוחה שבת
ואין מקצת אוכל נפש דוחה את השבת ,
אך אשר יאכל לכל נפש וגו' שומע אני
אף נפשות בהמה ונפשות אחרים במשמע
תלמוד לומר לכם . לכם ולא לבהמה .
לכם ולא לאחרים . דברי רבי ישמעאל .
רבי יוסי הגלילי אומר אך אשר יאכל לכל
נפש אף נפשות בהמה במשמע' משמע
מביא נפשות בהמה . ומביא נפשות

dicis ; At ego dicam ; non facies tu , neque tuus ſocius , ſed faciet Ethnicus tuum opus . Idcirco dictum eſt *Exod.* xx. 9. *Sex diebus facies opus &c.* Ecce percepiſti : *Nullum opus fiet in illis.* Tu non facies , neque tuus ſocius faciet , neque Ethnicus faciet tuum opus. Verba R. Joſia . R. Jonathan dicit ; non eſt neceſſe ; cum jam dictum ſit Ibid. verſ. 8. *Memento ut diem Sabbathi ſanctifices.* Ecce argumentum a minori ad majus . Si in Sabbatho , quod eſt grave , non præmoneris de opere Ethnici in opere tuo; In die feſto , qui eſt levis , æquum eſt, ut non præmonearis de opere Ethnici in opere tuo . Idcirco dictum eſt ; *Nullum opus fiet in illis* . Non probo niſi de die feſto , qui eſt levis ; de Sabbatho , quod eſt grave , unde probatur ? A minori ad majus ; Si in die feſto , qui eſt levis , præmoneris de opere ſocii tui in opere tuo , in Sabbatho , quod eſt grave , æquum eſt , ut præmonearis de opere ſocii tui in opere tuo.

Tantummodo illud , quod comedetur ab omni anima . Omnis cibus animæ pellit diem feſtum, at omne miniſterium non pellit diem feſtum . Quod probatur argumento : Si ubi pars cibi animæ non pellit ſabbathum , pars miniſterii pellebat ſabbathum , hic ubi omnis cibus animæ pellit diem feſtum , non erit æquum, ut omne miniſterium pellat diem feſtum ? Idcirco dictum eſt . *Tantummodo illud , quod comedetur ab omni anima* . Cibus animæ pellit diem feſtum , at omne miniſterium non pellit diem feſtum. Quod pars cibi animæ pellat ſabbathum, probari poteſt argumento ; Si ubi omne miniſterium non pellit diem feſtum, omnis cibus animæ pellit diem feſtum , hic ubi pars miniſterii pellit ſabbathum , non erit æquum , ut pars cibi animæ pellat ſabbathum ? Idcirco dictum eſt: *Tantummodo illud , quod comedetur ab omni anima . Illud ſolum . Tantummodo illud quod comedetur* ; pars miniſterii pellit ſabbathum, at pars cibi animæ non pellit ſabbathum . *Tantummodo illud , quod comedetur ab omni anima &c.* Crederem etiam comprehendi animas beſtiæ , & alias animas? Idcirco dictum eſt ; *vobis* ; non beſtiis ; *vobis* , non aliis . Verba R. Iſmaelis . R. Joſe Galilæus dicit; *Tantummodo illud , quod comedetur , ab omni anima* . Ego crederem vel animas beſtiæ comprehendi? Ex ſenſu literali comprehenduntur vel animæ beſtiæ , & animæ aliorum. Idcirco dictum eſt ; *tantummodo* ; Diſtinguo . R. Akiba dicit . *Tantum-*

אחרים תלמוד לומר אך חלק. רבי עקיבא אומר אך אשר יאכל לכל נפש אף נפש בהמה במשמע. משמע מביא נפש בהמה ומביא נפשות אחרים תלמוד לומר לכם. לכם ולא לאחרים מה ראית לחלוק שאתה מוזהר על הבהמה ואי אתה מוזהר על הגוי. ושמרתם את המצות שמרהו עד שלא תביאהו לידי פסול. מכאן אמרו תפח תלטוש בצונן שאור ישרף והאכלו פטור. סידוק ישרף והאכלו חייב מיתה. אי זהו שאור כקרני חגבים סידוק שנתערבו סדקיו זה בזה. דברי רבי יהודה וחכמים אומרים זה וזה האוכלו חייב מיתה. אי זהו שאור כל שהכסיפו פניו כארם שעמדו שערותיו.

ושמרתם את המצות רבי יאשיה אומר אל תקרי כן אלא ושמרתם את המצות כדרך שאין מחמיצין את המצוה כך אין מחמיצין את המצוה. אלא אם בא מצוה לידך עשה אותה מיד. כי בעצם היום הזה מגיד שלא יצאו אלא ביום. הוצאתי את צבאותיכם אלו צבאות ישראל אתה אומר כן או אינו אלא צבאות מלאכי השרת אמור. הא מה תלמוד לומר הוצאתי את צבאותיכם אלו צבאות ישראל ושמרתם את היום הזה. למה נאמר והלא כבר נאמר כל מלאכה לא יעשה בהם. אין לי אלא דברים שהם משום מלאכה דברים שהם משות שבות מנין. תלמוד לומר ושמרתם את היום הזה להביא דברים שהן משום שבות. ואף חולו של מועד יהא משום שבות אסור והדין נותן הואיל ויום הראשון ויום האחרון קרויין מקרא קודש וחולו של מועד קרוי מקרא קדש ויום טוב הראשון והאחרון הרי הן אסורין משום שבות. חולו של מועד שהוא קרוי מקרא קדש אינו דין שיהא אסור משום שבות תלמוד לומר ביום הראשון שבתון.

tummodo illud, quod comedetur ab omni anima. Crederem vel animas beſtiæ comprehendi? Ex ſenſu literali includam animam beſtiæ, & animas aliorum? Idcirco dictum eſt; *vobis; vobis*, at non aliis. Quid vidiſti, ut diſtingueres? Quia tu præmoneris de beſtia, at non præmoneris de Ethnico. *Et obſervabitis azyma*. Obſervabis azyma, ne eo deveniant, ut fiant interdicta. Hinc dixerunt; Si intumeſcat *paſta*, inſpergenda eſt aqua frigida: שאור comburendum eſt, & qui de eo comedit, liber eſt: סידוק comburendum eſt, & qui de eo comedit, reus eſt mortis. Quid eſt שאור? Quod habet quaſi cornua locuſtarum; סידוק; quod ejus fiſſura inter ſe commixtæ ſint; Verba R. Jehuda. At ſapientes dicunt; *Qui de alterutro comedat, reus eſt mortis*; Quodnam eſt שאור? Illud eſt, cujus facies palleſcat inſtar hominis, cujus erecti ſtant capilli.

Et obſervabitis azyma. R. Joſia dicit; ne legas מצות ſed מצות ſicut non fermentandum eſt azymum, ita pariter non eſt fermentandum præceptum. Si tibi faciendum eſt præceptum, fac ſtatim. *Quia in ipſo die iſto*. Oſtendit, quod non ſint egreſſi niſi interdiu. *Eduxi exercitus veſtros*. Hi ſunt exercitus Iſraelis; tu ita dicis; at ego dicam fuiſſe exercitus Angelorum miniſterii; Quando vero dicit; *Egreſſi ſunt omnes exercitus Domini*; Ecce memorantur exercitus Angelorum miniſterii. Cur igitur dictum eſt; *eduxi exercitus veſtros*? Iſti ſunt exercitus Iſraelis. *Et obſervabitis diem iſtum*. Cur dictum eſt? Cum jam dictum ſit; *Nullum opus fiet in illis*. Non probo niſi de rebus, quæ opus ſpectabant, de rebus quæ ſpectabant quietem, unde probatur? Ex eo quod dictum eſt. *Et obſervabitis diem iſtum*; ad includenda illa, quæ ſpectant quietem; Vel in feriis intermediis fuiſſe interdictum quod ſpectat ad quietem, argumento probari poteſt; Quoniam dies primus & ultimus appellantur convocatio ſanctitatis, & feriæ intermediæ vocantur convocatio ſanctitatis, ſi in primo & ultimo die feſto interdicantur opera, quæ ſpectant quietem, in feriis intermediis, quæ appellantur convocatio ſanctitatis non erit æquum, ut interdicta ſint opera quæ ſpectant ad quietem? Idcirco dictum eſt. *In die primo requies*.

SE-

פרשה י

בראשון בארבעה עשר יום הכתב קבעו חובה עד יום האחד ועשרים לחדש בערב מה תלמוד לומר לפי שהוא אומר שבעת ימים מצות תאכלו אין לי אלא ימים לילות מניין תלמוד לומר עד יום האחד ועשרים לרבות את הלילות.

שבעת ימים שאור לא ימצא. אין לי אלא בל ימצא ובל יראה. מנין תלמוד לומר לא יראה שאור בכל גבולך אין לי אלא שאור שהוא בבל יראה ובבל ימצא חמץ מניין תלמוד לומר לא יראה לך חמץ ולא יראה לך שאור. הקיש שאור לחמץ וחמץ לשאור. מה זה בבל יראה ובבל ימצא אף זה בבל יראה ובבל ימצא מה זה מחמשת המינין אף זה מחמשת המינין. בבתיכם למה נאמר לפי שנאמר בכל גבולך שומע אני כמשמעו תלמוד לומר בבתיכם מה בתיכם ברשותכם אף גבולך ברשותך. יצאו חמצו של ישראל שהוא ברשות נכרי אף על פי שיכול לבערו אבל אינו ברשותו יצא חמצו של נכרי שהוא ברשות ישראל וחמץ שנפלה עליו מפולת אף על פי שהוא ברשותו. אינו יכול לבערו אתה אומר לכך בא אי לא בא אלא ללמדך בבתים שבעה ובגבולין לעולם. תלמוד לומר לא יראה לך שאור בכל גבולך ונומר. מה בתים שבעה אף בגבולים שבעה. כי כל אוכל מחמצת למה נאמר לפי שנאמר כי כל אוכל חמץ אין לי אלא חמץ שחייבים עליו כרת שאור מנין תלמוד לומר כי כל אוכל מחמצת ונכרתה שלא יאמר יש לי בדין. מה אם חמץ שאינו מחמיץ אחרים חייבין עליו כרת שאור שהוא מחמיץ לאחרים אינו דין שחייבין עליו כרת. לא

SECTIO X.

IN *mense primo in quartadecima die*. Textus ex debito statuit usque ad vigesimum primum diem mensis. *In vespera*. Cur dictum est? Quia dictum est: *Septem diebus azyma comedetis*. Non probo nisi de diebus, de noctibus unde probatur? Ex eo quod dictum est; *Usque ad diem vigesimumprimum*. Ad includendas etiam noctes.

Septem diebus fermentum non invenietur. Non probo nisi quod *non invenietur*. *Non apparebit*; unde probatur? Ex eo quod dictum est. *Deuter.* XVI. *Non apparebit fermentum in universo termino tuo*. Non probo nisi de fermento quod prohibeatur præcepto; *Non invenietur*, *non apparebit*; de fermentato unde probatur? Ex eo quod dictum est; Ibid. *Non apparebit tibi fermentatum*, *& non apparebit tibi fermentum*. Comparatur fermentum fermentato, & fermentatum fermento; sicut hoc prohibetur præcepto; *Non apparebit*, *& non invenietur*; Ita pariter illud prohibetur præcepto; *Non apparebit*, *& non invenietur*; Sicut hoc ex quinque speciebus, ita pariter illud ex quinque speciebus. *In domibus vestris*; Sicut domus vestræ sunt domus, quæ sint in vestra potestate; ita pariter terminus tuus est terminus, qui sit in vestra potestate; excluditur fermentatum Israelitæ, quod sit in potestate alienigenæ, quamvis removere posset, tamen non est in ejus potestate. Excluditur fermentatum alienigenæ, quod sit in potestate Israelitæ, & fermentatum, quod illi ceciderit super aliquod ædificium, quamvis sit in ejus potestate, tamen non potest removere. Tu dicis, quod ea de causa venerit, at ego dicam, quod non venerit nisi ad te docendum, in domibus septem diebus, & in terminis in perpetuum. Idcirco dictum est. *Non apparebit tibi fermentum in universo termino tuo &c.* Sicut in domibus septem diebus, ita pariter in terminis: *Quia omnis qui comederit de fermentato*. Cur dictum est? Quia dictum est; *Quia omnis qui comedit fermentatum*. Non probo nisi de fermentato, cujus causa teneantur excidio; de fermento unde probatur? Ex eo quod dictum est; *Quia omnis, qui comederit de fermentato, & excidetur*; Ne diceretur; Est mihi argumentum; Si pro fermentato, quod alia non fermentat, tenentur excidio, pro fermento, quod alia fermentat, non erit æquum ut teneantur excidio? Minime; si dixisti de fer-

אם אמרת בחמץ שהוא ראוי לאכילה
לפיכך יהו חייבין עליו כרת. תאמר בשאור
שאינו ראוי לאכילה לפיכך יהו חייבין
עליו כרת. תלמוד לומר כי כל אוכל
מחמצת ונכרתה. אקרא אני את השאור
קל וחומר לחמץ מה השאור שאינו ראוי
לאכילה חייבין עליו כרת. חמץ ראוי
לאכילה דין הוא שחייבין עליו כרת. לא
אם אמרת בשאור שהוא מחמיץ לאחרים
לכך חייבין עליו כרת. תאמר בחמץ שאינו
מחמיץ לאחרים לא חייבין עליו כרת.
תלמוד לומר כי כל אוכל חמץ ונכרתה.
כי כל אוכל מחמצת ונכרתה וגו'. עד
שיאמרו שני כתובין ואם לא לא שמענו.
ונכרתה אין הכרתה אלא הפסק. הנפש
ההיא מזידה דברי רבי עקיבא מעדת
ישראל שומע אני מעדת ישראל תכרת תלך
לה לעם אחר תלמוד לומר מלפני. אני
יהוה בכל מקום שהוא רשותי. בגר
ובאזרח הארץ. לפי שהוא מעשה בישראל.
צריך להביא הגרים אף בכל שהוא מעשה
בישראל. כל מחמצת לא תאכלו. למה
נאמר לפי שנאמר כי כל אוכל חמץ
ונכרתה. כי כל אוכל מחמצת ונכרתה
אין לי אלא אלו תערובתן מנין תלמוד לומר
כל מחמצת לא תאכלו. בכל מושבותיכם
תאכלו מצות למה נאמר לפי שנאמר
ואכלת לפני יהוה אלהיך מעשר דגנך
תירשך ויצהרך הרי שהעלה מעשר שני
לירושלם שומע אני יצא בה ידי חובתו
משום מצה. תלמוד בכל מושבותיכם יצא
זה שאינו נאכל בכל מקום. ומנין שלא
יצא לא בלחם הפנים ולא בשירי מנחות
ולא בחלות תודה ולא ברקיקי נזיר ולא
בבכורים. תלמוד לומר בכל מושבותיכם
תאכלו מצות יצאו אלו שאינן נאכלין בכל

fermentato, quod cum sit idoneum comeditur, idcirco illius causa tenentur excidio, dices de fermento, quod cum non sit idoneum ut comedatur; idcirco ejus causa non tenentur excidio? Idcirco dictum est. *Quia omnis qui comederit de fermentato, & excidetur*. Ego legam de fermento, & probabo argumento a minori ad majus ex fermentato; Si fermentum non est conveniens ut comedatur, illius causa tenentur excidio, pro fermentato, quod est idoneum ut comedatur erit æquum, ut teneantur excidio. Minime: si dixisti de fermento, quod alia fermentat, atque ea de causa tenentur excidio, dices de fermentato, quod alia non fermentat, ideoque ejus causa non erunt rei excidio? Idcirco dictum est; *Quia omnis, qui comedit fermentatum, & excidetur. Quia omnis, qui comederit de fermento, & excidetur &c.* Si non dixissent duo textus, non audiveramus. *Et excidetur*; Nost est הכרתה nisi excidium. *Anima si ex contumacia peccaverit*; verba R. Akiba; *De cœtu Israel*. Crederem, quod de cœtu Israel excidatur; abibit ad aliam gentem; Idcirco dictum est; *Coram me; Ego Dominus*; in omni loco, ubi sit mea potestas. *In advena, atque indigena terræ*. Quia factum contigit in Israel; includendi sunt proselyti vel in aliis actionibus Israelis. *Omne fermentatum non comedetis*; Cur dictum est? quia dictum est; *Quia omnis, qui comedit fermentatum, & excidetur: Quia omnis, qui comederit de fermento, & excidetur*. Non probo nisi de istis, eorum commixtiones unde probantur? Ex eo quod dictum est: *Omne fermentatum non comedetis. In cunctis habitationibus vestris comedetis azyma*. Cur dictum est? Quia dictum est *Deut.* XIV. *Et comedes coram Domino Deo tuo decimam frumenti tui, musti tui, & olei tui*. Ecce adducebatur decima secunda Hierosolymam. Crederem, quod satisfaceret debito suo azymis? Idcirco dictum est; *In cunctis habitationibus vestris*; Excluditur hæc, qua in omni loco non comeditur. Et unde probatur, quod non satisfaciat debita pane facierum, neque reliquiis munerum, neque placentis sacrificii Eucharistici, neque laganis Nazyræi, neque primitivis? Ex eo quod dictum est; *In cunctis habitationibus vestris comedetis azyma*. Excluduntur hæc, quæ non comeduntur in cunctis habitationibus vestris. Crederem hæc excludenda, & includenda lagana, & pastas melle conditas, crustula, & placentas coctas in patella, &

pla-

מושבותיכם. משמע מוציא אני את זו ומביא האספגנין והדובשנין והאסקריטין וחלות משרת ואשישה תלמוד לומר לחם עוני דברי רבי ישמעאל וחכמים אומרים יוצא בם ובמעשר שני. ומה תלמוד לומר לחם עוני שלא ילוש לא ביין לא בשמן ולא בשאר המשקים אבל מקטף הוא מכלן. רבי אליעזר אומר יוצא בם ובמעשר שני. ומה תלמוד לומר לחם עוני. אלא מה לחמו של עני כל השנה אשתו לשה והוא מסיק בתנור אף כאן היא לשה והוא מסיק. רבי יוסי אומר הרי הוא אומר שבעת ימים תאכלו מצות שומע אני אף מעשר שני במשמע תלמוד לומר לחם עוני. יצא זה שאינו נאכל אלא בשמחה.

פרשה יא

ויקרא משה לכל זקני ישראל מלמד שעשאן בית דין. ויאמר אליהם הדבר יצא מפי משה לישראל. דברי רבי יאשיה. רבי יונתן אומר הדבר מפי משה לאמר לזקנים והזקנים לכל ישראל. נגם לו רבי יאשיה אחד זה ואחד זה מה נשתנה הדבר הזה מכל הדברות שבתורה שכולן היו מפי משה לאמר לישראל אף כאן הדבר מפי משה לאמר לכל ישראל ומה תלמוד לומר ויאמר אליהם אלא שמשה חלק כבוד לזקנים וכן הקדוש ברוך הוא אמר למשה משה חלק כבוד לזקנים שנאמר לך ואספת את זקני ישראל וגו׳ וכתיב וילך משה ואהרן. ויאספו את כל זקני ישראל.

משכו וקחו לכם. משכו מי שיש לו. וקחו מי שאין לו. רבי יוסי הגלילי אומר משכו מעבודה זרה והדבקו במצוה. רבי ישמעאל אומר בא הכתוב ללמד על כל העולין למנין על הפסח ומושכין את ידיהם ממנו עד שישחט ובלבד שיניח את הפסח כל שהוא. רבי יצחק אומר בא הפסח ללמדך על בהמה דקה שהיא נקנית במשיכה ושחטו את הפסח מצוה שישחטנו לשמו. אבל שחטו שלא לשמו עבר על מצוה שומע אני יוכשר תלמוד לומר משכו

placentas frixas? Idcirco dictum est; *panem paupertatis*; verba R. Ismael; At sapientes dicunt; cum his satisfacit debito, & cum secunda decima; Cur dictum est, *panem paupertatis?* Ne subigat vino, neque oleo, neque aliis liquoribus; sed ex his omnibus licet adspergere. R. Eliezer dicit satisfacit debito cum istis & cum secunda decima; cur igitur dictum est; *panem paupertatis?* Nisi quod panem pauperis toto anno uxor subigit, & maritus calefacit furnum, in hoc pariter ipsa subiget, & maritus calefaciet furnum. R. Jose dicit; dictum est: *Septem diebus comedetis azyma*. Ego crederem vel decimam secundam comprehendi? Idcirco dictum est; *panem paupertatis*: excluditur hæc, quæ non comedebatur nisi cum lætitia.

SECTIO XI.

ET *vocavit Mose omnes seniores Israel*; docemur, quod fecerit ex his synhedrium; *& dixit ad eos*; Allocutio exiit ex ore Mosis ad Israel; Verba R. Josia. R. Jonathan dicit; Allocutio exiit ex ore Mosis ad seniores, & a senioribus ad omnes Israelitas. Dixit illi R. Josia; tam hæc quam illa cur dissimilis est omnibus allocutionibus legis? Quia ceteræ omnes fuerunt ex ore Mosis dicendo ad omnes Israelitas; hic quoque allocutio exiit ab ore Mosis dicendo ad omnes Israelitas; & cur dictum est; *& dixit ad eos?* Nisi quod Moses impertivit honorem senioribus, ita pariter Deus S. B. dixit Mosi; Mose impartire honorem senioribus; dictum est enim *Exod.* III. 16. *Vade, & congrega seniores Israel*. Pariterque dictum est ibid. IV. 29. *Venerunt Mose & Aharon, & congregaverunt omnes seniores Israel*.

Trahite, & sumite vobis. *Trahite*; qui habet; *& sumite*; qui non habet. R. Jose Galilæus dicit; *Trahite*; ex Idololatria; & adhærete præceptis. R. Ismael dicit; Venit textus ad docendum de omnibus iis, qui annumerabantur super sacrificio Paschali, & qui poterant ab eo manus suas retrahere, priusquam mactaretur, dummodo non relinqueretur sacrificium Paschale, sicut erat, *i. e. sine comedentibus*. R. Isaach dicit; venit sacrificium Paschale ad te docendum, quod animal parvum attrahendo acquireretur. *Et mactate sacrificium Paschale*; præceptum est, ut nomine suo mactaretur; Si non suo nomine mactasset, violabat præceptum; Crederem fuisse legitimum? Idcirco dictum

וקחו לכם. שנה עליו הכתוב לפסול. מכאן אמרו כל הזבחים שלא נזבחו לשמן כשרין אלא שלא עלו לשום חובה לבעלים חוץ מן הפסח ומן החטאת. ולקחתם לכם אגודת אזוב מכאן אתה למד כל לקיחות שבתורה שאינן אלא אגודות הואיל ונאמרו כל הלקיחות שבתורה סתם ופרט לך הכתוב באחת מהן שאינה אלא אגודת איזוב פורט אני כל לקיחות שבתורה שאינם אלא אגודות. אזוב ולא אזוב יון ולא אזוב רומי. ולא אזוב כחלית ולא אזוב מדברית ולא כל אזוב שיש עליו שם ללוי.

וטבלתם בדם שיהא בדם כדי טבילה אשר בסף מגיד הכתוב שעוקה חוצץ בצד האסקופה ושוחט בתוכה. סף אלא אסקופה שנאמר בתתם את ספם תחת ספי וגומר. וכתוב וינועו אמות הספים דברי רבי ישמעאל. רבי עקיבא אומר אין סף אלא כלי שנאמר והספים והמזמרות. והגעתם אל המשקוף מבפנים אתה אומר מבפנים או אינו אלא מבחוץ תלמוד לומר וראיתי את הדם הנראה לי ולא לאחרים. דברי רבי ישמעאל. רבי יונתן אומר מבפנים. אתה אומר מבפנים או אינו אלא מבחוץ תלמוד לומר והיה הדם לכם. לכם לאות ולא לאחרים לאות. רבי יצחק אומר לא כי אלא מבחוץ. כדי שיהו המצרים רואים ומעיהם מתחתכים והגעתם אל המשקוף שומע אני אם הקדים זה לזה לא יצא תלמוד לומר ונתנו על שתי המזוזות וגומר הא אם הקדים זה לזה יצא נמצינו למדין שלשה מזבחות היו לאבותינו המשקוף ושתי מזוזות וכו׳ מן הדם אשר בסף. למה נאמר והלא כבר נאמר וטבלתם בדם אשר בסף. לפי שהוא אומר ולקחו מן הדם שומע אני טבילה אחת בכולם תלמוד לומר והגעתם אל המשקוף על כל הגעה טבילה.

ואתם לא תצאו מגיד משנתנה רשות למשחית לחבל אינו מבחין בין צדיק

ctum est; *Trabite, & sumite vobis*. Repetit textus, ut fiat illegitimum. Hinc dixerunt; omnia sacrificia, quæ non suo nomine mactata essent, erant legitima, sed non proderant dominis, excepto Paschate, & sacrificio pro peccato; *& sumetis vobis fasciculum hyssopi*; Hinc addiscis, quod omnes acceptiones legis fasciculo fieri debeant; quando omnes acceptiones legis simpliciter dictæ sint, & textus in earum aliqua peculiariter exponat, quod fieri non debeat nisi fasciculo hyssopi, ita ego peculiariter exponam omnes legis acceptiones non fuisse faciendas nisi fasciculo hyssopi; *Hyssopi*, non autem hyssopi Græci; neque hyssopi Romani, neque hyssopi Chechalith, neque hyssopi sylvestris, neque cujusque hyssopi, qui cognomen habeat.

Et immergetis in sanguine; ut satis sit in sanguine, quo immergi possit. *Qui est in limine*. Ostendit textus factam fuisse foveam prope limen, & intra illam mactasse; Non est סף nisi limen. Dictum est enim *Ezech.* XLIII. 8. *Qui posuerunt limen suum juxta limen meum*. Pariterque scriptum est *Isai.* VI. 4. *Et commota sunt fulcimina liminum*; Verba R. Ismaelis. R. Akiba dicit סף non est nisi vas; dictum est enim I. *Reg.* VII. *Phialas & psalteria*. *Et admovebitis ad superliminare*; intus; tu dicis intus; at ego dicam foris; Idcirco dictum est; *Et videbo sanguinem*; Ut mihi videatur, non aliis; verba Rabi Ismaelis. R. Jonathan dicit; intus; tu dicis intus; at ego dicam foris. Idcirco dictum est; *Et erit sanguis vobis; vobis in signum*: non aliis in signum. R. Isaach dicit; non erat nisi foris, ut videntibus Ægyptiis eorum viscera liquefierent. *Et admovebitis ad superliminare*; Crederem si hoc illud præcederet, quod non satisfaceret debito; Idcirco dictum est; *& dabunt super duos postes &c.* Ecce si hoc illud præcedat, satisfecit debito suo. Deprehenditur, quod percipiamus tria fuisse altaria patribus nostris, superliminare, & duos postes &c. *De sanguine, qui est in limine*. Cur dictum est? Cum jam dictum sit; *Et immergetis in sanguine, qui est in limine*; Quia dictum est; *& sumetis de sanguine*. Crederem unam immersionem pro omnibus? Idcirco dictum est; *Et admovebitis ad superliminare*; pro singula admotione requirebatur immersio.

Et vos non egrediemini; Ostendit, quod quando data sit potestas exterminatori destruendi, non sit discrimen in-

ter

לרשע. שנאמר לך עמי בא בחדריך. וסגור דלתך בעדך וגו׳. ואומר הנני אליך והוצאתי חרבי מתערה והכרתי ממך צדיק ורשע. ואומר והיה בעבור כבודי. ואומר ואתם לא תצאו וגו׳ ללמדך כשתצא לדרך, הכנס בכי טוב. וצא בכי טוב. וכן אתה מוצא באבות הראשונים נהגו בדרך ארץ וישכם אברהם בבקר. וישכם יעקב בבקר. וישכם משה בבקר. וישכם יהושע בבקר. וישכם שמואל לקראת שאול בבקר והלא דברים קל וחומר והלא אבות ונביאים שהלכו לעשות רצונו של מי שאמר והיה העולם נהגו בדרך ארץ שאר בני אדם על אחת כמה וכמה. וכן הוא אומר תשת חשך ויהי לילה. ואומר הכפירים שואגים לטרף ואומר תתן להם ילקוטון וגו׳ ואומר תזרח השמש יאספון וגומר מכאן ואילך יצא אדם לפעלו ולעבודתו עדי ערב: ואומר מה רבו מעשיך יהוה וגומר ועבר יהוה לנגוף את מצרים וגומר רבי יהודה אומר כמלך שהוא עובר ממקום למקום, וראה את הדם היה רבי ישמעאל אומר והלא הכל גלוי וידוע לפניו שנאמר ידע מה בחשוכא ונהורא עמיה שריה ואמר גם חשך לא יחשיך ממך. ומה תלמוד לומר וראה את הדם אלא לשכר מצות שהם עושים הוא נגלה עליהם וחס עליהם שנאמר ופסח יהוה על הפתח ואין פסיחה אלא חיים. שנאמר כצפרים עפות כן יגן יהוה על ירושלם גנון והציל פסוח והמליט.

וראה את הדם רואה הוא דם עקדתו של יצחק שנאמר ויקרא אברהם שם המקום ההוא יהוה יראה וכתב ובהשחית כעם ראה מה ראה ראה דם עקדתו של יצחק

ter justum & impium; Dictum est enim *Isai.* XXVI. 20. *Vade, populus meus, ingredere tua cubicula, & claude ostium tuum tibi &c.* Pariterque scriptum est *Ezech.* XXI. 3. *Ecce ego contra te, & educam gladium meum a vagina sua, & destruam in te justum, & impium.* Et similiter dictum est *Exod.* XXXIII. 22. *Cumque transibit gloria mea.* Et dictum est: *Et vos non egrediemini &c.* Ut doceare, quando exis in viam, ingredere (in urbem) cum sole, & egredere cum sole. Similiter tu invenis in patribus primis, quod hoc observarint juxta consuetudinem terræ; Dictum est enim *Genes.* XXII. *Et surrexit Abraham mane.* Ibid. XXVIII. 18. *Et surrexit Jacob mane.* *Exod.* XXXIV. 4. *Et surrexit Mose mane;* & *Jos.* III. 1. *Et surrexit Josue mane.* Et 1. *Sam.* XV. 12. *Et surrexit Samuel mane, & occurrit Saul.* Ecce argumentum a minori ad majus; si patres & prophetæ, qui iverunt ad faciendam voluntatem illius, qui dixit, & fuit mundus, observarunt consuetudinem terræ, reliqui homines quanto magis. Similitudinis causa dictum est *Psal.* CIII. 20. *Posuisti tenebras, & fuit nox.* Pariterque dictum est ibid. *Catuli leonum rugiunt propter rapinam.* Et dictum est ibid. *Dabis illis, & colligent &c.* Et dictum est ibid. *Lucebit sol, & congregabuntur.* Hinc & in posterum. *Exibit homo ad opus suum, & ad ministerium suum, usque ad vesperam.* Et dictum est ibid. *Quam magnifica sunt opera tua Domine &c. Et transibit Dominus ad percutiendum Ægyptum &c.* R. Jehuda dicit instar regis, qui transit de loco ad locum; *& videbit sanguinem.* R. Ismael dicit; Nonne omnia aperta, & nota sunt in conspectu ejus? Dictum est enim *Dan.* II. 22. *Novit, quod est in tenebris, & lux cum illo habitat;* Pariterque dictum est *Psalm.* CXXXIX. *Quia tenebræ non obscurabuntur tibi;* Quid igitur dicendum erat; *& videbo sanguinem?* ob mercedem præceptorum, quæ facient, ipse revelabitur illis, & miserebitur; Dictum est enim: *Et transibit Dominus super ostium;* פסיחה non est nisi vita; dictum est enim *Isai.* XXXI. 5. *Sicut aves volantes, sic proteget Dominus execitum Hierusalem, protegens, & liberans transiens & salvans,*

Et videbit sanguinem. Videbit sanguinem sacrificii Isaach; Dictum est enim *Genes.* XXII. *Et vocavit Abraham nomen loci illius; Deus videbit.* Pariterque scriptum est 1. *Paralip.* XXI. *Et in plaga populi vidit.* Quid vidit? sanguinem sacrificii Isaach; Dictum est enim

שנאמר ﭏהים יראה לו השה לעולה. ופסח יהוה על הפתח. והלא דברים קל וחומר ומה אם דם פסח מצרים הקל שאינו ﭏא לשעה ואינו נוהג ביום ובלילה ואינו נוהג לדורות נאמר בו ולא יתן המשחית מזוזה שהיא חמורה שיש בה עשרה שמות מיוחדין ונוהגין ביום ובלילה ונוהגת לדורות על אחת כמה וכמה שלא יתן המשחית ﭏא מי גרם עונותינו שנאמר כי עונותיכם היו מבדילים ביניכם ובין ﭏהיכם. וחטאתיכם הסתירו מכם פנים משמוע. ושמרתם את הדבר הזה. להביא פסח דורות שלא יביא ﭏא מן הכבשים ומן העזים. דברי רבי ﭏיעזר לחוק לך ולבניך למה נאמר לפי שהוא אומר ולקחו מן הדם שומע אני אף הנשים במשמעו תלמוד לומר לחק לך ולבניך. האנשים ולא הנשים.

פרשה יב

והיה כי תבואו ﭏ הארץ. תלה הכתוב לעבודה זו. מביאתן לארץ ולהלן. כאשר דבר. והיכן דבר והבאתי אתכם ﭏ הארץ וגומר. כיוצא בדבר אתה אומר הוא אשר דבר יהוה שבתון והיכן דבר והיה ביום הששי וגומר כיוצא בדבר אתה אומר הוא אשר דבר יהוה בקרובי אקדש וגו׳ והיכן דבר ונועדתי שמה לבני ישרﭏ וגו׳ כיוצא בדבר אתה אומר פחדכם ומוראכם יתן יהוה כאשר דבר והיכן דבר את אימתי אשלח לפניך והמותי את כל העם וגומר. כיוצא בדבר אתה אומר כי ירחיב יהוה ﭏהיך את גבולך וגו׳. כאשר דבר לך והיכן דבר. כי אוריש גוים מפניך וגומר ושתי את גבלך מים סוף וגומר כיוצא בדבר יהוה ﭏהיך ברכך כאשר דבר לך והיכן דבר ברוך תהיה מכל העמים כיוצא

enim *Genes.* XXII. *Deus videt illi agnum in holocaustum. Et transibit Dominus super ostium.* Ecce argumentum a minori ad majus. Si de sanguine sacrificii Paschalis, qui est levis, quia non fuit nisi eo tempore, neque observatus est neque interdiu neque noctu, neque observatur in generationibus, dictum est; & non permittet ingredi exterminatorem; Mesusa, quæ est gravis, in qua sunt decem nomina Dei specialia, & observatur tam interdiu quam noctu, & observatur in generationibus, quanto magis non sinet ingredi exterminatorem? At quænam est causa? Nostra peccata; Dictum est enim *Isai.* LIX. 2. *Sed iniquitates vestræ diviserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt a vobis faciem audientis. Et observabitis hoc.* Ad includendum Pascha generationum, in quo non erit adducendum nisi ex agnis & hœdis. Verba R. Elieser. *Statutum tibi, & filiis tuis.* Cur dictum est? Quia dictum est; *Et sument de sanguine;* Crederem vel mulieres juxta sensum literalem? Idcirco dictum est; *statutum tibi, & filiis tuis;* Viris, non mulieribus.

SECTIO XII.

Et erit, quando venietis in terram. Suspendit textus hoc ministerium post ingressum in terram & ulterius; *Sicut locutus est;* Et ubi locutus est? Dictum est *Exod.* VI. 8. *Et adducam vos in terram.* Huic simile tu dicis; Dictum est *Exod.* XXXIII. *Hoc est, quod locutus est Dominus; Requies:* Et ubi locutus est? Dictum est ibi. *Et erit in die sexto &c.* Huic simile tu dicis; Dictum est *Levit.* IX. 3. *Hoc est quod locutus est Dominus; In proximis meis sanctificabor.* Et ubi locutus est? *Exod.* XXIX. 43. *Et illic me aggregabo filiis Israel &c.* Huic simile tu dicis. Dictum est *Deut.* XI. 25. *Formidinem vestram, & timorem vestrum dabit Dominus, sicut locutus est.* Et ubi locutus est? *Exod.* XXIII. 27. *Timorem meum mittam ante te, & obstupefaciam omnem populum.* Huic simile tu dicis; Dictum est *Deut.* XII. *Quando dilataverit Dominus Deus tuus terminos tuos &c. Sicut locutus est tibi.* Et ubi locutus est? *Exod.* XXIII. 30. *Quia ejiciam gentes ante te &c. Et ponam terminos tuos a mari rubro &c.* Huic simile tu dicis *Deut.* VII. *Dominus Deus tuus benedixit tibi, sicut locutus est tibi:* Et ubi locutus est? Ibid. *Et benedictus eris præ* om-

בדבר אתה אומר ויהוה האמירך היום
והיכן דבר את יהוה האמרת היום. כיוצא
בדבר אתה אומר ולתתך עליון וגומר.
והיכן דבר ונתנך יהוה לראש ולא לזנב.
ואומר והייתם לי קדושים וגומר כיוצא
בדבר אתה אומר שמעו שמים והאזיני
ארץ כי יהוה דבר והיכן דבר האזינו
השמים ואדברה. כיוצא בדבר אתה אומר
ונגלה כבוד יהוה וראו כל בשר יחדיו כי
פי יהוה דבר והיכן דבר ראו עתה כי אני
הוא. כיוצא בדבר אתה אומר ואם
תמאנו ומריתם וגומר. והיכן דבר והבאתי
עליכם חרב נוקמת וגומר. כיוצא בדבר
אתה אומר בלע המות לנצח וגו׳ והיכן
דבר אני אמית ואחיה וגומר. כיוצא בדבר
אתה אומר אז תתענג על יהוה וגומר
והיכן דבר ירכיבהו על במותי ארץ וגומר.
כיוצא בדבר הנה באה ונהייתה נאם
יהוה הוא היום אשר וגומר והיכן דבר
אשכיר חצי מדם. כיוצא בדבר אתה
אומר וישבו איש תחת גפנו וגומר והיכן
דבר ונתתי שלום בארץ. כיוצא בדבר
אתה אומר ולא יהיה שריד וגומר והיכן
דבר וירד מיעקב והאביד שריד וגו׳. כיוצא
בדבר אתה אומר ויהוה פקד את שרה
וגו׳ והיכן דבר אבל שרה אשתך וגומר.
כיוצא בדבר אתה אומר ויעש יהוה לשרה
וגומר והיכן דבר ביום ההוא כרת יהוה
את אברם ברית וגומר. כיוצא בדבר
אתה אומר ומכרתי את בניכם ואת
בנותיכם וגו׳ והיכן דבר ויאמר ארור כנען
וגומר כיוצא בדבר אתה אומר ויהוה אמר
לכם לא וגו׳ והיכן דבר כי אשר ראיתם
וגומר. כיוצא בדבר אתה אומר זאב וטלה

omnibus populis. Huic ſimile tu dicis; *Deut.* XXVI. 18. *Dominus te exaltavit hodie &c.* Et ubi locutus eſt? Ibid. verſ. 17. *Et Dominum exaltaſti hodie*. Huic ſimile tu dicis; *Deut.* XXVIII. 1. *Faciet te excelſiorem &c.* Et ubi locutus eſt? Ibid. verſ. 13. *Conſtituet te Dominus in caput, & non in caudam*. Et ſimiliter dictum eſt *Levit.* X. *Et eritis mihi ſancti*. Huic ſimile tu dicis *Iſai.* I. 2. *Audite cœli, & auribus percipe terra, quia Dominus locutus eſt*. Et ubi locutus eſt? *Deut.* XXXII. 1. *Audite cœli quæ loquor*. Huic ſimile tu dicis *Iſai.* XL. 5. *Et revelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum eſt*. Et ubi locutus eſt? *Deut.* XXXII. 39. *Videte, quod ego ego ille ſum*. Huic ſimile tu dicis *Iſai.* I. 20. *Quod ſi renueritis, & me ad iracundiam provocaveritis &c. Quia os Domini locutum eſt*, *Levit.* XXVI. 25. *Et inducam contra vos gladium ultorem*. Huic ſimile tu dicis *Iſai.* XXVI. 8. *Præcipitavit mortem in ſempiternum &c. Quia Dominus locutus eſt*. Et ubi locutus eſt? *Deut.* XXXII. 39. *Ego occidam, & ego vivere faciam*; Huic ſimile tu dicis *Iſai.* LVIII. *Tunc delectaberis cum Domino &c.* Et ubi locutus eſt? *Deut.* XXXII. *Adducet illum ſuper altitudines terræ*. Simile huic tu dicis *Ezech.* XXXIX. 8. *Ecce venit; & locutus eſt Dominus; hæc eſt dies &c.* Et ubi locutus eſt? *Deut.* XXXII. 42. *Inebriabo ſagittas meas ſanguine*. Huic ſimile tu dicis *Mich.* IV. 4. *Et ſtabit unuſquiſque ſub vite ſua*. Et ubi locutus eſt? *Levit.* XXVI. 6. *Et dabo pacem in terra*. Huic ſimile tu dicis *Abd.* I. 18. *Et non erunt reliquiæ &c.* Et ubi locutus eſt? *Num.* XXIV. 19. *De Jacob erit qui dominetur, & perdet reliquias &c.* Huic ſimile tu dicis *Geneſ.* XXI. 1. *Viſitavit Dominus Saram &c.* Et ubi locutus eſt? Ibid. XVII. 15. *Saram uxorem tuam &c.* Huic ſimile tu dicis *Geneſ.* XXI. *Et fecit Dominus Saræ &c.* Et ubi locutus eſt? Ibid. XV. 18. *In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abrabam &c.* Huic ſimile tu dicis *Joel.* III. 8. *Et vendam filios veſtros, & filias veſtras &c.* Et ubi locutus eſt? *Geneſ.* IX. 25. *Et ait: Maledictus Chanaan &c.* Huic ſimile tu dicis *Deut.* XVII. *Et Dominus dicit vobis*; non &c. Et ubi locutus eſt? *Exod.* XIV. *Quos vidiſtis &c.* Huic ſimile tu dicis *Iſai.* LXV. 25. *Lupus & agnus paſcentur ſimul*; & ubi locutus eſt? *Levit.* XXVI. 6. *Auferam malam beſtiam de terra*. Huic ſimile tu dicis 1. *Reg.* XI. 2. *De gentibus, de quibus dixit Dominus*.

Et

ירעו כאחד והיכן דבר והשבתי חיה רעה
מן הארץ. כיוצא בדבר אתה אומר מן
הגוים אשר אמר יהוה והיכן דבר לא
תתחתן בם כיוצא בדבר אתה אומר אז
אמר שלמה יהוה וכו׳ והיכן דבר כי בענן
אראה על הכפורת. כיוצא בדבר אתה
אומר והיו לי אמר יהוה והיכן דבר והייתם
לי סגלה. כיוצא בדבר אתה אומר והיה
כל אשר יקרא בשם וגו׳ והיכן דבר וראו
כל עמי הארץ כיוצא בו וגם מהם אקח
לכהנים הלוים אמר יהוה והיכן אמר
הנסתרות ליהוה אלהינו וגו׳ אף כאן אתה
אומר והיה כי תבואו אל הארץ וגו׳ תלה
הכתוב לעבודה הזאת מביאתן לארץ
ולהלן. והיה כי יאמרו אליכם בניכם בשורה
רעה נתבשרו ישראל באותה שעה שסוף
התורה עתידה להשתכח ויש אומרים
בשורה טובה נתבשרו ישראל באותה שעה.
שהן עתידין לראות בנים ובני בנים להם
שנאמר ויקד העם וישתחו וגו׳ למה
השתחוו משום שנאמר וחמושים עלו בני
ישראל אחד מחמשה ויש אומרים אחד
מחמשים ויש אומרים אחד מחמש מאות
עלו. רבי נהוראי אומר העבודה ולא
אחד מחמש מאות עלו שנאמר רבבה
כצמח השדה נתתיך וגו׳ וכתיב ובני ישראל
פרו וישרצו שהיתה אשה אחת יולדת
ששה בנים בכרס אחד. ואתה אומר אחד
מחמש מאות עלו. ואימתי מתו בשלשת
ימי אפלה כתיב לא ראו איש את אחיו
שהיו קוברין מיתיהן והודו ושבחו שלא
ראו אויבים ושמחו במפלתם.

ואמרתם זבח פסח הוא ליהוה. רבי
יוסי הגלילי אומר ראויין היו שונאיהם של
ישראל כליה במצרים עד שגמר אחד מהם
את פסחו. ואמרתם זבח פסח הוא. ללמדך
שכל מי ששומע הנסים האל שעשה הקדוש
ברוך הוא לישראל במצרים צריך לשבח
ונומר ויספר משה לחתנו ונומר ויחד יתרו
וילכו ויעשו ליתן שכר להליכה ושכר
לעשייה ויעש: וכי כבר עשו אלא משקבלו

Et ubi locutus est? *Deut.* VII. 3. *Nec sociabis cum eis conjugia*. Huic simile tu dicis I. *Reg.* VI. 11. *Tum locutus est Salomoni Dominus, dicens &c.* Et ubi locutus est? *Levit.* XVI. *Quia cum nube apparebo super propitiatorium*. Huic simile tu dicis *Malach.* III. 17. *Et erunt mihi, dixit Dominus &c.* Et ubi locutus est? *Exod.* XVIII. 5. *Et eritis mihi thesaurus*. Huic simile tu dicis *Joel* II. *Et erit omnis qui invocaverit nomen &c.* Et ubi locutus est? *Deut.* XXVIII. 10. *Et videbunt omnes populi terræ*. Huic simile tu dicis *Isai.* LXVI. 21. *Et assumam ex eis in sacerdotes & Levitas.* Et ubi locutus est? *Deuter.* XXIX. 29. *Abscondita Domino Deo nostro &c.* Hic quoque tu dicis. *Et erit, quando veneris in terram &c.* Suspendit textus hoc ministerium ab eorum adventu in terram & in posterum. *Et erit cum dicent vobis filii vestri*. Malus nuncius nunciatus tum est Israelitis, quod tandem legem oblivifcerentur; & alii dicunt; bonus nuncius tum nunciatus est Israelitis, quod visuri essent filios, & filios filiorum; dictum est enim; *Et inclinavit populus & adorarunt*. Cur adorarunt? Quia dictum est *Exod.* XIII. 18. וחושים *Et una ex quinque partibus adscenderunt filii Israel*. *Una ex quinque partibus*; & alii dicunt una ex quinquaginta, & alii una ex quingentis partibus adscenderunt. R. Nehorai dicit; Per sacrificium; ne una quidem ex quingentis partibus adscendit; dictum est enim *Ezech.* XVI. 7. *Multiplicatam quasi germen agri dedi te*. Et similiter scriptum est *Exod.* I. 7. *Et filii Israel creverunt, & multiplicati sunt*; Eo quod mulier uno partu sex filios pareret; & tu dicis; una ex quingentis partibus adscendit; Et quando mortui sunt? In tribus diebus tenebrarum; Scriptum est enim Ibid. X. 23. *Non videbat vir fratrem suum*; Quod sepelierunt suos mortuos, & laudarunt, & lætati sunt, quod non viderunt hostes, ut eorum calamitate lætarentur.

Et dicetis sacrificium Paschatis illud Domino. R. Jose Galilæus dicit; digni erant hostes Israelis excidio in Ægypto, donec unusquisque perfecit suum sacrificium Paschale; *Et dicetis sacrificium Paschatis illud*. Ut doceare, quod quisque qui audiret hæc miracula, quæ fecit Deus S. B. Israeli in Ægypto, laudare illum deberet; Dictum est enim *Exod.* XVIII. 8. *Narravit Mose socero suo &c. Et lætatus est Jethro; & iverunt & fecerunt*; Ut merces daretur tam pro eundo, quam pro faciendo.

Et

עליהם לעשורת מעלה עליהם כאן עשו ונומר כאשר צוה יהוה להודיעך שבחן שבשם שאמרו להם משה ואהרן כן עשו . דבר אחר מה תלמוד לומר כן . אלא אף משה ואהרן עשו כן.

פרשה יג

ויהי בחצי הלילה יוצרו חלקו. למה נאמר לפי שנאמר ויאמר משה כה אמר יהוה כחצות הלילה אני יוצא ונומר וכי אפשר לבשר ודם לעמוד על חצירה של לילה. אלא אם כן יוצרו חלקו. רבי יהודה בן בתירה אומר היודע שעותיו ועתותיו הוא חלקו . רבי אליעזר אומר נאמר כאן לילה ונאמר להלן חצות מה להלן עד חצות אף כאן עד חצות . ויהוה הכה כל בכור. שומעני על ידי מלאך או על ידי שליח תלמוד לומר והכתי כל בכור לא על ידי מלאך ולא על ידי שילח. ויהוה הכה כל בכור בארץ מצרים. אפילו ממקומות אחרים. ובכורי מצרים שהן במקומות אחרים מנין תלמוד לומר למכה מצרים ונומר בכורי חם כוש ופוט ולוד מנין תלמוד לומר ויך כל בכור במצרים ונומר . מבכור פרעה היושב על כסאו בא הכתוב ללמדך על פרעה שהוא בכור או לא בא אלא ללמד על בנו שהוא בכור כשהוא אומר היושב על כסאו הרי בנו אמור מה תלמוד לומר מבכור פרעה בא הכתוב ללמדך שהוא בכור והוא נשתייר מכל הבכורות ועליו הכתוב אומר ואולם בעבור זאת העמדתיך. בעל צפון. נשתייר מכל היראות בשביל לפתות לבן של מצרים עליהם הוא אומר משגיא לגוים ויאבדם. עד בכור השבי . וכי שבויים מה חטאו

Et fecerunt. Quid? *fecerunt* jam? Sed postquam in se receperunt, ut facerent, reputatum est illis æque ac si fecissent &c. *Sicut præcepit Dominus*; Ut tibi innotescat eorum laus; quod fecerint, sicut dixerat illis Mose & Aharon. Alia expositio. Cur dictum est; *sic*? Quia Mose & Aharon pariter sic fecerunt.

SECTIO XIII.

Et fuit in media nocte. Ejus creator illam divisit. Cur dictum est? quia dictum est *Exod.* XII. 4. *Et ait Mose: sic dicit Dominus: Circa mediam noctem ego egredior*. Quid? possibile est homini cognoscere momentum mediæ noctis? Sed dicendum est: ejus creator illam divisit. R. Jehuda ben Bethera dicit; Qui cognoscit ejus tempora, & ejus momenta, ille divisit. R. Eliezer dicit; Dictum est hic *nocte*, pariterque illic sc. *Exod.* XII. 8. dictum est *media nocte*; sicut hic usque ad mediam noctem, ita pariter illic usque ad mediam noctem. *Et Dominus percussit omne primogenitum in terra Ægypti*; Crederem per manum Angeli, aut per manum legati? Idcirco ibid. dictum est. *Et percutiam omne primogenitum*. Ego, non Angelus, ego, non legatus. Vel si essent in aliis locis; Primogenita Ægyptiorum vel si fuissent in aliis locis, unde probantur? Ex eo quod dictum est; *Psalm.* CXXXVII. 10. *Qui percussit primogenitos*. De primogenitis Cham, Æthiopiæ, Puth, & Lud unde probatur? Ex eo quod dictum est *Psalm.* LXXVII. *Et percussit omne primogenitum in Ægypto*. *A primogenito Pharaonis, qui in solio ejus sedebat*; Venit textus ad docendum, quod Pharao esset primogenitus; aut non venit ad docendum, nisi quod ejus filius esset primogenitus; quando vero dicit; *qui in solio ejus sedebat*; Ecce dictum est de ejus filio; Quid dicendum erat; *a primogenito Pharaonis?* Venit textus ad te docendum, quod ipse esset primogenitus, & ipse reliquus esset ex omnibus primogenitis; & de illo scriptum est *Exod.* IX. 16. *Idcirco autem constitui te &c.* Baal-Zephon reliquus fuit ex omnibus Idolis, ut deciperet cor Ægyptiorum; de iis scriptum est *Job.* XII. 23. *Decipit gentes, & perdit eas. Usque ad primogenitum captivitatis*. Quid? num captivi peccarunt? Sed hac de causa, ne dicerent captivi; Nostra Idololatria adducit super illos supplicium; Potens est nostra Idololatria, quæ nos servavit;

אלא שלא יהו השבויין אומר יראתינו הביאה עליו את הפורענות. קשה יראתן שעמדה על עצמן. קשה יראתינו שלא שלטה בנו הפורענות ללמדך שכל גזירות שהיה פרעה גוזר על ישראל היו השבויין שמחין בהם שנאמר שמח לאד לא ינקה וכתיב בנפול אויבך אל תשמח וכתיב בן אדם יען אשר אמרת צר על ירושלם האח וגו׳ וכתיב לכן כה אמר יהוה צבאות הנני אליך צור והעלתי עליך גוים רבים כהעלות הים לגליו ולא שבויים בלבד אלא אפילו עבדים ושפחות שנאמר עד בכור השפחה. וכל בכור בהמה וכי בהמה מה חטאת אלא שלא יאמרו המצרים יראתנו הביאה עלינו את הפורענות, קשה יראתינו שעמדה לעצמה. קשה יראתינו שלא שלטה בה פורענות.

ויקם פרעה שומע אני בשלש שעות שכן דרך מלכים לעמוד בשלשה שעות. תלמוד לומר לילה אי לילה. שומע אני על ידי שרים ושרות תלמוד לומר הוא וכל עבדיו מגיד שפרעה מחזר על בתי עבדיו. ועל כל בתי ישראל ומעמידין אחד אחד ממקומו.

ותהי צעקה גדולה. כענין שנאמר והיתה צעקה גדולה כי אין בית אשר אין שם מת, רבי נתן אומר וכי לא היו שם בתים אשר אין שם בכורות אלא כיון שהיה הבכור מת לאחד מהן היו עושין לו איקונין ומעמידו בביתו, ואותו היום נשחקות ונידקות ונזרות. והיה אותו היום קשה להן כיום הקבורה ולא עוד אלא שהיו המצרים מקוברים בבתיהם והיו כלבים באין לשם ומחטטין ומוציאין את בכורות מותוך בוכיהן ומתעתעין בהם. והיה אותו היום קשה להם כיום הקבורה.

ויקרא למשה ולאהרן מגיד שהיה פרעה מחזר ושואל בכל ארץ מצרים היכן משה שרוי היכן אהרן שרוי. ויאמר קומו צאו. אמר לו משה מוזהרין אנו שלא לצאת אלא בפרהסיא שנאמר ואתם לא תצאו וגו׳. דבר אחר ויקרא למשה ולאהרן למה נאמר לפי שהית אומר לו פרעה לך

vit; potens est nostra Idololatria, quod in nobis supplicia non sunt dominata; ut doceare, quod pro omnibus decretis, quæ decernebat Pharao contra Israel, captivi lætarentur; dictum est enim *Prover.* XVII. 5. *Qui lætatur ruina, non absolvetur*. Pariterque scriptum est ibid. XXIV. 17. *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas*. Et similiter scriptum est *Ezech.* XXVI. 2. *Fili hominis; pro eo quod dixit Tyrus de Hierusalem; euge &c. Propterea sic dicit Dominus Deus exercituum. Ecce ego contra te, Tyre, & adscendere faciam gentes multas, ut ascendere facit mare fluctus suos.* Non solum captivi, sed etiam servi & ancillæ; dictum est enim: *Usque ad primogenitum ancillæ. Et omne primogenitum bestiæ*. Quid? peccavitne bestia? Sed ne dicerent Ægyptii; nostrum Idolum adduxit hoc malum super nos; Potens est nostrum idolum, quod adduxit hoc supplicium super nos; potens est nostrum Idolum, quod se ipsum servavit; potens est nostrum Idolum in quod non dominatum est malum.

Et surrexit Pharao; Ego crederem tertia diei hora? Quod esset regum consuetudo, ut tertia diei hora surgerent. Idcirco dictum est; *noctu*; si noctu, crederem per principes, & matronas? Idcirco dictum est: *Ipse, & omnes servi ejus*; Ostendit, quod Pharao circumiret domos suorum servorum, & omnes domos Israelitarum, & omnes de loco suo excitabat.

Et fuit clamor magnus. Sicuti dictum est *Exod.* XI. 6. *Eritque clamor magnus; Nulla erit domus, in qua non esset mortuus*. R. Nathan dicit; quid? Nulla erat domus, in qua non esset primogenitus? Si cui moreretur primogenitus, efformabant ejus imaginem, & collocabant in domibus; & in illo die conterebatur, & minuebatur, & delebatur; & ille dies fuit illis funestus, sicut dies sepulturæ; neque hoc satis fuit; sed præterea Ægyptii sepulti erant in suis domibus, & canes advenientes effoderunt, & eduxerunt primogenitos de suis sepulchris, & illis illudebant, & ille dies fuit eis funestus, sicut dies sepulturæ.

Et vocavit Mosen & Aharon; Ostendit quod Pharao circumiret, & inquiret in universa terra Ægypti, ubi habitaret Mose, & Aharon; *& dixit; surgite exite*. Dixit illi Mose; Nos moniti sumus, ne exeamus nisi palam; dictum est enim: *Et vos non exibitis* &c. Alia expositio; *Et vocavit Mosen & Aharon*; Cur dictum est? Quia Pharaø

מעלי ויאמר משה כן דברת יפה דברת ובזמננו דברת. לא אוסיף עוד ראות פניך אלא וירדו כל עבדיך אלה. שאין תלמוד לומר זה אלא שסופך עתיד להיות בראשם ולירד בראשונה אלא מלמד שמשה חלק כבוד למלכות וכן הקדוש ברוך הוא אמר לו חלוק כבוד למלכות שנאמר וידבר יהוה אל משה ואל אהרן ויצום אל פרעה. צום לחלק כבוד למלכות שכן מצינו ביוסף שחלק כבוד למלכות שנאמר אלהים יענה את שלום פרעה וכן יעקב חלק כבוד למלכות שנאמר ויתחזק ישראל וישב על המטה. ובן אליהו חלק כבוד למלכות שנאמר וישנס מתניו וירץ לקראת אחאב. וכן חנניה מישאל ועזריה חלקו כבוד למלכות שנאמר באדין נפקין שדרך מישך וגומר כד קרב נבוכדנצר לתרע אתון נורא ענה ואמר שדרך מישך ועבד נגו עבדוהי די אלהא עילאה פוקו ואתו וכן דניאל חלק כבוד למלכות שנאמר וכמקרביה לגובא לדניאל בקל עציב זעיק וגו׳ אדין דניאל עם מלכא וגומר. ויאמר קומו צאו אני אמרתי מי ומי ההולכים ואתם אמרתם בנערינו ובזקנינו נלך קומו צאו מתוך עמי. אני אמרתי רק צאנכם ובקרכם יוצג. ואתם אמרתם גם אתה תתן בידינו וגו׳ קחו מה שדברתם ולכו. וברכתם גם אותי והתפללו עלי שתכלה מעלי הפורענות.

ותחזק מצרים על העם מגיד שהיו טורדין אותם לצאת בבהלה. כי אמרו כלנו מתים. אמרו ולא כמדת משה. משה אמר ומת כל בכור בארץ מצרים. והיו סבורין שכל מי שיש לו ארבעה או חמשה בנים אין מת אלא הבכור שבהם והם לא היו יודעין שנשותיהן חשודות בעריות וכולן בכורים מרווקים אחריהם הן עשו בסתר והקדוש ברוך הוא פרסם אותם. והרי דברים קל וחומר ומה אם מדת פורענות מועטת העושה בסתר הקדוש ברוך הוא

rao dixerat: *Exod.* x. 28. *Recede a me.* Et respondit Mose; recte & opportune locutus es; non addam ut videam amplius faciem tuam. *Descendentque omnes servi tui isti ad me.* Ibid. xi. 8. neque erat dicendum: *isti*; sed id significabat, quod tuus finis sit futurus in eorum capite, & descendat in principio; Docemur, quod Mose impartivit honora regno; & similiter Deus S. B. dixit illi: Impartire honorem regno; dictum est enim *Exod.* vi. *Et looutus est Dominus ad Mosen & Aharon; & praecepit de Pharaone.* Praecepit, ut imperti-retur honor regno. Similiter invenimus quod Joseph impertiverit honorem regno; dictum est enim *Genes.* xli. 16. *Deus respondebit pacem Pharaoni.* Et similiter Jacob impertivit honorem regno; dictum est enim ibid. xlviii. 2. *Qui confortatus sedit super lecto.* Pariter Elias impertivit honorem regno; dictum est enim 1. *Reg.* xix. *Et praecinxit suos lumbos, & occurrit Achabo.* Et similiter Chananja, Misael, & Azarja impertiverunt honorem regnum; Dictum est enim *Dan.* iii. 93. *Tum egressi sunt Sadrach, Mesach &c. Quando accessit Nabucdenezar ad ostium fornacis ignis, clamavit & dixit; Sadrach, Mesach, & Abedenago servi Dei altissimi egredimini, & venite.* Et similiter Daniel impertivit honorem regno; dictum est enim ibid. vi. 20. *Quando accessit ad fornacem, ad Danielem voce moesta exclamavit* &c. *Tum Daniel cum rege* &c. Et dixit; *surgite, exite*: ego dixi, qui sint illi, qui ire debent; & vos dixistis; *cum nostris senibus, & nostris juvenibus ibimus. Surgite & exite de medio populi mei.* Ego dixi; *Oves tantum vestrae & boves remaneant.* Et dixistis; *Tu dabis in manum nostram.* Sumite, quod dixistis, & abite. *Atque etiam mihi benedicetis*; Orate pro me, ut in me cesset calmitas.

Et corroboratus est Aegyptus contra populum. Ostendit, quod defatigarent, ut festinanter exiret; Dicentes: *omnes moriemur.* Dixerunt, quod non dixerat Mose; Mose enim dixerat: *Ee morietur omne primogenitum in terra Aegypti*; Et ipsi putabant; si quis haberet quatuor aut quinque filios, non moreretur nisi primogenitus; at illi ignorabant, suas uxores fuisse adulterii suspectas, & omnes ex aliis viris natis fuisse primogenitos. Ipsi clam egerunt, at Deus S. B. manifestavit; argumento a minori ad majus; si in mensura supplicii, quae est minor, quod clam factum est, Deus S. B. manifestat. In mensu-

מפרסמו. מדה טובה מרובה על אחת כמה וכמה.

וישא העם את בצקו טרם יחמץ. מגיד שלשו את העיסה ולא הספיקו לחמצה. וכן אתה מוצא לעתיד לבא דכתיב כולם מנאפים כמו תנור בוערה מאופה ישבות בעיר מלוש בצק עד חומצתו. וכתיב יום מלכנו החלו שרים חמת מיין וגומר. משארותם אלו שיירי מצה ומרור אתה אומר כן או אינו אלא שירי פסחים כשהוא אומר לא תותירו ממנו עד בקר הרי שירי פסח אמור ומה אני מקיים משארותם צרורות בשמלותם אלו שיירי מצה ומרור. צרורות בשמלותם על שכמם רבי נתן אומר לא היתה שם בהמה. והרי כבר נאמר וגם ערב רב עלה אתם. וצאן ובקר ומה תלמוד לומר על שכמם. אלא שהיו מחבבין את המצוה. ובני ישראל עשו וכי מה אמר להם משה במצרים הרי הוא אומר דבר נא באזני העם וכן עשו וישאלו ממצרים כלי כסף וכלי זהב ושמלות שאין תלמוד לומר ושמלות אלא הכסות היתה חביבה עליהם יותר מכסף וזהב ויהוה נתן כמשמעו דברי רבי ישמעאל לא הספיקו לומר השאילני עד שהוא נותן לו. רבי יוסי הגלילי אומר האמינו בם שהיו אומרים ומה באפלה לא עשו עכשיו הן נחשדין רבי אליעזר בן יעקב אומר רוח הקדש שרתה עליהם והוא אומר השאילני כליך המונח במקום פלוני והוא מוציא ונותן לו. ואין חן אלא רוח הקדש שנאמר ונתתי על בית דוד רוח חן ועל ירושלם רוח חן וגומר רבי נתן אומר אינו צריך כך אלא וישאילום מה שלא שאלום היו משאילים אותם היה אומר תן לי חפץ פלוני והיה אומר לו טול לך ואחר

fura boni, quæ est major, quanto magis?

Et portavit populus pastam suam, priusquam fermentaret. Ostendit; quod subegerint pastam, neque satis fuit temporis, ut fermentaret. Et huic simile tu invenis in tempore futuro; Dictum est enim *Ose.* VII. 4. *Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus a coquente, cesset sollicitans subigere pastam, donec fermentet.* Pariterque ibid. scriptum est. *Dies regis nostri: fecerunt ægrotare principes utre vini.* משארותם Hæ sunt reliquiæ azymi, & herbarum amararum. Tu ita dicis; at ego dicam fuisse reliquias sacrificii Paschalis; Quando vero dicit. *Non relinquetis ex eo residuum usque ad mane.* Ecce jam dictum est de reliquiis sacrificii Paschalis: Quomodo ego explicabo; *reliquias eorum ligatas in suis vestibus*? Hæ sunt reliquiæ azymi, & herbarum amararum. *Ligatas in suis vestibus super humeros suos.* R. Nathan dicit. Quid? Nonne erant ibi jumenta? Atqui dictum est; *sed & vulgus promiscuum multum adscendit cum eis, oves, & boves.* Cur igitur dictum est: *super humeros suos*? Quia amabant præcepta. *Et filii Israel fecerunt.* Quidnam illis dixerat Mose in in Ægypto? In Ægypto dictum est *Exod.* XI. *Loquero, quæso, in auribus populi.* Et sic fecerunt: *Et petierunt ab Ægyptiis vasa argentea, & aurea, & vestes*; Neque dicendum erat *vestes*; sed vestes erant chariores argento, & auro. *Et Dominus dedit*; juxta ejus sensum literalem; verba R. Ismaelis. Non cessabant dicere; commodate nobis, & illi dabant. R. Jose Galilæus dicit. Fidem illis habuerunt, dicentes; si in diebus tenebrarum non fecerunt, nunc erunt nobis suspecti? R. Elieser ben Jacob dicit; Spiritus sanctus habitavit in illis; & aliquis dicebat: commoda mihi tuum vas, quod in tali loco repositum est; & ille educebat, & dabat: חן non significat nisi Spiritum sanctum, seu Propheticum; dictum est enim *Zachar.* XII. 10. *Et dabo super domum David spiritum gratiæ, & super Hierusalem spiritum gratiæ.* R. Nathan dicit: Non est necesse; cum jam dictum est; *& commodarunt illi*; Quod non petebant, commodabant; si quis dicebat; rem hujusmodi mihi commoda; respondebat; sume; & alius similiter: *Et spoliarunt Ægyptum.* Docetur, quod eorum Idololatria liquefieret, aboleretur, & ad ejus prin-

ci-

כיוצא וינצלו את מצרים מלמד שעבודה
זרה שלהם נתכת ובטלה וחזרה לתחלתה
ומנין שביזת הים גדולה מזו. שנאמר
ותרבי ותגדלי ותבואי בעדי עדיים. בעדי
זו מצרים. עדיים זו ביזת הים. ואומר
כנפי יונה נחפה בכסף. ביזת מצרים
ואברותיה בירקרק חרוץ זו ביזת הים.
תורי זהב נעשה לך. זו ביזת הים. עם
נקודות הכסף. זו ביזת מצרים.

פרשה יד

ויסעו בני ישראל מרעמסס לסכות מאה
ועשרים פרסה מהלך ארבע מיל פרסה
הולך קולו של משה מהלך ארבעים יום
ואל תתמה שהרי כתוב ויאמר יהוה אל משה
ואל אהרן קחו לכם מלא חפניכם והיה
לאבק וגו׳ והרי דברים קל וחומר ומה אם
אבק שאין דרכו להלך הולך מהלך ארבעים
יום קל וחומר לקול שדרכו להלך כהרף
עין. נסעו בני ישראל מרעמסס לסכות.
לקיים מה שנאמר ואשא אתכם על כנפי
נשרים וגו׳ סוכותה סוכות ממש דכתיב
ויעקב נסע סוכותה דברי רבי אליעזר וחכמים
אומרים אין סוכות אלא מקום שנאמר
ויסעו מסוכות ויחנו באיתם מה איתם
מקום אף סוכות מקום. רבי עקיבא אומר
אין סוכות אלא ענני כבוד שנאמר וברא
יהוה על מכון הר ציון ועל מקראיה ענן
יומם ונגה אש להבה לילה. כי על כל
כבוד חופה. אין לי אלא לשעבר. לעתיד
לבא מנין תלמוד לומר וסוכה תהיה לצל
יומם מחורב וגו׳ ואומר ופדויי יהוה ישובון
רבי נחמיה אומר סוכותה לפי שצריך למד
מתחלתו נותן לו הא בסופו. כשש מאות
אלף. כששים ריבוא דברי רבי ישמעאל
שנאמר הנה מטתו שלשלמה ששים
גבורים סביב וגו׳ של מי השלום שלו וששים
רבוא גבורים מגבורי ישראל. כלם אחזי
חרב מלומדי מלחמה וגו׳ על כן יאמר
בספר מלחמות יהוה. וכתיב יעלזו חסידים

cipium restitueretur; & unde probatur, quod præda maris fuerit hac major? Ex eo quod dictum est *Ezech.* XVI. 7. *Multiplicasti, & grandis effecta es, & venisti cum ornamento ornamentorum. Cum ornamento*; Hæc est Ægyptus. *Ornamentorum*; Hæc est præda maris. Et similiter dictum est *Psal.* LXVII. *Pennæ columbæ tectæ argento*. Hæc est præda Ægypti. *Murenulas aureas faciemus tibi. Cantic.* I. 10. *Cum cuspidibus argenteis*. Ibid. Hæc est præda Ægypti.

SECTIO XIV.

ET *profecti sunt filii Israel de Ramesses in Succoth*; centum & viginti Parsas. Quatuor milliaria in singulas Parsas. Diffundebatur vox Mosis iter quadraginta dierum. Ne mireris; dictum est enim *Exod.* IX. 8. *Et dixit Dominus ad Mosen & Aharon. Tollite plenas manus fuliginis* &c. *Et erit in pulverem* &c. Ecce argumentum a minori ad majus; si pulvis, quæ non solet diffundi diffusa est iter quadraginta dierum; multo magis vox, quæ momento solet diffundi. *Profecti sunt filii Israel de Ramesses in Succoth*. Ad confirmandum quod dictum est *Exod.* XIX. 4. *Et portavi vos super alas aquilarum* &c. סוכתה simpliciter significat tabernacula; scriptum est enim *Genes.* XXXIII. 17. *Et Jacob profectus est Succoth*. Verba R. Eliesar. At sapientes dicunt. סוכות non est nisi nomen loci; Dictum est enim *Num.* XXXIII. 6. *Et de Succoth venerunt in Etham, & castrametati sunt in Etham*. Sicut Etham est locus, ita pariter Succoth. R. Akiba dicit. Non est Succoth nisi nubes gloriæ; dictum est enim *Isai.* IV. 5. *Et creabit Dominus super basem montis Sion, & super convocatos suos nubem diei, & splendorem ignis, & flammam noctis; quia super omnem gloriam thalamus*. Non probo nisi tempore præterito, de futuro unde probatur? Ex eo quod dictum est ibid. *Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu* &c. & similiter dictum est Ibid. XXXV. 9. *Et redemti Domini revertentur*. R. Nehemia dicit. סוכותה; Quia necesse est Lamed in principio, apponitur He in fine. *Circiter sex centum millia*. Quasi sexaginta myriades; verba R. Ismaelis; dictum est enim *Cantic.* III. 7. *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt* &c. Cujus est pax; & sexaginta my-

בכבוד ירננו על משכבותם רוממות אל בגרונם. ואומר לאסור מלכיהם בזיקים. ואומר לעשות בהם משפט כתוב הדר וגו׳ לבד מטף לבד נשים וקטנים. רבי יוחנן אומר לבד מטף. לבד מנשים טף וזקנים וגם ערב רב וגו׳ מאה ועשרים ריבוא דברי רבי ישמעאל רבי עקיבא אומר מאתים וארבעים ריבוא. רבי נתן אומר מאתים וששים ריבוא וצאן ובקר. עליהם אמר הקדוש ברוך הוא לאברהם ואחרי כן יצאו ברכוש גדול. עם יצאתן ממצרים אני ממלאן כסף וזהב.

ויאפו את הבצק. מגיד שלשו את העיסה ולא הספיק לחמצה עד שנגאלו וכן לעתיד לבא ישבות מעיר וגו׳ יום מלכנו וגו׳ עוגות אין עוגות אלא חררה שנאמר ועוגות שעורים תאכל וכתיב אף עשי לי משם עוגה קטנה. נס גדול נעשה להם בחררה שאכלו ממנה לחם עד שירד המן. כי גורשו ממצרים שומע אני מאליהם שנאמר ולא יכלו להתמהמה עד שנגאלו. וגם צדה לא עשו להם להודיע הקדוש ברוך הוא שבחן של ישראל עד שלא אמרו למשה היאך נצא למדבר ואין לנו צדה לדרך אלא האמינו והלכו אחר משה ועליהם מפורש בקבלה הלוך וקראת באזני ירושלם מה שכר נטלו קדש ישראל ליהוה לכך נאמר ומושב בני ישראל וגו׳ כתוב אחד אומר שלשים שנה וארבע מאות שנה וכתוב אחד אומר ועבדום וענו אותם ארבע מאות שנה. כיצד יתקיימו שני מקראות הללו. שלשים שנה עד שלא נולד יצחק נגזרה גזרה בין הבתרים. רבי אומר כתוב אחד אומר ועבדום וענו אותם ארבע מאות

myriades fortium ex fortibus Israelis; *Omnes præcincti gladio, & ad bellum docti*. Idcirco dicitur in libro bellorum Domini. Et scriptum est *Psal.* CXLIX. 5. *Exultabunt sancti in gloria, cantent super lecto, exaltationes Dei in gutture eorum*. Et similiter dictum est ibid. *Ad alligandos reges in compedibus*; Pariterque dictum est. *Ad faciendum in illis judicium conscriptum; gloria* &c. *Excepto* טף: Exceptis mulieribus & pueris. R. Jochanan dicit. *Excepto* טף. Exceptis mulieribus pueris, & senibus. *Atque etiam vulgus promiscuum* &c. Centum & viginti myriades; Verba R. Ismael; R. Akiba dicit; ducentum & quadraginta myriades. R. Nathan dicit; ducentum & sexaginta myriades. *Et oves & boves*. De illis dixit Deus S. B. ad Abraham *Genes.* XV. 14. *Et posthæc egredientur cum magna substantia*. Quando egredientur de Ægypto, ego implebo argento & auro.

Et coxerunt pastam. Ostendit, quod coxerint pastam; neque fuit tempus fermentandi, donec liberati sint; & sic erit in tempore futuro. Dictum est enim *Ose.* VII. 4. *Cessabit sollicitans* &c. *Dies regis nostri*. עגות; non designat עגות nisi placentas; dictum est enim *Ezech.* IV. 12. *Et* עוגת *placentam hordeaceam comedes*. Et similiter scriptum est 1. *Reg.* XVII. 13. *Tantum fac mihi ex eo* עגה *placentam parvam*. Miraculum magnum factum est illis in placenta, quod ex ea comederunt panem, donec descendit Manna. *Quod expulsi fuerunt de Ægypto*. Ego crederem sponte discessisse? Idcirco dictum est: *morari non potuerunt*; donec redemti fuerunt; *Et cibum sibi non fecerunt*; Ut Deus S. B. significaret laudem Israelis, qui non dixerunt Mosi; quomodo ibimus in desertum, cum nobis non sit cibus in itinere? Sed fidem habuerunt, & secuti sunt Mosen; & de illis exponitur quod dictum est *Jerem.* II. 2. *Vade & clama in auribus Hierusalem; Recordor &c. Quam mercedem receperunt? Sanctus Israel Domino*. Idcirco dictum est; *Habitatio filiorum Israel* &c. Alter textus dicit; *quod quadringentorum & triginta annorum*; & alter dicit *Genes.* XV. 13. *Et affligent quadringentis annis*. Quomodo concilianter hi duo textus? Triginta annis ante nativitatem Isaach decretum fuit decretum in fœdere animalium concisorum. Rabi dicit: Alter textus dicit; *Et subjicient eos servituti, & affligent quadrigentis annis*: & alter dicit ibid. vers. 16. *Generatione autem quarta re-*

שנה וכתוב אחד אומר ודור רביעי ישובו הנה. כיצד יתקיימו שני כתובין אלו אמר הקדוש ברוך הוא אם עושין תשובה אני גואלם לדורות ואם לאו אני גואלם לשנים.

ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים ובארץ כנען ובארץ גושן שלשים שנה וארבע מאות שנה וזה אחד מן הדברים שכתבו לתלמי המלך כיוצא בו כתבו אלהים ברא בראשית. אעשה אדם בצלם ובדמות זכר ונקוביו ברא ויכל ביום הששי וישבות ביום השביעי הנה ארדה ואבלה שם שעתם. ותצחק שרה בקרוביה לאמר כי באפם הרגו איש וברצונם עקרו אבוס. ויקח משה את אשתו ואת בניו וירכיבם על נושא אדם לא חמור אחד מהם נשאתי. אשר חלק יהוה אלהיך אותם להאיר לכל העמים. אשר לא צויתי לאומות לעבדם וכתבו לו ואת צעירת הרגלים. ומושב בני ישראל וגו' ויהי מקץ שלשים שנה מגיד שמכיון שהזמן הגיע לא עכבן הכתוב כהרף עין בחמשה עשר בניסן באו מלאכי השרת לאברהם לבשרו. בחמשה עשר בניסן נגזרה גזרה בין הבתרים שנאמר ויהי מקץ קץ אחד לכולן ויהי בעצם היום הזה יצאו. וכן אתה מוצא כל זמן שישראל משועבדין כביכול שכינה עמהם שנאמר ויראו את אלהי ישראל ותחת רגליו וכשנגאלו מה הוא אומר וכעצם השמים לטוהר ונאמר בכל צרתם לו צר. אין לי אלא צרת ציבור צרת יחיד מנין תלמוד לומר יקראני ואענהו עמו אנכי בצרה ואומר ויקח אדוני יוסף אותו. ואומר ויהי יהוה את יוסף ואומר מפני עמך אשר פדית ממצרים גוי אלהיו. רבי אליעזר אומר עבודה זרה עברה עם ישראל בים שנאמר ועבר בים צרה והכה בים גלים ואי זה זה צלמו של מיכה רבי עקיבא אומר אלמלא מקרא כתוב אי אפשר לאמרו כביכול אמרו ישראל לפני הקדוש

vertentur huc. Quomodo conciliantur hi duo textus? Dixit Deus S. B. Si pœnitentiam agent, ego redimam in generationibus, ſi minus, annis.

Et habitatio filiorum Iſrael, qui manſerunt in Ægypto; & in terra Chanaan, & in terra Goſen, fuit quadringentorum triginta annorum; & hoc eſt unum ex iis, quæ ſcripſerunt Ptolemæo regi: Huic ſimile ſcripſerunt *Geneſ.* I. I. *Deus creavit in principio. Faciam hominem in ſimilitudine, & imagine.* Ibid. *Maſculum & ejus foramina illi creavit.* Ibid. *Et perfecit in die ſexto, & quievit in die ſeptimo.* Ibid. *Eja deſcendam & confundam illic eorum linguam.* Ibid. XI. *Et riſit Sara cum conſanguineis ſuis.* Ibid. XVIII. 12. *Quia in furore ſuo occiderunt bovem, & in voluntate ſua ſuffoderunt præſepe. Et accepi Moſe uxorem ſuam, & filios ſuos, & impoſuit portatori hominis.* Exod. IV. *Et deſiderium ex eorum nemine accepi.* Num. XXVI. *Quod impartivit Dominus Deus tuus, ut lucerent omnibus populis:* Deut. IV. 19. *Quod non præcepi gentibus, ut illis ſervirent.* Ibid. XVII. 3. *Et illi ſcripſerunt, & paginam a pedibus. Et habitatio filiorum Iſrael* &c. *Et fuit a fine quadrigentorum & triginta annorum.* Oſtendit; quando advenit tempus ne momento quidem retinuit textus; Quintodecimo die Niſan venerunt Angeli ad Abraham, ut illi nuntiarent, & quintodecimo Niſan decretum fuit decretum in fœdere animalium conciſorum; dictum eſt enim: *Et fuit a fine*; finis unus pro omnibus; *Et fuit ipſo illo die; egreſſi ſunt.* Et ſimiliter tu deprehendis, toto tempore, quo ſerviit Iſrael, Divinitas cum illo fuit; Dictum eſt enim *Exod.* XXIV. 10. *Et viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus ejus.* Poſtquam redemti ſunt, quid dictum eſt de illis? *Et quaſi cœlum, cum ſerenum eſt.* Ibid. Et ſimiliter dictum eſt *Iſai.* LXII. *In omni eorum tribulatione ipſis tribulatio.* Non probo niſi de afflictione cœtus, de afflictione privati unde probatur? Ex eo qaod dictum eſt *Pſal.* XCI. *me vocabit, & ego reſpondebo illi, cum ipſo ſum in tribulatione.* Et pariter dictum eſt *Geneſ.* XXXIX. 20. *Et cæpit dominus Joſeph ipſum.* Pariterque dictum eſt ibid. *Fuit autem Dominus cum Joſeph.* Et ſimiliter dictum eſt I. *Paral.* XVII. 21. *Qui redemiſti ab Ægypto gentem, & ejus Deum.* R. Elieſer dicit. Idololatria tranſivit mare cum Iſraele; dictum eſt enim *Zachar.* X. *Et tranſivit per mare æmula & percuſſit in mare undas.* Et

quæ-

ברוך הוא עצמך וכן אתה מוצא בכל מקום שגלו שכינה עמהם. גלו למצרים שכינה עמהם שנאמר הנגלה נגלתי אל בית אביך בהיותם במצרים. גלו לבבל שכינה עמהם שנאמר למענכם שולחתי בבלה. גלו לעילם שכינה עמהן שנאמר ושמתי כסאי בעילם. גלו לאדום שכינה עמהם. שנאמר מי זה בא מאדום חמוץ בגדים מבצרה. וכשעתידין לחזור כביכול שכינה עמהן. שנאמר ושב יהוה אלהיך אינו אומר והשיב אלא ושב ואומר אתי מלבנון כלה וכי מלבנון הוא בא והלא ללבנון היא עולה כביכול אני ואת ללבנון עולים. ליל שמורים הוא ליהוה. בו נגאלו ובו עתידים ליגאל. דברי רבי יהושע שנאמר הוא הלילה הזה ליהוה רבי אליעזר אומר בו נגאלו לעתיד לבא אין נגאלים אלא בתשרי נגאלין שנאמר תקעו בחדש שופר וגומר ומה תלמוד לומר הוא הלילה הזה ליהוה אלא הוא הלילה הזה שאמר הקדוש ברוך הוא לאברהם אבינו אברהם אני גואל את בניך לעתיד לבא וכשהגיע הקץ לא עכבו הקדוש ברוך הוא כהרף עין. שמורים לכל בני ישראל מגיד שכל ישראל צריכין להשתמר בו.

פרשה טו

ויאמר יהוה אל משה ואל אהרן. יש פרשיות כולל בתחלה ופורט בסוף. פורט בתחלה וכולל בסוף ואתם תהיו לי ממלכת כהנים פרט ואלה הדברים אשר תדבר

quænam hæc est? hæc fuit imago Michæ. R. Akiba dicit: nisi scriptum esset in textu, dicere non possemus. Quasi dicerent Israelitæ, coram Deo S. B. te ipsum redemisti. Pariterque tu invenis quod in omnibus locis, ubi exularunt, Divinitas fuit cum illis. Abducti sunt in exilium in Ægyptum; & Divinitas fuit cum illis. Dictum est enim I. *Sam.* II. 25. *Si revelando revelatus sum domui patris tui, cum essent in Ægypto*. Abducti sunt in captivitatem Babylonem; & Divinitas fuit cum illis. Dictum est enim *Isai.* XLIII. 14. *Propter vos missus sum in Babylonem*. Abducti sunt captivi in Elam, & Divinitas fuit cum illis; dictum est enim *Jerem.* XLIX. 38. *Et ponam solium meum in Elam*. Abducti sunt captivi in Idumæam, & Divinitas fuit cum illis, dictum est enim *Isai.* LXIII. *Qui est iste, qui venit de Edom, tinctus vestibus de Bosra?* Et quando erunt reversuri, Divinitas, quasi erit cum illis. dictum est enim *Deut.* XXX. 9. *Revertetur enim Dominus*; non enim dicit; & reverti faciet, sed *revertetur*. Et similiter dictum est *Cantic.* IV. 8. *Veni de Libano sponsa mea*. Quid? Num de Libano illa veniet? Immo ad Libanum illa ibit. Quasi dicat: *Ego & tu ad Libanum adscendamus*. *Nox ista observabilis Domino*. In illa redemti sunt, & in illa erunt redimendi; verba R. Jehosua; dictum est enim; *Nox ista Domino*. R. Elieser dicit: In illa redemti sunt, sed tempore futuro non redimentur nisi in mense Tisri; Dictum est enim *Psal.* LXXXI. 4. *Buccinate in Neomenia tuba*. Qua de causa? *Quia statutum in Israel est illud, & judicium Deo Jacob*. Ibid. Cur igitur dictum est; *Nox ista Domino?* Nisi quod hæc est illa nox, in qua dixit Deus S. B. ad Abraham patrem nostrum; Ego liberabo tempore futuro filios suos; & quando advenit tempus, non retinuit Deus S. B. ne momento quidem. *Observabilis cunctis filiis Israel*. Ostendit, quod in illa omnes filii Israel custodiendi fuerint.

SECTIO XV.

Et locutus est Dominus ad Mosen & Aharon. Sunt sectiones, in quibus est generale in principio, & particulare in fine, & particulare in principio, & generale in fine; *Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale*. *Exod.* XIX. 4. Est particulare. *Ista sunt quæ dices*. *Num.* XIX.

כלל זאת חקת התורה כלל ויקחו אליך
פרה אדומה פרט, זאת חקת הפסח כלל.
כל בן נכר פרט. כלל ופרט אין בכלל
אלא מה שבפרט. זאת חקת הפסח בפסח
מצרים ובפסח דורות הכתוב מדבר דברי
רבי יאשיה רבי יונתן אומר בפסח מצרים
הכתוב מדבר. אין לי אלא פסח מצרים
פסח דורות מנין תלמוד לומר ככל חקתיו
ובכל משפטיו נס לו רבי יאשיה בפסח
מצרים ובפסח דורות הכתוב מדבר ומה
תלמוד לומר בכל חוקותיו ובכל משפטיו
אלא בא הכתוב ללמד דברים המחוסרים
בו רבי איסי בן עקיבא אומר חוקה
האמורה בפסח אינה אלא גופה. כל בן
נכר לא יאכל בו. אחד ישראל משומד
ואחד גוי במשמע. שנאמר וכל בן נכר
וכל עבד איש. אין לי אלא עבד איש.
אשה וקטן מנין תלמוד לומר מקנת כסף
מכל מקום. ומלתה אותו רבו. רבי אומר
מגיד שמילת עבדיו מעכבתו לאכל בפסח.
אין לי אלא מילת עבדים מילת זכרים
מנין הרי אתה דן נאמר כאן אז. ונאמר
להלן אז מה להלן מילת זכרים אף כאן
מילת זכרים. אי מה להלן מילת עבדיו
אף כאן מילת עבדיו. רבי אליעזר אומר
אין מילת עבדיו מעכבתו לאכל בפסח
ומה תלמוד לומר ומלתה אותו. הרי שהיו
לפניו עבדים וערלים מנין אתה אומר
שאם רצה למולן ולהאכילן רשאי תלמוד
לומר ומלתה אותו אז יאכל בו רבו מצינו
שהוא רשאי לקיים לו ערלים עבדים.
שנאמר וינפש בן אמתך והגר. רבי אליעזר
אומר אינו רשאי לקיים לו עבדים ערלים.
שנאמר וינפש בן אמתך והגר. רבי אליעזר

XIX. Eſt generale: *Hoc eſt ſtatutum legis*. Eſt generale. *Et ſument tibi vaccam ruffam*. Eſt particulare. *Hoc eſt ſtatutum Paſchatis*. Eſt generale. *Omnis alienigena &c.* Eſt particulare; generale, & particulare; Non eſt in generali, niſi quod eſt in particulari. *Hoc eſt ſtatutum Paſchatis*. De Paſchate Ægypti, & de Paſchate generationum textus loquitur; verba R. Joſia; R. Jonathan dicit; de Paſchate Ægypti textus loquitur; Non probo niſi de Paſchate Ægypti, de Paſchate generationum unde probatur? Ex eo quod dictum eſt *Num.* IX. 3. *Juxta omnia ejus ſtatuta, & juxta omnia ejus judicia facietis illud*. Reſpondit illi R. Joſia; de Paſchate Ægypti, & de Paſchate generationum textus loquitur. Et qua de cauſa dictum eſt: *Et juxta omnia ejus ſtatuta, & juxta omnia ejus judicia?* Venit textus ad docendum ea, quæ ibi non ſunt explicata. R. Iſi ben Akibæ dicit; Statutum quod expreſſum eſt in Paſchate, non agit niſi de eo, quod ſpectat ad corpus ſacrificii Paſchalis. *Omnis alienigena non comedet de eo*; Tam Iſraelita Apoſtata, quam gentilis comprehenditur; Dictum eſt enim; *& omnis alienigena; & omnis ſervus*. Non probo niſi de ſervo, de muliere, & puero unde probatur? Ex eo quod dictum eſt; *Aquiſitio argenti;* omnimode. *Et circumcides illum*. Loquitur de Domino. Rabi dicit; oſtendit, quod circumciſio ſui ſervi illum impediat a comeſtione Paſchatis. Non probo niſi de circumciſione ſervorum, de circumciſione maſculorum unde probatur? Eſt tibi argumentum; Dictum eſt hic אז *tum*, pariterque dictum eſt illic (ſc. de Proſelyto in hoc ipſo capite) אז *tum*, ſicut ibi agitur de circumciſione ſuorum maſculorum, ita pariter hic; aut ſicut hic de circumciſione ſuorum ſervorum, ita pariter illic. R. Elieſer dicit; circumciſio ſuorum ſervorum non impedit illum a comeſtione Paſchatis. Cur igitur dictum eſt; *& circumcides illum*. Si in ejus conſpectu fuerint ſervi incircumciſi, unde tu dicis, quod ſi velit eos circumcidere, & facere ut comedant, ſit illi permiſſum? Ex eo quod dictum eſt; *Et circumcides illum; tum comedet de eo*. Deprehenditur, quod liceat ei alere ſervos incircumciſos; Dictum eſt enim *Exod.* XXIII. 12. *Et requieſcet filius ancillæ tuæ, & advena*. Ut tibi dicat, quod ſi dominus emerit in vigilia Sabbathi prope tenebras, neque fuerit tempus circumcidendi, priuſquam oboriantur tenebræ. Idcirco dictum eſt; *& requieſcet filius* an-

או אינו רשאי לקיים לו עבדים ערלים שנאמר ומלתה אותו אז יאכל בו. אם כן מה תלמוד לומר וינפש בן אמתך והגר. לומר לך הרי שלקחו רבו ערב שבת עם חשכה ולא הספיק למולו. עד שיחשיך לכך נאמר וינפש בן אמתך והגר. דבר אחר ומלתה אותו. אז יאכל בו. להביא את שנתקיימה בו מצות מילה אפילו שעה אחת אפילו שחזר הבשר. וחפה העטרה. אינו מעכבו לאכל בפסח ולא בתרומה על זה נמנו רבו׳ כלוד ואמרו אין חוצץ לטומאה תושב זה הגר. שכיר זה הגוי רבי אליעזר אומר תושב ושכיר למה נאמר לדון מן הפסח בתרומה לפסול בה הערל עד שלא יאמר יש לי בדין ומה פסח הקל. פסל בו את הערל. תרומה חמורה אינו דין שיפסול בה את הערל. לא אם אמרת בפסח שמיעט בו הכתוב זמן אכילתו. לאכליו לכך פסל בו. את הערל. תאמר בתרומה שריבה זמן אכילתה לאוכליה אינו דין שנפסול בה את הערל תלמוד לומר תושב ושכיר בפסח נאמר תושב ושכיר בתרומה. ואפנה להקיש ולדון ג״ש נאמר תושב ושכיר בפסח ונאמר תושב ושכיר בתרומה. מה להלן פוסל בו את הערל אף כאן פוסל בו את הערל. רבי יצחק אומר תושב ושכיר למה נאמר והלא כבר נאמר כל בן נכר לא יאכל בו. אבל אם היה ערבי מהיל ונבעוני כשר שומע אני יוכשר לאכל בפסח תלמוד לומר תושב ושכיר.

בבית אחד יאכל בחבורה אחד הכתוב מדבר. אתה אומר בחבורה אחד או אינו לא בבית אחד כמשמעו. כשהוא אומר על הבתים אשר יאכלו אותו בהם שומע אני שהוא נאכל בבתים הרבה הא מה תלמוד לומר בבית אחד יאכל ובחבורה אחד. ומה אני מקיים על הבתים אשר יאכלו אותו בהם. מכאן אמרו הפסח נאכל בשני מקומות אין נאכל בשני חבורות רבי שמעון בן יוחאי אומר בשני מקומות כיצד

ancillæ tuæ, & advena. Alia expoſitio: *Et circumcides illum, tum comedet de eo;* Ad includendum illum, in quo fuerit obſervatum præceptum circumciſionis, vel una hora, vel ſi caro reſtituta fuerit, & operuerit glandem, quod illum non impediat a comeſtione Paſchatis, & ſeparationis; Idcirco ſe numerarunt ſapientes in Lud, & dixerunt; non eſt diſcrimen pro immunditia. *Inquilinus;* hic eſt proſelytus inquilinus; *Mercenarius;* hic eſt gentilis; R. Elieſer dicit: *Inquilinus & mercenarius*, cur dictum eſt? Ut probetur ex ſacrificio Paſchali de ſeparatione, ut excludatur incircumciſus; quia priuſquam dictum eſſet, erat argumentum; Si a Paſchate, quod eſt leve, excluditur incircumciſus a ſeparatione, quæ eſt gravis, non erit æquum, ut excludatur incircumciſus? Minime; ſi dixiſti de Paſchate, cui textus diminuit tempus comedendi ſuis comedentibus; idcirco excluditur incircumciſus, dicas de ſeparatione, cui textus amplificat tempus comedendi ſuis comedentibus, idcirco non erit æquum ut excludatur incircumciſus? Idcirco dictum eſt; *Inquilinus, & mercenarius*, in ſacrificio Paſchali; Memoratur *inquilinus & mercenarius* in ſeparatione; Convertam ad confirmandum, & ad probandum a pari: Dictum eſt; *Inquilinus & mercenarius* in ſacrificio Paſchali, pariterque memoratur inquilinus, & mercenarius in ſeparatione; ſicut illic excluditur incircumciſus, ita pariter hoc loco. R. Iſaach dicit: *Inquilinus, & mercenarius;* cur dictum eſt? Cum jam dictum ſit; *Et omnis alienigena non comedet de eo*. Sed ex hoc putabam, quod ſi eſſet Arabs circumciſus, aut Gabaonita circumciſus, putabam, inquam, quod eſſet legitimus ad comedendum ſacrificium Paſchale. Idcirco dictum eſt; *Inquilinus & mercenarius*.

In domo una comedetur. In una ſocietate textus loquitur. Tu dicis in una ſocietate; At ego dicam in una domo, juxta ſenſum literalem; Quando vero dicit; *Super domibus, in quibus comedent illud;* Ego crederem licuiſſe comedi in multis domibus; Cur igitur dictum eſt; *In domo una comedetur?* In una ſocietate; & quomodo illud explico: *Et ſuper domibus, in quibus comedent illud?* Hinc dixerunt ſapientes; Sacrificium Paſchale poterat comedi in duobus locis, at non poterant comedi in duabus ſocietatibus. R. Simeon ben Jochai dicit; in duobus locis, quomodo? Si eſſent in una domo & finderetur contignatio, & foris egrederentur; ſi eſſent in atrio, & deſcende-

היו בבית אחר ובקעה הקורה עליהם יוצאין לחוץ היו בחצר וירדו גשמים עליהם ונכנסו בתוך הבית. נמצא אוכלין אותו בשני מקומות. לא תוציא מן הבית וגומר חוץ לחבורה אתה אומר חוצה חוץ לחבורה או אינו ﭏא חוץ לבית תלמוד לומר חוצה חוץ לאבילתו. הא אם מוציא עבר על מצוה שומע אני יהא כשר. והדין נותן הואיל ושלמים קדשים קלים והפסח קדשים קלים. אם למדת על שלמים אם הוציאן לחוץ פסלן אבל אף הפסח אם הוציאו לחוץ פסלו יאכל הא מה תלמוד לומר לא תוציא מן הבית מן הבשר חוצה חוץ לחבורה. לא תוציא מן הבית מן הבשר חוצה. בבשר הכתוב מדבר. אתה אומר בבשר או אחד בשר ואחד עצם פסל. תלמוד לומר לא תוציא מן הבית וגומר בבשר הכתוב מדבר ועצם לא תשברו בו. למה נאמר והלא כבר נאמר ואכלו את הבשר בלילה הזה לפי שנאמר ואכלו את הבשר. הבשר שחוצה לעצם אתה אומר הבשר שחוצה לעצם או אינו ﭏא הבשר שבתוך העצם. הא מה אני מקיים ועצם לא תשברו בו עצם שיש בו בשר. או עצם שאין בו בשר תלמוד לומר ועצם לא תשברו בו. עצם שיש בו בשר. בו ולא בשאר קדשים שהיה בדין ומה אם פסח הקל הרי הוא עובר עליו משום ועצם לא תשברו בו קדשים חמורים אינו דין שיהא עובר עליהם משום בל תשמרו בו הא מה תלמוד לומר בו. בו ולא בשאר קדשים. כל עדת ישרﭏ למה נאמר לפי שהוא אומר משכו וקחו לכם צאן כשם שפסח מצרים אינו כשר ﭏא למשפחה. אף פסח דורות אינו כשר ﭏא למשפחה. תלמוד לומר כל עדת ישרﭏ מגיד שפסח בא בערבובי.

וכי יגור אתך גר. שומע אני שנתגייר יעשה פסח מיד. תלמוד לומר והיה כאזרח הארץ מה אזרח בארבעה עשר אף גר בארבעה עשר רבי שמעון אומר הרי שנתגייר בין שני פסחים. שומע אני יעשה פסח שני. תלמוד לומר והיה כאזרח הארץ מה אזרח עד שלא עשה את הראשון. יעשה

derent pluviæ, & ingrederentur domum; Hinc deprehenditur, quod in duobus locis comederent. *Nec efferas ex domo &c.* Extra societatem, aut dicam extra domum; Idcirco dictum est; *foris;* sc. quod efferatur ex illis, qui comedunt; Si igitur extulisset, violabat præceptum; ego crederem fuisse legitimum; & est argumentum; Pacifica sunt sanctitates leves, & Pascha est sanctitas levis; si percepisti de pacificis, quod si efferantur, sint illegitima, ita pariter Pascha, si efferatur, erit illegitimum; Quid est quod dictum est: *Non efferes ex domo de carne foris?* Extra societatem. *Non efferes ex domo de carne foris;* De carne textus loquitur; tu dicis quod de carne textus loquatur; at ego dicam, quod tam caro, quam os faciat illegitimum; Idcirco dictum est: *Non efferes ex domo &c.* de carne textus loquitur. *Et os non frangetis in eo.* Cur dictum est? Cum jam dictum sit; *Et comedent carnem in hac nocte;* Cur dictum est; *& comedent carnem in hac nocte?* Carnem, quæ sit extra os; tu ita dicis, at ego dicam carnem, quæ sit intra os. Quomodo illud explicabo: *Et os non frangetis in eo?* Os in quo non sit caro, at os, quod intus habeat carnem, mihi frangere licebit; Idcirco dictum est; *Et os non frangetis in eo;* vel os, in quo sit caro. *In eo;* at non in reliquis sanctitatibus; & erat argumentum; Si in Paschate, quod est leve, violat præceptum; *& os non frangetis in eo;* in sanctitatibus, quæ sunt graves, non erit æquum, ut violet præceptum; *& os non frangetis in eo?* Idcirco dictum est: *in eo;* in eo; at non in reliquis sanctitatibus. *Omnis congregatio Israel;* cur dictum est? Quia dictum est; *Attrahite, & sumite vobis oves;* Sicut sacrificium Paschale Ægypti non erat legitimum nisi in familiis, ita pariter sacrificium Paschale generationum. Idcirco dictum est: *Omnis congregatio Israel.* Ostendit, quod sacrificium Paschale generationum promiscue afferretur.

Quod si quis peregrinabitur tecum peregrinus; Ego crederem quod statim ac fit proselytus, afferre deberet sacrificium Paschale? Idcirco dictum est; *& erit sicut civis terræ;* sicut civis die quartadecima, ita pariter proselytus die quartadecima. R. Simeon dicit; si fieret proselytus inter duo Paschata, crederem, quod deberet afferre sacrificium Paschale? Idcirco dictum est; *sicut civis terræ;* Sicut civis celebrabat secundum Pascha, quando legitime poterat pri-

את השני. כך גר כל שלא עשה את הראשון יעשה השני המול לו כל זכר מגיד שמילת זכרים מעכבתו מלאכל בפסח אין לי אלא מילת זכרים מילת עבדים מנין הרי אתה דן נאמר כאן ונאמר להלן מה להלן מילת עבדים אף כאן מילת עבדים. אי מה להלן מילת זכרים אף כאן מילת זכרים דברי רבי ישמעאל רבי יונתן אומר אין מילת זכרים מעכבתו מלאכול בפסח ומה תלמוד לומר המול לו כל זכר תקרים מצות מילה למצות הפסח. רבי נתן אומר שאין תלמוד לומר המול לו אלא להביא את העבד שטבל לפני רבו ויצא לבן חורין. מעשה בבלוריא שטבלו מקצת שפחותיה לפניה ומקצת לאחריה יובא מעשה לפני חכמים ואמרו את שטבלו לפניה בנות חורין לאחריה משועבדות ואף על פי כן שמשוה עד יום מותה.

כל ערל לא יאכל בו למה נאמר והלא כבר נאמר כל בן נכר לא יאכל בו אצל ישראל ערל שומע אני יהא כשר לאכל פסח תלמוד לומר כל ערל לא יאכל בו.

תורה אחת יהיה לאזרח. למה נאמר והלא כבר נאמר והיה כאזרח הארץ. ומה תלמוד לומר תורה אחת יהיה לאזרח לפי שהוא אומר וכי יגור אתך גר אין לי אלא פסח שהשוה בו הגר לאזרח שאר כל מצות שבתורה מנין תלמוד לומר תורה אחת יהיה לאזרח בא הכתוב והשווה את הגר לאזרח בכל מצות שבתורה.

פרשה יז

וידבר יהוה וגומר קדש לי כל בכור. הא אחת משלשה עשר מדות שהתורה

primum facere, & non fecit, ita pariter Proſelytus. *Circumcidetur ipſi omne maſculinum ejus;* Oſtendit quod circumciſio ſuorum maſculorum eum impediret a comeſtione Paſchatis; Non probo niſi de circumciſione ſuorum maſculorum, de circumciſione ſuorum ſervorum unde probatur? Ecce tibi argumentum. Dictum eſt hic *tum*, & dictum eſt illic *tum*, ſicut illic de circumciſione ſervorum agitur, ita pariter hoc loco; aut dicam ſicut illic de circumciſione maſculorum agitur, ita pariter hoc loco; verba R. Iſmaelis. R. Jonathan dicit; Circumciſio maſculorum non impediebat illum a comeſtione Paſchatis; Cur igitur dictum eſt; *Circumcidetur ipſi omne maſculinum ejus?* Quia ſi obſervare deberet duo præcepta, præceptum Paſchatis, & præceptum circumciſionis, ignorabam, quodnam præcederet; Quando vero dicit; *Circumcidetur ipſi omne maſculinum ejus;* Præcedat præceptum circumciſionis præceptum Paſchatis. R. Nathan dicit; Non erat neceſſe, ut diceretur; *Circumcidetur ipſi omne maſculinum ejus;* niſi ad includendum ſervum, qui ante ſuum dominum ſe contuliſſet ad lavacrum, quod libertate donetur. Narratur hiſtoria de Chaloria; De ejus ancillis pars ante eam ſe contulit ad lavacrum, & pars poſt eam; Conſulti ſunt ſapientes, & dixerunt; quæ ante illam laverunt, liberæ ſunt, quæ poſt illam, erunt ancillæ; tamen voluerunt illi miniſtrare uſque ad diem ſuæ mortis.

Omnis incircumciſus non comedet de eo; Cur dictum eſt? Cum jam dictum ſit; *Omnis alienigena non comedet de eo.* At Iſraelitam incircumciſum ego crederem potuiſſe comedere de ſacrificio Paſchali? Idcirco dictum eſt; *Omnis incircumciſus non comedet de eo.*

Lex una erit civi. Cur dictum eſt? Cum jam dictum ſit; *& erit ſicut civis terræ;* Cur igitur dictum eſt; *Lex una erit civi?* Quia dictum eſt; *Et quando peregrinabitur tecum peregrinus;* non probo niſi de ſacrificio Paſchali, in quo æquiparatur peregrinus civi, in reliquis omnibus præceptis legis, unde probatur? Ex eo quod dictum eſt; *Lex una erit civi.* Venit textus ad æquiparandum peregrinum civi in omnibus præceptis legis.

SECTIO XVI.

Et locutus eſt Dominus ad Moſen ſanctifica mihi omne primogenitum. Eſt unus ex tredecim modis, quibus lex ex-

נדרשת בהם. בכלל שהוא צריך לפורטו פרט שהוא צריך לכללו. קדש לי כל בכור פטר רחם וגו׳ כלל אחד זכרים ואחד נקבות. כל הבכור אשר יולד וגו׳. פרט יצאו נקבות ממשמע אני אקרא את הכלל. מה תלמוד לומר את הפרט שאם אני קורא את הכלל אבל לא את הפרט שומע אני כל שיולד ראשון בין זכר בין נקבה יהיה בכור תלמוד לומר כל הבכור זכרים אבל לא נקבות. אני אקרא את הפרט. מה תלמוד לומר את הכלל. אם קורא אני את הפרט ולא את הכלל שומעני כל שהוא זכר בין שהוא פותח רחם ובין שאינו פותח רחם יהיה בכור תלמוד לומר קדש לי כל בכור עד שיהא זכר ופותח רחם לקיים מה שנאמר כל פטר רחם לי וכל מקנך תזכר באדם ובבהמה את שיש לו באדם יש לו בבהמה יצאו הלוים שאין להם באדם אין להם בבהמה. דבר אחר הקיש בכור אדם לבכור בהמה ובכור בהמה לבכור אדם מה הבהמה הנפלים פוטרים בו הבכורה אף האדם הנפלים פוטרים בו את הבכורה. ומה בכור אדם אתה רשאי ליתנו לו בכל מקום שירצה אף בכור בהמה אתה רשאי ליתנו לו בכל מקום שירצה לפי שהוא אומר והבאתם שמה עולותיכם וזבחיכם שומע אני אפילו הוא במקום רחוק יהיה עליו חובה להביאו לבית הבחירה תלמוד לומר באדם ובבהמה הקיש בכור אדם לבכור בהמה מה בכור אדם נותנו לכהן בכל מקום שירצה אף בכור בהמה נותנו לכהן בכל מקום שירצה ומה בכור אדם מטפל לו שלשים יום אף בכור בהמה מטפל לו שלשים יום. לי הוא. למה נאמר לפי שהוא אומר הזכר תקדיש הקדישו שתקבל שכר או אם הקדישו

explicatur, generali, quod opus habeat particulari, & particulari, quod opus habeat generali. *Sanctifica mihi omne primogenitum, aperturam omnis vulvæ &c.* generale, tam mares, quam fœminas: *Omne primogenitum, quod nascetur &c. Deut.* XV. particulare; ex sensu literali excluduntur fœminæ. Cum legissem generale, cur dicendum erat particulare? Quia si legissem tantum generale, & non particulare, crederem, quod omne, quod primum natum esset, sive esset masculum, sive fœmina, fuisse primogenitum? Idcirco dictum est *Deut.* l. c. *Omne primogenitum &c.* Mares, non fœminæ. Ego legam particulare, quid legendum erat generale? Si legissem particulare, & non generale, ego crederem omne masculinum, sive aperiret, sive non aperiret vulvam, fuisse primogenitum? Idcirco dictum est. *Sanctifica mihi omne primogenitum &c.* Ut sit masculum, ut aperiat vulvam; ut confirmetur quod dictum est *Exod.* XXXIV. *Omnem aperturam vulvæ, & omne de tuis armentis masculum. In homine & in bestia;* Qui debet pro homine, debet etiam pro bestia, excluduntur Levitæ, qui cum non teneantur pro homine, non tenentur pro bestia. Alia expositio. Æquiparetur primogenitum hominis primogenito bestiæ, & primogenitum bestiæ primogenito hominis, sicut in bestia abortus liberat a primogenitura, ita pariter in homine; Sicut primogenitum hominis potes dare sacerdoti in quo tibi libuerit loco, ita pariter primogenitum bestiæ in quo loco tibi libuerit, poteris dare sacerdoti. Cur dictum est *Deut.* XII. *Et adducetis illuc holocausta vestra, & sacrificia vestra &c. & primogenita?* Ego crederem, vel si longius abesset, adducere deberet ad domum electam? Idcirco dictum est; *De homine, & de bestia:* Æquiparatur primogenitum hominis primogenito bestiæ, sicut primogenitum hominis dat sacerdoti in quo libuerit loco, ita pariter primogenitum bestiæ in quo libuerit loco, dare poterit sacerdoti; & sicut alere debet primogenitum hominis triginta diebus, ita pariter alere debet primogenitum bestiæ triginta diebus. *Meum est illud;* cur dictum est? Quia dictum est *Deuter.* XV. *Masculum sanctificabis.* Sanctifica, ut mercedem recipias; Ego crederem, si sanctificasset, fuisse sanctum, si minus, non fuisse sanctum? Idcirco dictum est; *Meum est illud;* omnimode; Cur igitur dictum est: *Sanctificabis masculum?* sanctifica, ut recipias mercedem. Huic simile tu deprehen-

מקודש. ואם לא הקדישו אינו מקודש תלמוד לומר לי הוא. מכל מקום. הא מה תלמוד לומר הזכר תקדיש הקדישו לקבל שכר. כיוצא בואתה תצוה אומר וביער עליה הכהן. למה נאמר והלא כבר נאמר ולבנון אין די בער הא מה תלמוד לומר וביער עליה הכהן שתקבל שכר כיוצא בו ואת הכבש האחד למה נאמר והלא כבר נאמר וחייתו אין די עולה. והא מה תלמוד לומר את הכבש האחד. למה נאמר לקבל שכר. כיוצא בו ועשו לי מקדש. למה נאמר והלא כבר נאמר את השמים ואת הארץ אני מלא. הא מה תלמוד לומר ועשו לי מקדש. כדי לקבל שכר על העשייה. כבר שבתו תלמידים ביבנה ולא שבת שם רבי יהושע וכשבאו תלמידיו אצלו אמר להם מה דברים היה לכם ביבנה אמרו לו אחריך רבי אמר להם ומי שבת שם אמרו לו רבי אלעזר בן עזריה. ולא חדש לכם דבר אמרו לו כלל זה דרש אתם נצבים היום כולכם טפכם נשיכם. וכי טף היה יודע להבין בין טוב לרע אלא ליתן שכר למביאיהם לרבות שכר עושי רצונו. לקיים מה שנאמר יהוה חפץ למען צדקו וגו׳ אמר להם אי זה דבר חדש יתר על זה הריני כבן שבעים שנה ולא זכיתי לדבר זה בלתי היום אשריך אברהם אבינו שאלעזר בן עזריה יצא מחלציך. אין הדור יתום. שרבי אלעזר בן עזריה שרוי בתוכו אמרו לו רבי עוד כלל זה דרש לכן הנה ימים באים נאם יהוה לא יאמר עוד חי יהוה וגו׳ למה הדבר דומה לאחד שהיה מתאוה לבנים ונולדה לו בת נודר כחייה חזר ונולד לו בן. הניח הבת והיה נודר בחיי הבן. רבי שמעון בן יוחאי אומר למה הדבר דומה לאחד שהיה מהלך

hendis. *Et accendet super illa sacerdos ligna*. *Levit.* VI. 9. Cur dictum est? Atqui dictum est *Isai.* XL. 16. *Et Libanus non sufficiet ad succendendum*? Cur igitur dictum est; *Et accendet super illa sacerdos*? Ut recipiat mercedem. Huic simile dictum est *Num.* XXVIII. 4. *Et agnum unum facis*. Cur dictum est *Isai.* XL. 16. *Et animalia ejus non sufficient ad holocaustum*. Cur igitur dictum est; *Agnum unum facies*? Ut recipiat mercedem. Huic simile dictum est *Exod.* XXV. 8. *Et facient mihi sanctuarium*. Atqui dictum est *Jerem.* XXIII. *Cœlum & terram ego impleo*. Cur igitur dictum est. *Et facient mihi sanctuarium*? Ut propter opus recipiat mercedem. Jam sabbathum egerunt discipuli in Jabne, ne cum iis sabbathum celebrarit eo loco magister Rabi Jehosua; quando ejus discipuli ad eum venerunt, dixit illis, quid audistis in Jabne? Responderunt illi, post te Rabi. Dixit illis; quis illic sabbathum egit? Responderunt; R. Eleazar ben Azaria, & vobis nihil novi dixerit. Responderunt; Hunc textum exposuit. *Vos hic vos omne adstatis hodie; pueri & uxores vestræ. Deut.* XXIX. 10. Quid? Num pueri cognoscebant discrimen inter bonum & malum? Sed tantum fuit, ut daretur merces iis, qui deduxerunt; ad multiplicandam mercedem iis, qui faciunt ejus voluntatem; ad confirmandum quod dictum est *Isai.* XLII. 21. *Et Dominus voluit, ut sanctificaret eum &c.* Dixit illis; Quid hoc majus novi dicere potuit? Ego septuaginta circiter annos natus sum, & nunquam dignus fuit, qui hoc dicerem, nisi hodie; Et tu benedictus sis Abraham pater noster, quod Eleazar ben Azaria egressus sit de tuis lumbis; Non est orta hæc generatio, in qua natus est Eleazar ben Azaria. Illi dixerunt; Rabi, hunc textum etiam exposuit. *Ecce dies venient, dicit Dominus &c. Et non dicetur amplius; Vivat Dominus &c. Jerem.* XXIII. 5. Cuinam hoc est simile? Est simile illi, qui desiderat filios, & nascitur illi filia; vovet in ejus vita; iterum nascitur illi filius; deserit filiam, & vovet in vita filii. R. Simeon ben Jochai dicit; Cuinam hoc simile est? Est simile incedenti per viam, cui ocurrit lupus; salvatur, & narrat factum lupi; Ocurrit illi Leo, & salvatur, & narrat factum leonis. Huic simile exposuit. *Et vocavit nomen loci Beth-El. Genes.* XXVIII. 19. Abrogatum est primum nomen, & conservatum est secundum. Huic simile ex-

ברוך ופגע בו זאב ניצל והיה מספר מעשה זאב. פגע בו ארי וניצל הימנו הניח מעשה זאב והיה מספר מעשה ארי. כיוצא בו דרש ויקרא שם המקום בית ﭏ. עבר שם הראשון ונתקיים השני כיוצא בו דרש ולא יקרא עוד שמך אברם עבר שם הראשון ונתקיים השני. כיוצא בו דרש שרי אשתך עבר שם הראשון נתקיים השני כיוצא בו דרש ולא יקרא שמך עוד יעקב וגו׳ עבר הראשון נתקיים השני נתוסף לו יצחק לא נשתנה שמו שנקרא מפי הקדוש ברוך הוא ושלשה הם שנקראו מפי הקדוש ברוך הוא יצחק ושלמה ויאשיה. ויצחק מהו אומר אבל שרה אשתך יולדת לך בן וקראת שמו יצחק. בשלמה מהו אומר כי שלמה יהיה שמו. ביאשיהו מהו אומר הנה בן נולד לבית דוד יאשיה שמו וגו׳ ויש אומרים אף ישמעﭏ בגוים. מצינו שמותיהן של צדיקים ומעשיהם גלויים למקום עד שלא נוצרו שנאמר בטרם אצרך בבטן וגו׳ מצינו שמותיהן של צדיקים שמותיהן של רשעים מנין תלמוד לומר זורו רשעים מרחם וגו׳ ויאמר משה ﭏ העם וגו׳ אין לי ﭏא שמזכירים יציאת מצרים בימים בלילות מנין שנאמר למען תזכור את יום צאתך וגו׳. ימי חייך הימים כל ימי חייך הלילות כדברי בן זומא וחכמים אומרים ימי חייך בעולם הזה כל ימי חייך להביא לימות המשיח.

אמר להם בן זומא עתידים ישרﭏ שלא להזכיר יציאת מצרים לעתיד לבוא שנאמר לכן הנה ימים באים נאם יהוה לא יאמר עוד חי יהוה אשר העלה את ישראל ממצרים כי אם חי יהוה אשר העלה את ישרﭏ מארץ צפון רבי נתן אומר אשר העלה ואשר הביא שמזכירים יציאת מצרים לעתיד לבא ומנין שאומרים ברוך אתה יהוה ﭏהינו וﭏהי אבותינו ﭏהי אברהם ﭏהי יצחק וﭏהי יעקב שנאמר ויאמר עוד ﭏהים ﭏ משה כה תאמר ﭏ בני ישרﭏ וגו׳

posuit; *Non ultra vocabitur nomen tuum Abraham*. *Genes*. XVII. 5. Abrogatum est primum nomen, & conservatum est secundum; Huic simile exposuit; *Et non vocabitur amplius nomen ejus Sarai, sed Sara &c.* Ibid. vers. 15. Abrogatum est primum, & conservatum est secundum. Huic simile exposuit; *Et non vocabitur amplius nomen tuum Jacob &c.* Ibid. XXXII. 28. Abrogatum est primum, & conservatum est secundum. Et addidit; Non fuit mutatum nomen Isaach, qui sic appellatus fuit ab ore Dei; Tres vero fuerunt, qui nominati sunt ab ore Dei Isaach, Salomon, & Josias; De Isaach quid dictum est? *Sara uxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Isaach*. *Genes*. XVII. 19. De Salomone quid dictum est? *Quod Salomon erit nomen ejus*. I. *Par*. XXII. De Josia quid dictum est? *Ecce filius natus est domui David, Josia ejus nomen*. I. *Reg*. XIII. 2. Et nonnulli dicunt etiam Ismael inter gentiles; Invenimus nomina justorum & eorum opera manifesta Deo, priusquam crearentur; dictum est enim *Jerem*. I. 3. *Priusquam te formarem in utero, novi te*; Invenimus nomina justorum, de nominibus impiorum unde probatur? Ex eo quod dictum est *Psal*. LVIII. 4. *Dispersi sunt impii ab utero &c. Et locutus est Dominus ad populum &c.* Non probo commemorandum esse exitum ab Ægypto nisi interdiu, noctu unde probatur? Ex eo quod dictum est *Deut*. XVI. 3. *Ut memineris diei egressionis tuæ &c. omnibus diebus vitæ tuæ*; diebus; *diebus vitæ tuæ*; noctibus, juxta verba ben Zoma. At sapientes dicunt; *diebus vitæ tuæ*; in hoc seculo; *omnibus diebus vitæ tuæ*; ad includendum seculum Messiæ.

Dixit illis. Ben Zoma; Non sunt commemoraturi Israelitæ exitum Ægypti diebus futuris; dictum est enim *Jerem*. XVI. 14. *Propterea ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur ultra; vivat Dominus; qui fecit adscendere filios Israel de Ægypto; sed solum; vivat Dominus, qui fecit adscendere filios Israel de terra Aquilonis*. R. Nathan dicit; *qui fecit adscendere, & qui duxit*; quod sit memorandus exitus ab Ægypto tempore futuro; & unde probatur, quod dicetur; Benedictus tu Domine, Deus noster, & Deus patrum nostrorum, Deus Abraham, Deus Isaach, & Deus Jacob? Ex eo quod dictum est *Exod*. III. 15. *Dixitque iterum Deus ad Mosen: Sic dices filiis Israel &c.* Et unde probatur benedicendum esse super cibo?

Ex

ומנין שאין מברכין על המזון שנאמר
ואכלת ושבעת וברכת זו ברכה ראשונה.
על הארץ זו ברכה שנייה. הטובה זו
ירושלם שנאמר ההר הטוב הזה והלבנון
אשר נתן לך שנמלם כל טוב. רבי חייא
בר נחמני אמר משום רבי ישמעאל הרי
הוא אומר ואכלת ושבעת מה זה מחוסר
אשר נתן לך. בין מדה טובה למדה
פורענות אין לי אלא ברכת המזון שהוא
טעון ברכה לאחריו. לפניו מנין היה רבי
ישמעאל אומר קל וחומר מה בשאכל לשובע
טעון ברכה כשהוא תאב לא כל שכן:
רבי נתן אומר הרי הוא אומר כבואכם את
העיר כן תמצאון אותו בטרם יעלה הבמתה
לאכול כי לא יאכלו העם עד בואו כי
הוא יברך הזבח וגו׳. רבי יצחק אומר
ועבדתם את יהוה וברך את לחמך ואת
מימיך. אימתי הוא לחמך עד שלא
אכלתו. אין לי אלא אכילת מזון שטעון
ברכה לפניו ולאחריו. תורה מנין רבי
ישמעאל אומר קל וחומר ומה אם מזון
שהוא חיי שעה טעון ברכה לפניו ולאחריו.
תורה שיש בה עולם הבא. דין הוא
שתטעון ברכה לפניה ולאחריה. רבי יהודה
בן בתירה אומר הרי הוא אומר ואכלת
ושבעת מה זה מחוסר טובה אלא זו תורה
דכתיב כי לקח טוב וגו׳ רבי חנינא בן
אחי רבי יהושע אומר כי שם יהוה אקרא
זה המברך. הבו גודל לאלהינו אלו העונים
אחריו. ומה הן הן עונין אחריו ברוך יהוה
המבורך לעולם. וכשהוא קורא בשמו יהו
עונין אחריו ברוך שם כבוד מלכותו לעולם
ועד. וכן גדלו ליהוה אתי ונרוממה שמו
יחדו. רבי אומר זכר צדיק לברכה כשהוא
מזכיר את הצדיק צדיק חי העולמים

Ex eo quod dictum est *Deut.* VIII. 10. *Et comedes, & satiaberis, & benedices:* Hæc est prima benedictio; *Super terra;* Hæc est secunda benedictio; *Bona.* Hæc est Hierusalem; dictum est enim Ibid. III. 25. *Et montem bonum, hic est Libanus. Quam dedit tibi;* Quod tibi retribuit omne bonum. R. Chjiah bar Nachmani dicit nomine R. Ismael; Ecce dictum est; *& comedes, & satiaberis;* Quid dicendum erat; *quam dedit tibi?* Ut sit benedicendum tam in bono, quam in malo. Non probo nisi quod benedicendum sit post cibum, ante cibum unde probatur? Dicit Rabi Ismael argumento a minori ad majus. Si quando comedit ad satietatem, debet benedicere, quando desiderat, nonne multo magis? R. Nathan dicit; Dictum est 1. *Sam.* IX. 13. *Quando venietis in urbem, sic invenietis, antequam adscendat in excelsum ad vescendum, quia non comedet populus, donec ille veniat, quia ipse benedicet sacrificio &c.* R. Isaach dicit; Dictum est *Exod.* XXIII. 25. *Et servietis Domino, & benedicet pani tuo, & aquis tuis.* Quandonam est tuus panis? Antequam comedas; Non probo nisi de cibo, quod sit benedicendum ante &, post; De lectione legis une probatur? R. Ismael dicit, argumento a minori ad majus; Si in cibo, qui est vita momentanea, benedicendum est ante & post, in lege, in qua est vita æterna, erit æquum, ut sit benedicendum ante & post. R. Jehuda ben Bethera dicit: Ecce dictum est; *Et comedes, & satiaberis;* Quid boni deest, ut dicat; *quam dedit tibi?* Sed hæc est lex; dictum est enim *Prov.* IV. 2. *Quia doctrinam bonam dedi vobis &c.* R. Chanina filius fratris Rabi Jehosua dicit: *Quia nomen Domini invocabo. Deut.* XXXII. 3. Hæc est benedictio. *Date magnificentiam Deo nostro;* Hi sunt, qui post illum respondent; Et quid post illum respondent? *Benedictus sit Dominus, benedictus sit in seculum, & in seculum seculi.* Quando benedicit nomine Dei, post illum respondebunt. Benedictum sit nomen honoris sui imperii in seculum, & in seculum seculi. Et similiter dictum est *Psal.* XXXIV. 4. *Magnificate Dominum mecum, & exaltemus simul nomen ejus.* Rabi dicit. *Memoria justi in benedictionem. Prov.* X. 7. Quando nominat justum, justum, & viventem per omnia secula; Dictum est enim *Psalm.* CXLV. *Justus est Dominus in omnibus viis ejus; In benedictionem; amen. Non comedatur fermentatum;* Ut consideretur tam qui dat ad co-

שנאמר צדיק יהוה בכל דרכיו וגו' לברכה אמן. לא יאכל חמץ. לעשות את המאכיל כאוכל. או אינו אלא לאסרו בהנאה כשהוא אומר לא תאכל עליו חמץ למדנו שאסור בהנאה. הא מה תלמוד לא יאכל חמץ לעשות את המאכיל כאוכל דברי רבי יאשיה. רבי יצחק אומר אינו צריך. ומה אם שרצים קלים עשה בהם את המאכיל כאוכל. חמץ שהוא חמור אינו דין שנעשה כזאת המאכיל כאוכל. הא מה תלמוד לומר לא יאכל חמץ לא בא הכתוב אלא לאסרו בהנאה רבי יוסי הגלילי אומר לא יאכל חמץ היום מגיד שלא אכלו ישראל מצה במצרים אלא יום אחד בלבד.

היום אתם יוצאים בחדש האביב שאין תלמוד לומר חדש האביב אלא חדש שהוא כשר. לא חמה קשה ולא גשמים וכן הוא אומר מושב יחידים ביתה מוציא אסירים בכושרות. שאין תלמוד לומר בכושרות מה תלמוד לומר בכושרות אלא חדש שהוא כשר לכם. לא חמה קשה ולא גשמים. רבי נתן אומר בכושרות אלו בוכים ואלו שוחקים שבמצרים בוכים שנאמר ומצרים מקברים וישראל משוררים שנאמר קול רנה וישועה באהלי צדיקים וגו' שהקדוש ברוך הוא מתרומם על מצרים. רבי נתן אומר בכושרות. במעשה הכשרות שלהם רבי אומר במראות הצובאות. רבי אלעזר בן עזריה אומר בזכות אברהם אבינו הוציאם ממצרים שנאמר כי זכר את דבר קדשו את אברהם עבדו ואומר ויוציא עמו בששון ברנה. רבי שמעון בן ייחאי אומר בזכות המילה הוציאם הקדוש ברוך הוא שנאמר ואעבור עליך ואראך מתבוססת בדמיך וגו' דבר אחר בזריזות עצמו יצאו ממצרים שנאמר וככה תאכלו אותו מתניכם חגורים וגו'.

comedendum, quam qui comedit; Aut dicam non esse dictum nisi, nisi ad interdictum, & ad usum; Quando vero dicit; *Non comedes super eo fermentatum*; Docemur usum esse interdictum. Cur igitur dictum est; *Non comedetur fermentatum*? Ut consideretur tam qui dat ad comedendum, quam qui comedit; verba R. Josia. R. Isaach dicit; Non est necesse; si enim in iis, quæ serpunt, quæ sunt levia, consideratur tam qui dat ad comedendum quam qui comedit, in fermentato quod est grave, non erit æquum, ut consideretur tam qui dat ad comedendum, quam qui comedit? Idcirco dictum est; *Non comedetur fermentatum*. Venit textus ad prohibendum usum. Rabi Jose Galilæus dicit; *Non comedetur fermentatum hodie*: Ostendit, quod non comederint in Ægypto Israelitæ azyma, nisi uno tantum die.

Hodie vos exitis in mense Abib. Quod non erat necesse ut diceretur; in mense Abib; sed mensis qui erat idoneus; Sol non erat molestus, neque pluviæ; Dictum est enim *Psal.* LXVIII. 7. *Qui facit habitare unicos in domo, & educit vinctos cum catenis*. Non dicendum erat, *cum catenis*; sed significat mensem, qui erat idoneus vobis; neque sol erat molestus, neque pluviæ. R. Nathan dicit; בכושרות, i. e. בכו שרות, hi flebant, & illi ridebant; Quod Ægyptii flerent, dictum est *Numer.* XXXIII. 4. *Et Ægyptii sepeliebant*; & Israelitæ cantabant; dictum est enim *Psal.* CXVIII. 16. *Vox cantici, & salutis in tabernaculis justorum, dextera Domini exaltata*. Quia Deus S. B. se exaltavit super Ægyptios. R. Nathan dicit בכושרות; propter opus bonarum fœminarum, quæ inter illos erant. Rabi dicit; speculis militantium. R. Eleazar ben Azaria dicit; propter meritum Abrahami patris nostri eduxit de Ægypto. Dictum est enim *Psalm.* CV. 42. *Quoniam memor fuit verbi sui sancti, quod habuit ad Abraham puerum suum &c.* Et posthæc dicit. *Et eduxit populum suum cum exultatione, & cantico &c.* R. Simeon ben Jochai dicit; propter meritum circumcisionis eduxit Deus S. B. dictum est enim *Ezech.* XVI. 6. *Transivi super te, & te vidi involutam in sanguinibus tuis &c.* Alia expositio; Festinanter exierunt Israelitæ de Ægypto; dictum est enim *Exod.* XII. *Quia in manu forti eduxit vos Dominus de terra Ægypti*. Alia expositio; Ipsi summa alacritate exierunt; dictum est enim Ibid. *Sic autem comedetis; renes vestros accingetis*. Alia expositio; *Qui facit habi-*

דבר אחר מושיב יחידים ביתה מוציא
אסירים בכושרות אך סוררים שכנו צחיחה
סוררים היו אלא שנוהג עמהם כהכשרות.
וכן הוא אומר ואומר אלהיכם איש שקוצי
עיניו השליכו ובגלולי מצרים אל תטמאו
ואומר לשפוך חמתי עליהם להפיצם
במדבר. ואמר וימרו בי ולא אבו לשמוע
לי איש שקוצי עיניו לא השליכו ואת
גלולי מצרים לא עזבו. ואעש למען שמי
לבלתי החל לעיני הגוים אשר המה בתוכם
אשר נודעתי אליהם לעיניהם להוציאם
מארץ מצרים אך סוררים היו אלא שנוהג
עמהם בהכשרות. היום אתם יוצאים שאין
תלמוד לומר בחדש האביב מגיד שהשנה
שיצאו ישראל ממצרים אינה צריכה לעבר.

פרשה יז

והיה כי יביאך יהוה אל ארץ הכנעני
בארץ שבעה עממים הכתוב מדבר אתה
אומר או אינו אלא בארץ חמשה עממין
הכתוב מדבר. אתה אומר. נאמר כאן
ביאה ונאמר לחלן ביאה מה להלן בארץ
חמשה עממין שהן שבעה במקום אחד
הכתוב מדבר אף כאן חמשה עממין שהן
שבעה הכתוב מדבר. רבי יוסי הגלילי
אומר אשר נשבע לאבותיך לתת לך למה
נאמר לפי שהוא אומר ולקחת מראשית
כל פרי האדמה שומע אני כל הפירות
במשמע הרי אתה דן נאמר כאן שבועה
ונאמר להלן שבועה מה להלן בארץ
חמשה עממים שהם שבעה במקום אחד
אף כאן בארץ חמשה עממין שהן שבעה
במקום אחד. רבי יאשיה אומר נאמר כאן
ארץ זבת חלב ודבש ונאמר להלן ארץ
זבת חלב ודבש. מה להלן בארץ חמשה
עממים שהן שבעה במקום אחד אף כאן
בארץ חמשה עממין שהן שבעה במקום
אחד. אשר נשבע לאבותיך. והיכן נשבע
לאבותיך. באברהם הוא אומר ביום ההוא
כרת יהוה את אברהם ברית. ביצחק מה
הוא אומר גור בארץ הזאת ביעקב הוא

ויהם את מחנה מצרים הממן ערבבן נטל סנניות שלחם ולא היו יודעים מה הם עושין. דבר אחר ויהם את מחנה מצרים. אין הממה אלא מגפה שנאמר והמם מהומה גדולה עד השמדם. ויסר את אופן מרכבותיו וינהגהו רבי יהודה אומר מחמת האש של מעלה נשרפו הגלגלים של מטה והיו מטות ומרכבות רצות ונכנסות בעל כרחן שהיו טעונות כלי כסף וכלי זהב ואבנים טובות ומרגליות כדי שיטלו ישראל את הבזה. רבי נחמיה אומר מקול רעם של מעלן נתזו צנורות מלמטן שנאמר קול רעמך כגלגל האירו ברקיו תבל והיו מוטות ומרכבות רצות מעצמן ונכנסות בעל כרחן. לשעבר היו הפרדות מושכות המרכבות ועכשיו מרכבות מושכות את הפרדות. וינהגהו בכבדות רבי יהודה אומר במדה שמדדו בה מדד להם דכתיב תכבד העבודה לכך נאמר וינהגהו בכבדות.

ויאמר מצרים אנוסה מפני ישראל הרשעים והטפשים שבהם היו אומרים מפני דווין וכסופים הללו אנו בורחין. הפקחים שבהם היו אומרים אנוסה מפני ישראל כי יהוה נלחם להם במצרים. אמרו מי שעשה להם נסים במצרים הוא עושה להם על הים נסים. רבי יוסי אומר מנין אתה אומר במכות שהיו לוקים אלו על הים כך היו אלו שבמצרים לוקין והיו רואין אלו את אלו לכך נאמר ויאמר מצרים אנוסה מפני ישראל כי יהוה נלחם להם במצרים ולא

benedicit Israeli, non benedicit nisi respiciendo; Dictum est enim *Deuter.* XXVI. 15. *Respice de habitaculo sanctitatis tuæ, de cœlo, & benedic populo tuo Israel*. Et quando punit Ægyptios, non punit nisi respiciendo. Dictum est enim: *& respexit Dominus in castra Ægyptiorum in columna ignis, & nubis, & perturbavit &c.* Quia columna descendebat, & reddebat quasi lutum, & columna ignis fervorem excitabat, & findebantur ungulæ equorum; masculus supra, & infra fœmina; dictum est enim *Judic.* V. 22. *Ungulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & præceps ruentibus fortissimis hostium.*

Et perturbavit castra Ægyptiorum; perturbatæ sunt eorum tubæ; sumebat eorum saccos; & nesciebant, quid facerent. Alia expositio: *Et perturbavit castra Ægyptiorum;* Non est המםה nisi conturbatio. Dictum est enim *Deut.* VII. 23. *Et conturbabit eos conturbatione magna, donec exterminentur*. *Et detraxit rotas currum ejus, deduxitque eum graviter*. R. Jehuda dicit; propter ignem superiorem combustæ sunt rotæ lecti; & lecti, & currus deferebantur, & violenter demergebantur, quia onusti erant vasis argenteis, & aureis, & lapidibus pretiosis, & margaritis, ut Israelitæ sunerent prædam. R. Nehemia dicit; a voce tonitrus superioris diffundebantur canales inferiores; dictum est enim *Psal.* LXXVII. 19. *Vox tonitrus tui in rota: Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ*. Et lecti & currus sponte decurrebant, & violenter demergebantur; olim equi attrahebant currus, & nunc currus attrahebant equos. *Deduxitque eum graviter*. R. Jehuda dicit; qua mensura metiti sunt, mensuratum est illis; Scriptum est enim *Exod.* v. 9. *Grave reddes opus*. Idcirco dictum est: *Deduxitque eum graviter*.

Et dixit Ægyptius; fugiam a conspectu Israel. Impii & fatui inter eos dicebant; Propter istos dolentes & viles nos fugimus. Prudentes inter eos dicebant: *Fugiam a conspectu Israel, quia Dominus belligerat pro eis in Ægypto*. Dixerunt; Qui fecit illis miracula in Ægypto, faciet quoque miracula super mare. Rabi Jose dicit; Unde tu dicis; quod iisdem plagis, quibus vapulabant super mare, vapularint in Ægypto, & inter se respexerint? Idcirco dictum est; *Et dixit Ægyptius; fugiam a conspectu Israel, quia Dominus belligerat pro eis in Ægypto*. Non solum in Ægypto, sed in omnibus, qui affligunt Israelitas in generationibus; dictum est enim

במצרים בלבד אלא בכל המצרין להם לישראל שנאמר ויך צריו אחור חרפת עולם נתן למו ואומר כמעט אויביהם אכניע ואומר לשבור אשור וגו׳. ואומר וסרה קנאת אפרים וצוררי יהודה יכרתו אפרים לא יקנא את יהודה ויהודה לא יצור את אפרים כך היא מדה מהלכת על פני הדורות שנאמר זאת העצה היעוצה על הארץ וזאת היד הנטויה לכל הגוים מפני מה כי יהוה צבאות יעץ ומי יפר וידו הנטויה מי ישיבנה: הא לא במצרים בלבד אלא בכל המצרים להם לדורות לכך נאמר כי יהוה נלחם להם במצרים.

פרשה ו

ויאמר יהוה אל משה נטה את ידך על הים אין הים עומד לנגדך ולא ישנה בדבורך וישובו המים על מצרים על רכבו ועל פרשיו יחזור עליהם הגלגל ויחזיר עליהם זדונם שבמחשבה שחשבו מצרים לאבד את ישראל בה אני דנן. הם חשבו לאבד את בני במים איני נפרע מהם אלא במים שנאמר בור כרה ויחפרהו ויפול בשחת יפעל. חופר גומץ בו יפול ופורץ גדר ישכנו נחש. מסיע אבנים יעצב בהם ובוקע עצים יסכן בם. ואומר ישוב עמלו בראשו. ואומר כורה שחת בו יפול וגו׳. וכן שלמה המלך עליו השלום אומר מפרי פי איש תשבע בטנו וגמול אדם ישיב לו. וכן ישעיה הנביא עליו השלום אומר כעל גמולות כעל ישלם חמה לצריו גמול לאויביו לאיים גמול ישלם. ואומר ומדותי פעולתם וגו׳. וכן ירמיה הנביא אומר גדול העצה ורב העליליה אשר עיניך פקוחות על כל דרכי בני אדם לתת לאיש כדרכיו וכפרי

Psal. LXXVIII. 66. *Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis.* Et dictum est Ibid. LXXXI. 15. *Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliarem.* Et similiter dictum est *Isai.* XIV. 25. *Ut conteram Assyriam &c.* Paritérque dictum est Ibid. XI. 13. *Et auferetur zelus Ephraim, & hostes Juda peribunt. Ephraim non æmulabitur Judam, & Judas non pugnabit contra Ephraim.* Sic erat conditio, qua procedat super faciem generationum; Dictum est enim *Isai.* XIV. 26. *Hoc consilium, quod cogitavi super omnem terram, & hæc est manus extensa super universas gentes: Dominus enim exercituum decrevit; quis poterit infirmare? Et manus ejus extensa, & quis avertet eam?* Ecce non solum in Ægypto, sed in omnibus, qui affligunt illos, sc. Israelitas, in generationibus. Idcirco dictum est: *Quia Dominus belligerat pro eis in Ægypto.*

SECTIO VI.

D*Ixitque Dominus ad Mose: Inclina manum tuam super mare.* Non consistet mare contra te, neque mutabitur a verbo tuo. *Ut revertantur aquæ super Ægyptios, super currus ejus, & super equites ejus;* Revertetur super illos rota, & revertetur super eos arrogantia, qua cogitando cogitarunt Ægyptii perdere Israelitas; In hoc ego illos judicabo; Illi cogitarunt perdere meos filios aquis; & ego non puniam illos nisi aquis. Dictum est enim *Psal.* VII. 16. *Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foveam, quam fecit.* Et similiter dictum est *Ecclesiast.* X. 8. *Qui fodit foveam, incidit in eam; & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides, affligetur in eis, & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.* Pariterque dictum est *Psal. Et convertetur dolor ejus in caput ejus.* Et similiter Salomon rex, super quo sit pax, dicit *Prov.* XII. 14. *De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis, & juxta opera manuum suarum retribuetur ei.* Pariterque *Isaia* Propheta, super quo sit pax, dicit LIX. 18. *Sicut ad vindicta quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis: insulis vicem reddet.* Et similiter *Jeremia* Propheta dicit XXXII. 19. *Magnus consilio & incomprehensibilis cogitatu, cujus oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddas unicuique secundum vias suas, & secundum fructum adinventionum ejus.* Et dictum

מעלליו. וכן הוא אומר השמיעו על בבל רבים כל דורכי קשת חנו עליה סביב אל יהי לה פליטה שלמו לה כפעלה ככל אשר עשתה עשו לה כי אל יהוה זדה ואל קדוש ישראל. וכן יתרו אמר למשה עתה ידעתי כי גדול יהוה מכל האלהים מכירו הייתי לשעבר ועכשיו ביותר שנתגדל שמו בעולם שבדבר שחשבו מצרים לאבד את ישראל בו בדבר נפרע מהם שנאמר כי בדבר אשר זדו עליהם:

ויט משה את ידו על הים וישב הים לפנות בקר לאיתנו אין איתנו אלא תקפו שנאמר איתן מושבך. רבי נתן אומר איתן לשון קשה שנאמר הנני מביא עליכם גוי ממרחק בית ישראל נאם יהוה גוי איתן הוא גוי מעולם הוא. ומצרים נסים לקראתו ללמדך שכל מקום ומקום שהיו מצרים נסים היה הים רץ כנגדו. משל למה הדבר דומה ליונה שברחה מבן נץ ונכנס לטרקלין של מלך פתח לה המלך חלון מזרחית יצאה היונה והלכה לה נכנס בן נץ אחריה נעל המלך אחריה את כל החלונות התחיל המלך מורה בו בחצים כך כשעלה האחרון שבישראל מן הים ירד ראשון שבמצרים לתוך הים התחילו מלאכי השרת לזרוק בהם חצים ואבני אלגביש אש ונפרית כענין שנאמר ונשפטתי אתו בדבר ובדם וגו׳ אמטיר עליו ועל אגפיו ועל עמים רבים אשר אתו:

וינער יהוה את מצרים כאדם שמנער את הקדרה התחתון שלה עומד למעלה ועליון יורד למטה. דבר אחר וינער יהוה את מצרים נתן להם כח נערות כדי לקבל את הפורענות. דבר אחר וינער יהוה את מצרים. מסרם בידי מלאכים נערים ובידי מלאכים אכזרים שנאמר ומלאך אכזרי אשלח בם ואומר תמות בנוער נפשם וגו׳. וישובו המים ויכסו את הרכב אף לפרעה דברי רבי יהודה שנאמר מרכבות פרעה וחילו וגו׳ רבי נחמיה אומר חוץ

est ibid. L. 29. *Annunciate in Babylonem plurimis, omnibus qui tendunt arcum; consistite adversus eam per gyrum; & nullus evadat: reddite ei secundum opus suum; juxta omnia quæ fecit, facite illi, quia contra Dominum erecta est, adversus sanctum Israel.* Et sic Jethro dixit ad Mosen *Exod.* XVIII. 11. *Nunc cognovi, quia magnus Dominus super omnes Deos;* Notus mihi erat olim, at nunc magis notus, quia magnificavit nomen suum in mundo; qui ipsa re, qua cogitarunt Ægyptii perdere Israelitas, perdidit illos; Dictum est enim Ibid. *Qua in re impie egerunt contra illos.*

Et inclinavit Mose manum suam super mare, reversumque est mare, tempore auroræ ad fortitudinem suam. Non est איתנו nisi fortitudo; Dictum est enim *Num.* XXIV. 22. *Usque dum captivum ducat te.* R. Nathan dicit; איתן non significat nisi robur; Dictum est enim *Jerem.* V. 15. *Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo, domus Israel, ait Dominus, gentem robustam, gentem antiquam. At Ægyptii fugiebant in occursum ejus;* ut doceare, quod quocunque fugerent Ægyptii, mare decurreret contra illos. Cuinam est simile? simile est columbæ, quæ fugiat a filio accipitris, & ingrediatur in triclinium regis; aperit illi rex fenestram orientalem; egreditur columba, & abit, ingreditur filius accipitris post eam, & claudit post eam rex omnes fenestras; incipit rex illam sagittis appetere. Sic quando novissimus ex Israele adscendit de mari, descendit primus de Ægyptiis in mare; inceperunt Angeli ministerii spargere contra illos sagittas, & lapides, grandinem, ignem, & sulphur; sicuti dictum est *Ezech.* XXXVIII. 22. *Et judicabo eum peste & sanguine &c. Pluam super eum, & super exercitum ejus, & super populos multos, qui sunt cum eo.*

Et excussit Dominus Ægyptios. Sicut homo qui excutit ollam; ejus inferior pars adscendit supra, & superior infra descendit. Alia expositio: *& excussit Dominus Ægyptios.* Dedit illis facultatem se ultro citroque commovendi, ut reciperent pœnas. Alia expositio: *& excussit Dominus Ægyptios.* Tradidit in manus Angelorum juvenum, & in manus Angelorum crudelium; Dictum est enim *Prov.* XVII. 11. *Angelus autem crudelis mittetur contra eum;* Pariterque dictum est *Job* XXXVI. 14. *Morietur in pueritia anima eorum. Et revertentes aquæ operuerunt currum;* etiam Pharaonis; verba R. Jehuda; dictum est enim;

Cur-

מפרעה עליו הכתוב אומר בעבור זאת העמדתיך. ויש אומרים באחרונה ירד פרעה וטבע שנאמר כי בא סוס פרעה ברכבו ובפרשיו בים וישב יהוה עליהם את מי הים והיו מלאכי השרת תמהים לומר בני אדם עובדים עבודה זרה מהלכין בים ביבשה בתוך הים ומניין שאף הים נתמלא עליהם חמה שנאמר והמים להם חומה אל תקרי חומה אלא חמה. מי גרם להם לישראל להנצל. מימינם ומשמאלם. מימינם בזכות התורה שעתידין לקבל שנאמר מימינו אש דת למו. ומשמאלם זו תפלה. דבר אחר מימינם ומשמאלם. מימינם זו מזוזה שעתידין ישרﭏ לעשות. ומשמאלם זו תפילין דרש פפוס לססתי ברכבי פרעה רכב פרעה על סוס זכר כביכול נגלה הקדוש ברוך הוא על סוס זכר שנאמר דרכת בים סוסיך וגו׳ רכב פרעה על סוס נקבה שיכולה לסבול טורח הדרך ולרוץ אורח יותר מזכר כביכול נגלה הקדוש ברוך הוא על סוס נקבה שנאמר לסוסתי ברכבי פרעה אמר לו רבי עקיבא דייך פפוס אמר לו ומה אתה מקיים לסוסתי ברכבי פרעה. לסוסתי כתיב אמר הקדוש ברוך הוא כשם ששׂשתי על המצרים לאבדם כך כמעט ששתי על ישרﭏ לאבדם ומי גרם להם שינצלו מימינם ומשמאלם. דרש פפוס והוא כאחד ומי ישיבנו ונפשו אותה ויעש. דן יחידי לכל באי העולם ואין מי ישיב על דבריו אמר לו רבי עקיבא דייך פפוס אמר רבי פפוס ומה אתה מקיים והוא באחד ומי ישיבנו אמר ליה אין להשיב על דברי מי שאמר והיה העולם ﭏ דן הכל באמת והכל בדין דרש רבי פפוס הן האדם היה כאחד ממנו כאחד ממלאכי השרת. אמר רבי עקיבא דייך פפוס אמר ליה פפוס ומה

Currus Pharaonis & exercitum ejus &c. R. Nehemia dicit; excepto curru Pharaonis; De illo dicit textus: *Propter hoc constitui te.* Et alii dicunt; novissimus descendit Pharao, & demersus est; dictum est enim: *Quoniam ingressi sunt equi Pharaonis cum curribus ejus & equitibus ejus in mare, & redire fecit Dominus super eos aquas maris.* Angeli ministerii mirabantur, dicendo: Filii hominis, qui ministrarunt ministerium Idololatriæ, incedunt per mare in arida in medio maris: Et unde probatur, quod etiam mare repletum fuerit æstu contra illos? Dictum est enim: *& aquæ illis erunt murus.* Ne dicas חומה, sed חמה sc. æstus. Quæ causa fuit, ut salvaretur Israel? *A dextra ipsorum, & a sinistra ipsorum. A dextra ipsorum;* propter meritum legis, quam erant accepturi; dictum est enim *Deut.* XXXIII. 2. *A dextra sua de medio ignis legem dedit eis. Et a sinistra ipsorum.* Hæc est oratio. Alia expositio: *A dextra ipsorum, & a sinistra ipsorum. A dextra ipsorum;* hæc est Mesusa; quam facturi erant Israelitæ. *Et a sinistra ipsorum.* Hæc sunt Thephilin. Exponit Pappus illud *Cantic.* I. 8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis.* Equitavit Pharao super equo masculo; Ex textu constat, quod Deus S. B. apparuerit super equo masculo; Dictum est enim *Habac.* III. 15. *Viam fecisti in mari equis tuis.* Equitavit Pharao super equa, ut posset perferre laborem itineris, & discurrere viam velocius quam masculus; ex textu constat, quod apparuerit Deus S. B. super equa; Dictum est enim. *Equitatui meo in curribus Pharaonis.* Dixit illi R. Akiba; Satis sit tibi Pappe; Dixit illi; Quomodo tu explicabis לסוסתי *in curribus Pharaonis?* לססתי scriptum est: Dixit Deus S. B. sicut jubilavi contra Ægyptios, ut eos perderem, sic parum absuit, quin jubilarem contra Israelitas, ut illos perderem. Et quæ fuit causa, ut salvarentur? *A dextra ipsorum, & a sinistra ipsorum.* Exposuit Pappus illud quod dictum est *Job* XXXIII. 13. *Ipse enim solus est, & quis avertere potest cogitationem ejus? & anima ejus quodcunque voluit, hoc fecit.* Judicium peculiare omnibus, qui veniunt in mundum; & nemo est, qui possit respondere ejus verbis. Respondit illi R. Akiba. Satis sit tibi Pappe. Dixit R. Pappus; quomodo tu explicabis; *Ipse enim solus est, & quis avertere potest?* Respondit illi; nemo est qui possit respondere verbis illius, qui dicit; Et fuit mundus: Sed omne judicat in ve-

אתה מקיים הן האדם היה כאחד ממנו
אלא הקדוש ברוך הוא נותן לפניו שני
דרכים אחד של מות ואחד של חיים ובחר
לו דרך המות. דרש רבי פפוס וימירו את
כבודם בתבנית שור אוכל עשב. שומע אני
בשור של מעלה תלמוד לומר אוכל עשב
אמר לו רבי עקיבא דייך פפוס . אמר לו
מה אתה מקיים וימירו את כבודם בתבנית
שור אוכל עשב כשור של מטה יכול בשור
של ימות השנה תלמוד לומר אוכל עשב.
אין לך מנוול ומשוקץ יותר מן השור בשעה
שהיא אוכל עשב.

ויושע יהוה ביום ההוא כצפור שהוא
נתונה ביד אדם שאם יכבוש ידו מעט הוא
חונקה שנאמר הפח נשבר ואנחנו נמלטנו
ואומר עזרנו בשם יהוה עושה שמים וארץ
ברוך יהוה שלא נתננו טרף וגו' והאדם
שהוא שומט את העובר ממעי הפרה
שנאמר או הנסה אלהים לבא לקחת לו
גוי מקרב גוי שאין תלמוד לומר לו גוי
מקרב גוי אלא כאדם שהוא שומט את
העובר ממעי הפרה ואומר ואתכם לקח
יהוה ויוציא אתכם מכור הברזל וגו'. וירא
ישראל את מצרים מת על שפת הים. מפני
ארבע דברים ראו ישראל את המצרים מתים
כדי שלא יהו אומרים כשם שעלינו מן
הים מצד זה כך המצרים עלו מן הים
מצד אחר. וכדי שלא יהו אומרים המצריים
כשם שאברנו בים כך אבדו ישראל בים.
וכדי שיקחו את ישראל הבזה שהיו המצרים
טעונים כסף וזהב ואבנים טובות ומרגליות
וכדי שיהיו ישראל נותנים עיניהם בהם
ומכירים אותם מתים ומוכיחין בהם שנאמר
אוכיחך ואערכה לפניך. ותרא אויבתי
ותכסה בושה כתיב מת על שפת הים כי

veritate, & omnia in justitia. Exposuit R. Pappus. *En Adam quasi unus ex nobis. Genes.* III. 22. Quasi unus ex Angelis ministerii. Respondit R. Akiba; satis sit sibi Pappe. Dixit illi Pappus; Quomodo tu explicabis: *En Adam quasi unus ex nobis?* Hoc significat, quod Deus S. B. ostenderit illi duas vias, alteram mortis, & alteram vitæ, & elegit sibi viam mortis. Exposuit R. Pappus. *Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis herbam. Psal.* CVI. Crederem bovem superiorem? Idcirco dictum est; *comedentis herbam.* Respondit illi R. Akiba: Satis tibi sit Pappe: Dixit illi; quomodo tu explicabis; *Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis herbam?* De bove inferiori. Crederem de bove dierum anni? Idcirco dictum est: *comedentis herbam.* Non est tibi inquinatius, & detestabilius bove comedente herbam.

Et liberavit Dominus eo die Israel. Sicut avis, quæ posita sit in manu hominis, si parum comprimat manum suam, strangulatur; dictum est enim *Psal.* CXXIV. 7. *Laqueus contritus est & nos liberati sumus.* Et dictum est Ibid. *Adjutorium nostrum in nomine Domini qui fecit cœlum & terram. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum &c.* Sicut homo qui excidit fœtum de utero vaccæ. Dictum est enim *Deut.* IV. 34. *Vel an miraculum fecerit Deus, veniendo ad capiendum sibi gentem de medio gentis?* Neque necesse erat ut diceretur; *sibi gentem de medio gentis;* sed sicut homo, qui excidit fœtum de utero vaccæ. Et dictum est ibid. vers. 20. *Vos autem tulit Dominus, eduxitque vos de fornace ferrea &c. Viditque Israel Ægyptios mortuos super littus maris.* Propter quatuor res viderunt Israelitæ mortuos Ægyptios; ut dicerent; Sicut nos ex hoc latere de mari adscendimus, ita pariter ex illo latere Ægyptii de mari adscenderunt; & ne dicerent Ægyptii; sicut nos in mari periimus, ita pariter in mari perierunt Israelitæ; atque ut Israelitæ caperent prædam; quia Ægyptii onusti erant argento, & auro, & lapidibus pretiosiis, & margaritis; atque ut Israelitæ converterent oculos suos in illos, & scirent illos esse mortuos, & de illis arguerent; Dictum est enim *Psal.* L. 21. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Et aspiciet inimica mea & operietur confusione. Mich.* VII. 10. Scriptum est, *mortuos super litus maris.* Quid? num erant mortui? Sed erant mor-

מתים היו אלא מתים ולא מתים כענין
שנאמר ויחי בצאת נפשה כי מתה וכי
מתה היתה אלא מתה ולא מתה ותרא
אויבתי ותכסה בושה האומרה אלי איו יהוה
אלהיך עיני תראינה בה עתה תהיה למרמס
כטיט חוצות. דבר אחר וירא ישראל את
מצרים מת מיתות משונות מתות חמורות
זו מזו לפי שהביא עליהם במה מיתות.
בים רבי יוסי הגלילי אומר מנין שלקו
המצרים במצרים עשר מכות ועל הים לקו
חמשים מכות במצרים מה הוא אומר
ויאמרו החרטמים אל פרעה אצבע וגו׳ ועל
הים מהו אומר וירא ישראל את היד
הגדולה וגו׳ כמה לקו באצבע עשר מכות
אמור מעתה במצרים לקו עשר מכות ועל
הים לקו חמשים מכות רבי אלעזר אומר
מנין אתה אומר שכל מכה ומכה שלקו
המצרים במצרים היתה של ארבע מכות
וגו׳ רבי עקיבא אומר מנין אתה אומר
שכל מכה ומכה שלקו המצרים במצרים
היתה של חמש מכות ועל הים לקו מאתים
וחמשים מכות ויראו העם את יהוה לשעבר
במצרים לא היו יראים יהוה אבל כאן
ויראו העם את יהוה ויאמינו ביהוה ובמשה
עבדו. אם במשה האמינו קל וחומר ביהוה
בא זה ללמדך שכל מי שמאמין ברועה
נאמן כאלו מאמין במאמר מי שאמר והיה
העולם. כיוצא בדבר אתה אומר וידבר
העם באלהים ובמשה. אם באלהים דברו קל
וחומר במשה. אלא זה בא ללמדך שכל
מי שמדבר ברועה נאמן כאלו מדבר במי
שאמר והיה העולם. גדולה האמונה
שהאמינו ישראל במי שאמר והיה העולם
שבשכר שהאמינו ישראל ביהוה שרתה
עליהם רוח הקדש ויאמרו שירה שנאמר
ויאמינו ביהוה ובמשה עבדו. ונאמר אז
ישיר משה ובני ישראל וכן אתה מוצא שלא
ירש אברהם אבינו העולם הזה והעולם
הבא. אלא בזכות אמנה שהאמין ביהוה
שנאמר והאמין ביהוה ויחשבה לו צדקה.

אז ישיר משה ובני ישראל רבי נחמיה
אומר כל המקבל עליו מצוה אחת באמנה
כדאי הוא שתשרה עליו רוח הקודש שכן

mortui, & non mortui; sicuti dictum est *Genes.* xxxv. 18. *Et fuit, egrediente anima, quia mortua est.* Quid num erat mortua? Sed erat mortua, & non mortua: *Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione; quæ dicit ad me; ubi est Dominus Deus tuus? Oculi mei videbant in eam; nunc erit in conculcationem; ut lutum platearum.* Alia expositio. *Viditque Israel Ægyptios mortuos super litus maris;* mortibus variis, mortibus inter se gravissimis; quia adduxit super eos varia genera mortum in mari. R. Jose Galilæus dicit; unde probatur, quod Ægyptii percussi fuerint in Ægypto decem plagis, & super mare quinquaginta? Ex eo quod dictum est *Exod.* VIII. 19. *Et dixerunt harioli ad Pharaonem: digitus &c.* Et super mare quid dictum est? *Et vidit Israel manum magnam. &c.* Quot plagis percussi sunt in digito? decem; dic nunc, quod in Ægypto percussi fuerint decem plagis, & super mare, quinquaginta. R. Eliezer dicit; unde tu dicis, quod unaquæque plaga, quibus in Ægypto percussi fuerunt Ægyptii, continuerit quatuor plagas? &c. Rabi Akiba dicit; unde tu dicis, quod unaquæque plaga, qua in Ægypto percussi sunt Ægyptii, continuerit quinque plagas, & super mare percussi fuerint ducentum & quinquaginta plagis? *Et timuerunt populus Dominum.* Olim in Ægypto non timuerunt Dominum; Sed hoc loco; *Et timuerunt populus Dominum; & crediderunt in Domino, & in Mose servo ejus.* Si in Mose crediderunt, multo magis in Domino. Hoc venit ad te docendum, quod qui credit pastori bono, quasi credat illi, qui dixit, & fuit mundus. Magna est fides, qua crediderunt Israelitæ illi, qui dixit, & fuit mundus; postquam crediderunt Israelitæ in Domino, habitavit super illis Spiritus sanctus, & dixerunt canticum; dictum est enim: *Et crediderunt in Domino, & in Mose servo ejus.* Et dictum est: *Tunc cecinit Mose, & filii Israel;* Et similiter tu deprehendis; quod non hæreditaverit Abraham pater noster hunc mundum, & mundum futurum, nisi propter meritum fidei, qua credidit in Domino; Dictum est enim *Genes.* xv. 6. *Et credidit in Domino, & imputavit illud ei justitiam.*

Tunc cecinit Mose, & filii Israel. R. Nehemia dicit; qui recipit super se unum præceptum certa fide, habitat super eo Spiritus sanctus; quod deprehenditur in patribus nostris, quia post-

quam

מצינו באבותינו שבשכר שהאמינו אבותינו ביהוה זכו ושרתה עליהם רוח הקדש ואמרו שירה שנאמר ויאמינו ביהוה ובמשה עבדו. ונאמר אז ישיר משה ובני ישרﭏ וכן אתה מוצא שלא ירש אברהם אבינו העולם הזה והעולם הבא ﭏא בזכות אמנה שהאמין ביהוה שנאמר והאמין ביהוה ויחשבה לו צדקה שכן מצינו במשה ובדוד ובדבורה שאמרו שירה ושרת עליהם רוח הקדש. וכן אתה מוצא שלא נגאלו ישרﭏ ממצרים ﭏא בשכר האמנה שנאמר ויאמן העם וכן הוא אומר אמונים נוצר יהוה מזכיר אמונות אבות. ואהרן וחור תמכו בידם. זה השער ליהוה צדיקים יבואו בו בבעלי אמנה מהו אומר ויבא גוי צדיק שומר אמונים. שער זה כל בעלי אמונה נכנסין בו. טוב להודות ליהוה ולזמר לשמך עליון להגיד בבקר חסדך ואמונתך בלילות עלי עשור ועלי נבל עלי הגיון בכנור כי שמחתני יהוה בפעליך במעשה ידך ארנן מי גרם לבא לידי שמחה זו שכר אמנה שהאמינו אבותינו בעולם הזה שכלו לילה שכך נאמר להגיד בבקר חסדך ואמונתך בלילות. וכן יהושפט וישכימו בבקר ויצאו ﭏ מדבר תקוע ובצאתם עמד יהושפט ויאמר שמעוני יהודה ויושבי ירושלם האמינו ביהוה ﭏהיכם ותאמנו האמינו בנביאיו והצליחו. וכתיב עיניך הלא לאמונה וצדיק באמונתו יחיה. וכתיב חדשים לבקרים רבה אמונתך וכן אתה מוצא שאין הגליות מתכנסות ﭏא בשכר אמנה שנאמר אתי מלבנון כלה אתי מלבנון תבואי תשורי מראש וגו׳ וארשתיך לי לעולם וארשתיך לי באמונה הא גדולה אמונה לפני הקדוש ברוך הוא שבשכר אמונה שרתה עליהם רוח הקודש ואמרו שירה. ויאמינו ביהוה

quam crediderunt patres nostri in Domino, digni habiti sunt, ut super illis habitaret Spiritus sanctus; dictum est enim: *Et crediderunt in Domino, & in Mose servo ejus*. Et dictum est: *Tunc cecinit Mose, & filii Israel*; Et similiter dictum est, quod non hæreditaverit Abraham pater noster hunc mundum, & mundum futurum, nisi propter meritum fidei, qua credidit in Domino; dictum est enim *Genes.* xv. 6. *Et credidit in Domino, & imputavit illud ei justitiam*. Et sic deprehendimus in Mose, & in Davide, & in Debora, quod dixerint canticum, & habitaverit super illis Spiritus sanctus. Et sic tu deprehendis, quod non sint liberati Israelitæ ex Ægypto, nisi propter mercedem fidei; dictum est enim; *& credidit populus*; & similiter dictum est *Psalm.* xxxi. 24. *Fideles custodit Dominus*. Commemoratur fides patrum. Et dictum est *Exod.* xvii. 12. *Aharon autem & Hur sustentabant manus ejus*. Et similiter dictum est *Psal.* cxviii. 20. *Hæc porta Domini; justi intrabunt in eam*. De credentibus quid dictum est? *Et ingredietur gens justa custodiens fidem*. *Isai.* xxvi. 2. In hanc portam omnes credentes ingrediuntur. *Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo, Altissime: Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & fidem tuam per noctes; In decachordo psalterio, cum cantico in cithara; quia delectasti me, Domine, in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo*. *Psal.* xci. 1. Quæ causa fuit, ut lætaretur? Hæc est merces fidei, qua in hoc mundo crediderunt patres nostri; qua confiderunt in nocte; quod ita dictum est: *Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & fidem tuam per noctes*. Et similiter Josaphath, uti dictum est 2. *Paral.* xx. 20. *Cumque mane surrexissent, egressi sunt per desertum Thecue, profectisque eis stans Josaphat in medio eorum, dixit: Audite me, viri Juda, & omnes habitatores Hierusalem: Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis, credite prophetis ejus, & prosperabimini*. Et præterea scriptum est *Jerem.* v. 3. *Domine, oculi tui respiciunt fidem*. Et *Habac.* ii. 4. *Justus autem in fide vivit*. Pariterque scriptum est *Thren.* iii. 23. *Novi diluculo; multa est fides tua*. Et sic tu deprehendes, quod apparitiones non veniant nisi propter mercedem fidei: Dictum est enim *Cantic.* iv. 8. *Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis de capite &c. Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in fide*.

quam

ובמשה עבדו. אז ישיר משה ובני ישראל את השירה הזאת ליהוה ויאמינו ביהוה ובמשה עבדו וכן הוא אומר ויאמינו בדבריו ישירו תהלתו.

חסלת מסכתא לאלהא תושבחתא

פרשת השירה

אז ישיר משה. אז ישיר ישראל לשעבר ויש אומרים לעתיד לבא. אז הוחל. אז אמר. אז ישיר ישראל. אז ידבר יהושע. אז אמר דוד. אז אמר שלמה הרי אלו לשעבר. אז לעתיד לבא אז תראי ונהרת. אז יבקע כשחר. אז ידלג כאיל פסח. אז תפקחנה. אז תשמח בתולה. אז ימלא שחוק פינו. אז יאמרו בגוים. הרי אלו לעתיד. דבר אחר אז שר משה אין כתיב כאן לא אז ישיר משה נמצינו למדין תחיית המתים מן התורה. משה ובני ישראל משה שקול כנגד כל ישראל וישראל שקולין כמשה בשעה שאמרו שירה. דבר אחר משה ובני ישראל מגיד שאמר משה שירה כנגד כל ישראל. את השירה הזאת וכי שירה אחת היא והלא עשר שירות הן. הראשונה שנאמרה במצרים שנאמר השיר הזה יהיה לכם כליל התקדש חג וגו'. השנייה על הים שנאמר אז ישיר משה. השלישית על הבאר שנאמר אז ישיר ישראל. הרביעית שאמר משה שנאמר ויהי ככלות משה לדבר את כל דברי השירה הזאת. החמישית שאמר יהושע שנאמר אז ידבר יהושע לפני יהוה ביום תת יהוה וגו'. הששי שאמרה דבורה וברק שנאמר ותשר דבורה וברק בן אבינועם. השביעית שאמר דוד שנאמר וידבר דוד ליהוה את דברי השירה הזאת. השמינית שאמר שלמה

fide. Ose. II. 19. Magna est fides coram Deo S. B. quia propter mercedem fidei habitavit super illis Spiritus sanctus. *Et dixerunt canticum. Et crediderunt Domino, & in Mose servo ejus. Tunc cecinit Mose, & filii Israel canticum hoc Domino: & crediderunt in Domino, & in Mose servo ejus*; & sic dictum est. *Et crediderunt in verbis ejus, & cantarunt laudem ejus. Psal.* CVI. 12.

Absolutus est tractatus: Deo sit laus.

SECTIO CANTICI.

T*Unc cecinit Mose. Tunc cecinit Israel*. In tempus præteritum. Et alii dicunt, in tempus futurum. *Tunc incepit; tunc dixit; tunc cecinit Israel; tunc locutus est Josue; tunc dixit David; tunc dixit Salomon*; Ecce hæc omnia in tempus præteritum. *Tunc* in tempus futurum. *Tunc timebis, & curres. Isai.* IX. 5. *Tunc erumpet quasi mane. Isai.* LVIII. 8. *Tunc saliet sicut cervus claudus*. Ibid. XXXV. 6. *Tunc aperientur*, Ibid. vers. 5. *Tunc lætabitur virgo. Jerem.* XXXI. 13. *Tunc replebitur gaudio os nostrum, Psal.* CXXVI. 2. *Tunc dicent in gentibus*. Ecce in tempus futurum. Alia expositio: *Tunc cecinit Mose*; Non est scriptum hoc loco nisi; *tunc cecinit Mose*; Deprehenditur, quod doceamur resurrectionem mortuorum ex lege. *Mose & filii Israel*; Mose æquiparatur universo Israeli, & universus Israel æquiparatur Mosi tempore, quo dixerunt canticum. Alia expositio; *Mose & filii Israel*; ostendit, quod Mose dixerit canticum ex adverso universi Israelis. *Canticum hoc*; Quid? unum canticum? At decem sunt cantica; Primum dictum fuit in Ægypto; Dictum est enim *Isai.* XXX. 29. *Canticum hoc erit vobis sicut non sanctificatæ solennitatis*; Secundum super mare. Dictum est enim. *Tunc cecinit Mose*. Tertium super fonte. Dictum est enim: *Tunc cecinit Israel. Num.* XXI. 18. Quartum, quod dixit Mose: *Et fuit, cum absolvisset Mose loqui omnia verba cantici hujus. Deut.* XXXI. 19. Quintum quod dixit Josue; dictum est enim *Jos.* X. 12. *Tunc locutus est Josue Domino, in die, qua tradidit Dominus &c.* Sextum, quod dixit Debora, & Barach; dictum est enim *Judic.* V. 1. *Et cecinerunt Debbora & Barach filius Abinoem*. Septimum, quod dixit David; dictum est enim 2. *Sam.* XXII. 1. *Et dixit David Domino verba cantici hujus*. Octavum, quod dixit Salomon; di-

מזמור שיר חנכת הבית לדוד. וכי דוד
בנאו והלא שלמה בנאו שנאמר ויבן שלמה
את הבית ומה תלמוד לומר מזמור שיר
חנכת הבית לדוד אלא לפי שנתן דוד נפשו
עליו לבנותו נקרא על שמו. וכן הוא
אומר זכור יהוה לדוד את כל ענותו אשר
נשבע ליהוה נדר לאביר יעקב אם אבא
באהל ביתי אם אעלה על ערש יצועי עד
אמצא מקום ליהוה משכנות לאביר יעקב
הנה שמענוה באפרתה מצאנוה בשדי יער
ואם כן מה הוא אומר ראה ביתך דוד.
הא לפי שנתן דוד נפשו עליה נקראת על
שמו וכן אתה מוצא שכל דבר שאדם
נותן עליו נקרא על שמו. בשלשה דברים
נתן נפשו משה עליהם ונקראו על שמו.
נתן נפשו על התורה ונקראת על שמו
שנאמר זכרו תורת משה עבדי והלא תורת
אלהים היא שנאמר תורת יהוה תמימה
משיבת נפש. הא מה תלמוד לומר תורת
משה עבדי לפי שנתן נפשו עליה נקראת
על שמו והיכן מצינו שמסר נפשו על
התורה שנאמר ויהי שם עם יהוה. ואומר
ואשב בהר וגו׳ הא לפי שנתן נפשו על
התורה נקראת על שמו. נתן נפשו על
ישראל נקראו על שמו שנאמר לך רד כי
שחת עמך. והלא עם יהוה הם שנאמר
והם עמך ונחלתך ואומר באמור להם עם
יהוה אלה ומארצו יצאו הא מה תלמוד
לומר לך רד כי שחת עמך לפי שנתן נפשו
עליהם נקראו על שמו. והיכן מצינו שנתן
נפשו עליהם שנאמר ויהי בימים ההם
ויגדל משה ויצא אל אחיו וירא בסבלותם.
וכתיב ויפן כה וכה. הא לפי שנתן נפשו
עליהם נקראו על שמו. נתן נפשו על
הדיינין ונקראו על שמו שנאמר שופטים
ושוטרים תתן לך בכל שעריך. והלא

dictum est enim *Psal.* xxx. 1. *Psalmus cantici in dedicatione domus David*. Quid? Davidne ædificavit? Nonne Salomon ædificavit? Dictum est enim 1. *Reg.* vi. 14. *Et ædificavit Salomon domum*; & cur dictum est; *Psalmus cantici in dedicatione domus David*? Quia dedit animam suam, ut ædificaretur, ejus nomine appellata fuit. Et similiter dictum est *Psal.* cxxxii. 1. *Memento Domine David*, *&* *omnis mansuetudinis ejus*, *sicut juravit Domino*, *votum vovit Deo Jacob*; *si introivero in tabernacula domus meæ*, *si adscendero in lectum strati mei*, *donec inveniam locum Domino*, *tabernaculum Deo Jacob*: *Ecce audivimus eam in Ephratha*, *invenimus eam in campis sylvæ*. Si ita est, cur dictum est: *Vidit domum suam David*. Quia super eam dedit David animam suam, suo nomine appellata est. Et similiter, tu deprehendis omnia, pro quibus quis dederit animam suam, suo nomine appellari. Pro tribus rebus dedit animam suam Mose, & suo nomine appellatæ sunt; Dedit animam suam pro lege, & suo nomine appellata est; Dictum est enim *Malach.* iv. 4. *Mementote legis Mosis servi mei*. Atqui lex Dei est; Dictum enim *Psal.* xix. 8. *Lex Domini immaculata convertens animam*. At cur dictum est; *legis Mosis servi mei*? Quia dedit pro ea animam suam, suo nomine appellata est; & ubi invenimus, quod pro lege tradiderit animam suam? *Fuitque ibi cum Deo &c.* Et similiter dictum est *Deut.* ix. 9. *Et stetit in monte*. Quia dedit animam suam pro lege, nomine suo appellata est. Dedit animam suam pro Israel, nomine suo appellatus est; dictum est enim *Exod.* xxxii. 7. *Vade*, *&* *descende*, *peccavit populus tuus*; quia dedit animam suam pro illis, suo nomine appellati sunt; Atqui populus Dei erat; Dictum est enim *Deut.* ix. 26. *Populum tuum*, *&* *hæreditatem tuam*. Et similiter dictum est *Ezech.* xxxvi. 20. *Populus Domini iste est*, *&* *de terra ejus egressi sunt*; Cur dictum est. *Vade*, *&* *descende*, *peccavit populus tuus*? Quia dedit animam suam pro illis, suo nomine appellati sunt; Et ubi invenimus, quod pro illis dederit animam suam? Dictum est *Exod.* ii. 11. *Et fuit in illis diebus*, *adultus Mose egressus ad fratres suos*, *&* *vidit angustiam animæ ipsorum*. Pariterque scriptum est. Ibid. vers. 12. *Et cum respexisset huc atque illuc*. Quia dedit animam suam pro illis, suo nomine appellati sunt. Dedit animam suam pro judi-

המשפט לאלהים הוא. מה תלמוד לומר
תתן לך אלא מתוך שנתן נפשו עליהם
נקראו על שמו. ומנין שנתן נפשו עליהם
שנאמר ויצא ביום השני וגו' ויאמר מי
שמך לאיש שר ושופט עלינו. וישמע פרעה
וגו'. ולכהן מדין שבע בנות ויבואו הרועים
ויגרשום. מדיינין ברח ולדיינין חזר. צדקת
יהוה עשה ומשפטיו עם ישראל. הא לפי
שנתן נפשו עליהם נקראו על שמו.
התשיעית שאמר יהושפט שנאמר ויועץ
יהושפט ויעמד משוררים ליהוה מהללים
בהדרת קדש בצאתו לפני החלוץ אומר
הודו ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו. ומה
נשתנית הודיה זו מכל הודיות שבתורה
שבכל הודיות שבתורה נאמר הודו ליהוה
כי טוב כי לעולם חסדו. ובזו לא נאמר
אלא כביכול לא היתה שמחה לפניו על
אבדן של רשעים לא היתה שמחה במרום
קל וחומר על הצדיקים שאחד שקול בכל
העולם כולו שנאמר וצדיק יסוד עולם.
העשירית לעתיד לבא שנאמר שירו ליהוה
שיר חדש תהלתו מקצה ארץ אמרו גאל
יהוה עבדו יעקב. כל השירות כולן קרואות
בלשון נקבה כשם שהנקבה יולדת כך
התשועות שעברו היו אחריהם שעבוד.
אבל התשועה העתידה להיות אין אחריה
שעבוד לכך קרואה בלשון זכר. שנאמר
שאלו נא וראו אם יולד זכר מדוע ראיתי
כל גבר ידיו על חלציו שכשם שהזכר
אינו יולד כך התשועה העתידה לבא לא
יהא אחריה שעבוד שנאמר ישראל נושע
ביהוה תשועת עולמים לא תבושו ולא
תכלמו עד עולמי עד. ליהוה ליהוה.
אמרוה ולא לבשר ודם כמו שנאמר להלן

judicibus, suo nomine appellati sunt; Dictum est enim *Deut.* XVI. 18. *Judices & exactores dabis tibi in omnibus portis tuis.* Atqui judicium Dei erat. Cur dictum est; *dabis tibi?* Sed quia dedit animam suam pro illis, suo nomine appellati sunt. Et unde probatur, quod pro illis dederit animam suam? Ex eo quod dictum est *Exod.* II. 13. *Egressus die secundo &c.* Et respondit: *Quis posuit te in virum principem ac judicem super nos? Audiensque Pharao &c. Sacerdoti vero Madian septem erant filiæ. At venientes pastores expulerunt eas.* Ibid. vers. 16. Madianitas fugavit, & judices restituit. *Justitiam Domini fecit, & judicia ejus cum Israel. Deut.* XXXIII. 21. Septimum canticum, quod dixit Josaphat; dictum est enim 2. *Paral.* XX. *Deditque consilium Josaphat, & statuit cantores Domino, ut laudarent eum in turmis suis, & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent; Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus;* Cur diversa est hæc laudatio ab ceteris omnibus laudationibus, quæ sunt in lege? Quia in omnibus laudationibus legis, dictum est; *Confitemini Domino, quia bonus, quia in æternum misericordia ejus;* At in hac non dictum est: Quasi diceret, quod non sit lætitia in conspectu ejus propter perditionem impiorum; Si propter mortem impiorum non est lætitia in cœlo, multo magis propter justos, quorum unus universo mundo æquiparatur; Dictum est enim *Prov.* X. 25. *Justus autem fundamentum mundi.* Decimum canticum in tempus futurum. Dictum est enim. *Cantate Domino canticum novum, & laudate usque ad extrema terræ;* Dicite: *redemit Dominus servum suum Jacob. Isai.* XLVIII. 20. Omnia cantica genere fœminino appellantur; sicut fœmina parit, ita pariter in liberationibus præteritis fuit post eas servitus; sed in liberatione futura non erit post eam servitus; ideoque genere masculino appellatur. Dictum est enim *Jerem.* XXX. 6. *Interrogate & videte, si generat masculus; quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum?* sicut masculus non parit, ita pariter liberatio in tempus futurum non erit post servitutem; Dictum est enim *Isai.* XLV. 17. *Israel salvatus es in Domino salute æterna: non confundemini, & non erubescetis usque in seculum seculi. Domino:* Domino dictum est, non carni, & sanguini; sicuti dictum est 1. *Sam.* XVIII. 7. *Egressæ sunt mulieres cantantes, chorosque*

ותצאנה כל הנשים המשחקות וגו׳ אבל
כאן ליהוה אמרוה ולא לבשר ודם. ויאמרו
לאמר רבי נחמיה אומר שרת רוח הקדש
על ישראל ואמרו שירה. והשירה שהיו
אומרים כבני אדם הקורא את שמע. רבי
עקיבא אומר כבני אדם שהיו קוראין את
ההלל. רבי אליעזר בן תדאי אומר משה
היה פותח בדבריו תחלה וישראל עונין
אחריו וגומרין עמו. משה היה פותח
ואומר אשירה ליהוה כי גאה גאה וישראל
אומר סוס ורכבו רמה בים. משה היה
אומר עזי וזמרת יה וישראל עונין אחריו
ויהי לי לישועה. משה היה פותח יהוה
איש מלחמה. וישראל עונין אחריו וגומרין
עמו יהוה איש מלחמה יהוה שמו. אשירה
ליהוה. נאה גדולה ליהוה נאה גבורה
ליהוה. וכן דוד אמר לך יהוה הגדולה
והגבורה והתפארת והנצח וההוד. אשירה
ליהוה כי גאה גאה. מלך בשר ודם שנכנס
למדינה והיו הכל מקלסין לפניו שהוא גבור
והוא חלש. שהוא עשיר והוא עני.
שהוא חכם והוא טפש. שהוא רחמני
והוא אכזרי. שהוא נאמן ואין נאמן.
מכל המדות הללו הכל מחניפין לו אבל
מי שאמר והיה העולם אינו כן אלא כל
מה שמקלסין אותו יותר הוא מקלוסו.
אשירה ליהוה שהוא גבור. שנאמר האל
הגדול הגבור והנורא ואומר יהוה עזוז
וגבור יהוה גבור מלחמה. ואומר יהוה
כגבור יצא כאיש מלחמות יעיר קנאה
אף יצריח על אויביו יתגבר. ואומר מאין
כמוך יהוה גדול אתה וגדול שמך בגבורה.
אשירה ליהוה שהוא עשיר שנאמר הן
ליהוה אלהיך השמים וגו׳. ואומר ליהוה
הארץ ומלואה וגו׳ ואומר אשר לו הים
והוא עשהו. ואומר לי הכסף ולי הזהב
וגו׳ ואומר הן הנפשות לי הנה כנפש האב
ונפש הבן לי הנה הנפש החוטאת היא
תמות.

que ducentes. Sed hoc loco Domino dictum est, non carni & sanguini. *Et dixerunt dicendo*. R. Nehemia dicit. Habitavit Spiritus sanctus super Israel; *& dixerunt canticum*; & canticum, quod dixerunt, juxta morem hominis, qui legit *Audi*. R. Akiba dicit; juxta morem hominum, qui recitant Hallel. R. Elieser ben Thadai; Mose incipiebat verba a principio, & Israel respondebant post eum, & cum eo absolvebant. Mose incipiebat, & dicebat, *Cantabo Domino, qui excellendo excelluit*. Et Israelitæ dicebant; *Equum & equitem ejus projecit in mare*. Mose dicebat, *Fortitudo mea, & gloria Deus*. Et Israelitæ respondebant post eum. *Et fuit mihi in liberationem*. Mose incipiebat, *Dominus vir belli*; & Israelitæ respondebant post eum, & cum eo absolvebant; *Dominus vir belli; Dominus nomen ejus. Cantabo Domino*; excellentia magna Domino, excellentia fortis Domino; Et sic David dicit 1. *Psal.* XXIX. 11. *Tibi est, Domine, magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & laus. Cantabo Domino: quia excellendo excelluit*. Regem terrenum, qui ingreditur in provinciam, omnes in ejus conspectu laudant, sive fortis, sive infirmus, sive dives, sive pauper, sive sapiens, sive stultus, sive misericors, sive crudelis, sive fidelis, sive infidus; ex omnibus speciebus omnes illi adulantur; sed qui dixit, & fuit mundus; non ita se res habet; sed omnes qui illum celebrant, sunt majores sua laude. *Cantabo Domino*, quia fortis est. Dictum est enim *Isai.* XXXII. 18. *Deus magnus, potens. & terribilis*. Pariterque dictum est *Psal.* XXIV. 8. *Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio*. Et similiter dictum est: *Isai.* XLII. 13. *Dominus sicut fortis egreditur; sicut vir præliator, suscitabit zelum, vociferabitur, & clamabit*. Et similiter dictum est *Jerem.* X. 6. *Non est similis tui, Domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Cantabo Domino*; quia fortis est. Dictum est enim, *Non est sicut tu Domine, Deus magne tu; & magnum est nomen tuum in potentia*. Pariterque dictum est, *Psal.* XXIV. 1. *Domini est terra & plenitudo ejus* &c. Et similiter dictum est *Psal.* XCV. 5. *Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud*. Et pariter dictum est *Hag.* II. 6. *Meum est argentum, & meum est aurum* &c. Et dictum est *Ezech.* XVIII. 4. *Ecce omnes animæ meæ sunt, ut anima patris, ita & anima filii mea est; anima quæ peccaverit, ipsa morietur*.

Can-

אשירה ליהוה כי הוא חכם שנאמר כי
יהוה יתן חכמה מפיו דעת ותבונה. ואומר
יהיב חכמתא לחכימין ומנדעא לידעי
בינה. ואומר מי לא ייראך מלך הגוים כי
בכל חכמי הגוים ובכל מלכותם מאין כמוך
אשירה ליהוה שהוא רחמן שנאמר יהוה
יהוה יי רחום וחנון וגו׳ ואומר כי יי רחום
יהוה וגו׳ ואומר זכור רחמיך יהוה וגו׳ ואומר
טוב יהוה לכל וגו׳ ואומר ליהוה ﭏהינו
הרחמים והסליחות שהוא דיין שנאמר כי
המשפט לﭏהים הוא. ואומר ﭏהים נצב
בעדת יי ואומר הצור תמים פעלו וגו׳.
אשירה ליהוה שהוא נאמן שנאמר האל
הנאמן וגו׳ ואומר יי אמונה ואין עול וגו׳.
הא לו נאה גדולה וגבורה ותפארת:
אשירה ליהוה. שהוא נאה שהוא הדור
שהוא משובח ואין כערכו שנאמר כי מי
בשחק יערוך ליהוה ידמה ליהוה בבני ﭏים.
ואומר יי נערץ בסוד קדושים רבה. ואומר
יהוה ﭏהי צבאות מי כמוך חסין יה. מהו
צבאות אות הוא בתוך צבא שלו. וכן
הוא אומר ואתא מרבבות קדש את
הוא בתוך רבבות קדש שלך. וכן דוד אמר
אין כמוך בﭏהים יהוה ואין כמעשך וכן
הוא אומר דודי צח ואדום ואומר ראשו
כתם פז ואומר עיניו כיונים על אפיקי מים
ואומר לחייו כערוגת הבושם ידיו גלילי זהב
ואומר שוקיו עמודי שש. רבי יוסי הגלילי
אומר הרי הוא אומר מפי עוללים ויונקים
יסדת עז. מפי עוללים ﭏו שבמעי אמן
שנאמר או בנפל טמון לא אהיה וגו׳.

Cantabo Domino, quia sapiens est; Dictum est enim *Prov.* II. 6. *Quia Dominus dat sapientiam, & ex ore ejus prudentia & scientia*. Et dictum est *Dan.* II. 2. *Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam*. Pariterque dictum est *Jerem.* X. 7. *Quis non timebit te rex gentium? tuum est enim decus inter cunctos sapientes gentium & in universis regnis eorum nullus est similis tibi: Cantabo Domino*; quia est misericors. Dictum est enim *Exod.* XXXIV. 6. *Dominator, Domine Deus misericors & clemens* &c. Et similiter dictum est *Deut.* 18. 31. *Quia Deus misericors Dominus* &c. Pariterque dictum est *Psal.* XXV. 6. *Reminiscere miserationum tuarum*. Pariter dictum est *Psal.* CXLV. 9. *Bonus Dominus omnibus* &c. Et similiter dictum est *Dan.* IX. 9. *Tibi autem Domino Deo nostro misericordiæ*. Quia est judex. Dictum est enim *Deut.* X. 17. *Quia judicium Deo est*. Dictum est etiam *Psal.* LXXXII. 1. *Deus sedit in congregatione deorum*. Et dictum est *Deut.* XXXII. 4. *Dei perfecta sunt opera* &c. *Cantabo Domino*; quia fidelis est; Dictum est enim *Deut.* VII. 9. *Deus fidelis* &c. Pariterque dictum est ibid. XXXII. 4. *Deus fidelis, & absque ulla iniquitate*. Ecce sit illi excellentia, magnificentia, & fortitudo, & gloria. *Cantabo Domino*, quia est bonus, quia est beneficus, quia est laudabilis, & nihil est illi comparandum; Dictum est enim *Psal.* LXXXIX. 7. *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Deo in filiis Dei?* Et dictum est ibid. *Deus roborabitur in fundamento sanctorum multorum*. Et dictum est *Psal.* LXXXXIV. 9. *Domine Deus excercituum quis similis tibi?* Quid צבאות? Signum in medio ejus exercitu; Et similiter dictum est *Deut.* XXXIII. 2. *Et venit ex myriadibus sanctorum*. In medio multitudinis sanctitatis suæ. Et sic David dicit *Psal.* LXXXVI. 8. *Non est similis tui in diis, Domine, & non est secundum opera tua*. Et similiter dictum est *Cantic.* V. 10. *Dilectus meus candidus, & rubicundus*. Pariterque dictum est. *Caput ejus aurum optimum* &c. Et dictum est *Oculi ejus sicut columbæ super rivulos aquarum &c.* Et dictum est: *Genæ illius sicut areolæ aromatum, manus illius tornatiles aureæ:* & dictum est: *Crura illius columnæ marmoreæ*. R. Jose Galilæus dicit; ecce dictum est *Psal.* VIII. 3. *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem*. *Ex ore infantium*; Sunt illi, qui erant in utero matrum suarum. Dictum est enim

ויונקים אלו שיונקים משדי אמן שנאמר אספו עוללים ויונקי שדים. רבי אומר עוללים אלו עוללים שבחוץ שנאמר להכרית עולל מחוץ ואומר עוללים שאלו לחם. יונקים אלו שעל שדי אמן שנאמר ויונקי שדים אלו ואלו פתחו פיהם ואמרו שירה לפני המקום שנאמר אשירה ליהוה וגו׳ רבי מאיר אומר אף עוברין שבמעי אמן פתחו פיהן ואמרו שירה לפני המקום שנאמר במקהלות ברכו אלהים וגו׳ ולא ישראל בלבד אמרו שירה לפני המקום אלא אף מלאכי השרת שנאמר יהוה אדונינו מה אדיר שמך בכל הארץ אשר תנה הודך על השמים.

פרשה ב

כי גאה גאה. גאני וגאתיו. גאני במצרים שנאמר בני בכורי ישראל וגאתיו. במצרים שנאמר השיר יהיה לכם כליל התקדש חג ושמחת לבב כהולך בחליל לבא בהר יהוה אל צור ישראל. דבר אחר כי גאה גאה. גאני וגאתיו. גאני על הים שנאמר ויסע מלאך האלהים אף אני גאתיו על הים ושרתי לפניו שירה שנאמר אשירה ליהוה כי גאה גאה דבר אחר כי גאה גאה ועתיד להתגאות שנאמר כי יום ליהוה צבאות על כל גאה ורם ועל כל נשא ושפל. ואומר ועל כל ארזי הלבנון הרמים והנשאים. ועל כל אניות תרשיש ועל כל שכיות החמדה. ועל כל מגדל גבוה. ושח גבהות אדם ושפל רום אנשים. והאלילים כליל יחלוף. דבר אחר כי גאה גאה מתגאה הוא על המתגאים שבמה שאומות העולם מתגאים לפניו בו הוא נפרע מהם שכן הוא אומר בדור המבול שורו עבר ולא יגעיל תפלט פרתו ולא תשכל,

nim *Job* III. 16. *Aut sicut abortivum absconditum non subsisterem* &c. Et lactentes sunt qui lactabant de uberibus matrum suarum. Dictum est enim *Joel* II. 16. *Congregate parvulos & sugentes ubera*. Rabi dicit: עוללים sunt parvuli foris; dictum est enim *Jerem.* IX. 21. *Disperdite parvulos de foris*; Et dictum est *Thren.* IV. 4. *Parvuli petierunt panem*. Lactentes sunt; qui lactabant de uberibus matrum suarum. Dictum est enim *Joel* l. c. *Et sugentes ubera*: Utrique aperverunt ora sua, & dixerunt canticum coram Deo; Dictum est enim *Cantabo Domino*. Rabi Meir dicit, vel fœtus, qui erant in utero matrum suarum aperverunt ora sua, & dixerunt canticum coram Deo. Dictum est enim *Psal.* LXXVIII. 27. *In ecclesiis benedicite Domino* &c. Non solum Israelitæ dixerunt canticum coram Deo, sed etiam Angeli ministerii; Dictum est enim *Psal.* VIII. I. *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum super universam terram; quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos*.

SECTIO II.

Quia exaltando exaltavit. Exaltatus sum, & exaltavi illum. Exaltatus sum in Ægypto: Dictum est enim *Exod.* IV. *Filius meus primogenitus Israel*; & exaltavi illum: In Ægypto dictum est enim *Isai.* XXX. 29. *Canticum erit vobis sicut nox sanctificatæ solemnitatis, & lætitia cordis, sicut qui pergit cum tibia, ut intret in montem Domini, ad fortem Israel*. Alia expositio; *Exaltando exaltavit*; exaltatus sum, & exaltavi illum. Exaltatus sum super mare; Dictum est enim; *Et profectus est Angelus Domini*. Ego quoque exaltavi illum super mare, & cecini coram illo canticum; dictum est enim; *Cantabo Domino, quia exaltando exaltavit*. Alia expositio; *exaltando exaltavit*, & in posterum exaltabit; Dictum est enim *Isai.* II. 12. *Quia dies Domini exercituum super omnem superbum & excelsum & super omnem arrogantem & humiliabitur*. Pariterque dictum est ibid. *Et super omnes cedros Libani sublimes & erectas*. *Et super omnes naves Tharsis, & super omne quod visu pulchrum est. Et super omnem turrim excelsam. Et incurvabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum. Et idola penitus conterentur*. Alia expositio; *Quia exaltando exaltavit*; Ipse exaltatus est super superbos qui in eo, quo nationes mundi coram illo superbierunt, ul-

ואומר ישלחו כצאן עויליהם וילדיהם ירקדון . ישאו בתוף וכנור וישמחו וגו׳. מה נאמר שם מה שדי כי נעבדנו ומה נועיל כי נפגע בו. אמרו לא טפת גשמים הוא אין אנו צריכין לו לא ואד יעלה מן הארץ והשקה את כל פני האדמה אמר להם הקדוש ברוך הוא שוטים בטובה שהשפעתי לכם אתם מתגאים בה לפני בה אני נפרע מכם שנאמר ויהי הגשם על הארץ ארבעים יום וארבעים לילה. רבי יוסי בן דורמסקית אומר הם נתנו עיניהם העליונים בתחתונה כדי לעשות תאותם והקדוש ברוך הוא פתח עליהם מעינות מלמעלה ומלמטה לאבדם שנאמר ביום הזה נבקעו כל מעינות תהום וארובות השמים נפתחו . וכן אתה מוצא באנשי מגדל ובאנשי דור הפלגה שבמה שנתגאו לפניו בו נפרע מהם שנאמר ויאמרו הבה נבנה לנו עיר ומגדל וראשו השמימה וגו׳ הבה נרדה וגו׳ ויפץ יהוה משם וכן את מוצא באנשי סדום שבמה שנתגאו לפניו בו נפרע מהם שנאמר ארץ ממנה יצא לחם ותחתיה נהפך כמו אש. מקום ספיר אבניה ועפרות זהב לו ואומר לא הדריכוהו בני שחץ ולא עדה עליו שחל , ואומר נתיב לא ידעו עיט ולא שזפתו עין איה . אמרו הסדומיים אין אנו צריכין שיבא אדם אצלנו הרי מזון יוצא מאצלנו וכסף וזהב ואבנים טובות ומרגליות יוצאות מאצלנו בואו ונשכח רגל מארצנו. אמר להם הקדוש ברוך הוא שוטים שבעולם בטובה שהשפעתי לכם אתם מתגאים. אתם אמרתם נשכח תורת רגל מארצנו אף אני אשכח אתכם מן העולם שנאמר פרץ נחל מעם גר הנשכחים מני רגל דלו מאנוש נעו ואומר ישליו אוהלים לשודדים ובוטחים למרגיזי ל. מי גרם

ultus est de illis; quia sic dictum est de generatione diluvii *Job* XXI. 10. *Bos eorum concepit, & non abortivit, vacca peperit, & non est privata fœtu suo*. Et dictum est ibid. *Egrediuntur quasi greges parvuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanum*, & *cytharam*, *& gaudent* &c. Quid dictum est ibi? *Quis est omnipotens ut serviamus ei, & quid nobis prodest, si oraverimus illum?* Dixerunt; Quia non est gutta aquarum, nos illo non indigemus. Sed *& vapor adscendebat de terra, & adaquabat omnem faciem terræ Genes*. 2. 6. Dixit illis Deus S. B. Stulti; Bonis, quibus vos affluere feci, superbistis coram me, his de vobis ulciscar: dictum est enim *Genes*. VII. 12. *Fuitque pluvia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus*. R. Jose ben Duramschit dicit; illi dederunt oculos suos superiores in partem inferiorem, ut eorum desiderium facerent; at Deus S. B. aperuit illis fontes superiores, & inferiores ut perderet eos; Dictum est enim *Genes*. VII. 11. *Ipso die rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & fenestræ cœli apertæ sunt*: Et similiter tu dephrendis in viris turris, & in in viris generationis divisionis, qui in eo, quo superbierunt, de illis ultus est; Dictum est enim *Genes*. 4. *Dixerunt; Veni ædificemus nobis civitatem, & turrim, cujus summitas cœlum usque pertingat* &c. *Veni descendamus* &c. *Dispersit eos Dominus inde*. Et similiter tu deprehendis de viris Sodomæ, de quibus in eo, quo superbierunt coram illo, ultus est: dictum est enim *Job* XXVIII. 6. *Terra, de qua oriebatur panis in loco suo, igni subversa est. Locus sapphiri lapides ejus, & glebæ illius aurum*. Et dictum est; *Non calcaverunt eam filii institorum, non pertransivit per eam leæna*. Et dictum est; *Semitam ignoravit avis, nec intuitus est eam oculus vulturis*. Dixerunt Sodomæi; nos non opus habemus, ut nemo veniat apud nos; ecce apud nos producitur alimentum, & apud nos producitur aurum, argentum, lapides pretiosi, & margaritæ; venite; oblivioni detur lex pedis ab terris nostris. Respondit illis D. S. B. stultissimi omnium, qui in mundo sunt; bonis, quibus vos affluere feci, superbistis; vos dicitis; oblivioni detur lex pedis ab terris nostris, ego quoque vos oblivioni dabo a mundo. Dictum est enim. *Job* l. c. *Dividit torrens a populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis, & invios*. Et dictum est ibid.

XII. 6.

כך המצריים כשהיו דולקין לא היה בהן
ממש מפני פורענות. ויהודה אמר יחדיו
ישכבו בל יקומו דועכו כפשתה ללמדך
שלא היתה מלכות יהודה משל מצרים
אלא שנטלה שררה לשעה בשביל כבודן
של ישראל וכשהוא מושל את המלכיות
אינו מושל אותם אלא בארזים. שנאמר
הנה אשור ארז בלבנון ואומר והנה אנכי
השמדתי את האמורי מפניכם אשר כגובה
ארזים גבהו ואומר אילנא די חזית וגו׳
וכשהוא מושל את המצרים אינו מושלם
אלא בקש. שנאמר יאכלמו כקש. וכשהוא
מושל את המלכיות אינו מושלם אלא
בכסף וזהב שנאמר צלמא ראשיה דידהב
טב. וכשהוא מושל את המצרים אינן
מושלם אלא בעופרת. שנאמר צללו כעופרת
וכשהוא מושל את המלכיות אינו
מושלם אלא בחיות שנאמר וארבעה
חיון רברבן וכשהוא ממשל את
המצרים אינו מושלן אלא בשועלים שנאמר
אחזו לנו שועלים. שאל אנטונינוס את
רבינו הקדוש אני מבקש ללך לאלכסנדריא
שמא יעמוד מלך וינצחני אמר לו איני
יודע מכל מקום כתוב לנו שאין ארץ
מצרים יכולה להעמיד לא מלך ולא שר
שנאמר מן המלכות תהיה שפלה ולא
תנשא עוד על כל הגוים והמעטתים
לבלתי רדות בגוים. וברוח אפך במדה
שמדדו בה מדדת להם הם אמרו הבה
נתחכמה לו אף אתה נתת ערמה למים.
והיו המים נלחמים בהם בכל מיני פורעניות
לכך נאמר וברוח אפיך. דבר אחר וברוח
אפיך עשאן כמין ערימות נצבו כמו נד מה
נד צרור אינו לא מוציא ולא מכניס כך

quando comburuntur, eorum sonitus non auditur; sed quando palea comburitur, sonitus auditur; ita pariter vox Ægyptiorum diffundebatur propter ultionem. Quando omnia ligna comburuntur, est in illis aliquid palpabile, sed quando palea comburitur, nihil est in ea palpabile; At crederem fuisse in illis aliquid palpabile? Idcirco dictum est; *Combures eos sicut stipulam;* Sicut palea quando comburitur, nihil est in ea palpabile, ita pariter quando Ægyptii comburebantur, nihil in iis erat palpabile propter ultionem. *Et Dominus dixit: simul obdormierant, nec resurgent, contriti sunt quasi linum. Isai.* XLV. 17. Ut doceare, quod non declinaverit regnum a potestate Ægyptiorum, sed ablatus est principatus ad tempus propter honorem Israel; & quando dominatur regnis, non dominatur illis nisi in cedris. Dictum est enim *Ezech.* XXX. 3. *Ecce Assur quasi cedrus in Libano*. Et dictum est *Amos* II. 9. *Ego autem exterminavi Amorrhæum a facie eorum, cujus altitudo, cedrorum altitudo ejus*. Et dictum est *Dan.* IV. 17. *Arborem quam vidisti*. Et quando dominatur Ægyptiis, non dominatur nisi palea; Dictum est enim; *Combures eos sicut stipulam;* & quando dominatur regnis, non dominatur nisi argento & auro; Dictum est enim *Dan.* II. 32. *Hujus statuæ caput ex auro optimo*. Et quando dominatur Ægyptiis, non dominatur nisi plumbo; Dictum est enim *Exod.* XV. 10. *Profundum petierunt ut plumbum*. Et quando dominatur regnis, non dominatur nisi feris; Dictum est enim *Dan.* VII. 3. *Et quatuor bestiæ grandes*. Et quando dominatur Ægyptiis, non dominatur nisi vulpibus; dictum est enim *Cantic.* II. 15. *Capite nobis vulpes*. Interrogavit Antoninus magistrum nostrum sanctum; Ego cupio ire Alexandriam, fortasse constituetur rex, & vincet me; Respondit illi; ignoro nullibi nobis scriptum esse terram Ægypti posse constituere regem, aut principem; dictum est enim *Ezech.* XXIX. 15. *Inter cetera regna erit humillima, & non elevabitur ultra supra nationem, & imminuam eos, ne imperent gentibus. Et in spiritu iracundiæ tuæ;* mensura, qua meriti sunt, metitus es illis. *Venite, versute agemus cum illo. Exod.* I. 10. Tu quoque dedisti calliditatem aquis, & aquæ pugnarunt cum illis omni genere suppliciorum; Idcirco dictum est: *& in spiritu iracundiæ tuæ*. Alia expositio: *& in spiritu iracundiæ tuæ*. Factæ sunt quasi acervi; *Steterunt quasi uter;* sicut uter quan-

היתה נפשם של מצרים צרורה בהם ולא מוציאין ולא מכניסין וישראל אוכלין ושותין ושמחים יצאו להם מים מתוקין מתוך מלוחים שנאמר ויוציא נוזלים מסלע. ואין נוזלים אלא מים חיים. שנאמר מעין גנים באר מים חיים ואומר שתה מים מבוריך ונוזלים מתוך בארך. דבר אחר כמו נד צרור עומד אינו לא מוציא ולא מכניס כך היתה נפשם של מצרים צרורה בהם ולא מוציאין ולא מכניסין מעולפים מריח הים. שנאמר ירתיח כסיר מצולה ונו' וישראל נעשה להם הים מיני בשמים. שנאמר ים ישים כמרקחה. עורי צפון ובואי תימן. הפיחי גני יזלו בשמיו. קפאו תהומות בלב ים ונו'. עשאן כמין קופה בלב ים היאך לבו של אדם נתון משני חלקים ולמעלן כך קפא עליהם הים משני חלקיו ולמעלה הים אין לו לב ונתן לו לב. האלה לא היה לב ונתן לה לב שנאמר עודנו חי בלב האלה. השמים לא היה להם לב ונתן להם לב שנאמר וההר בוער באש עד לב השמים יבא הים שאין לו לב ונתן לו לב ויפרע מן המצרים שהיה להם לב ושעבדו את ישרא בכל מיני פורעניות. שנאמר ויעבידו מצרים את בני ישראל בפרך. תבא האלה שאין לה לב ונתן לה לב ותפרע מאבשלום שהיה לו לב. וגנב שלש גנבות לב אביו. ולב בית דין. ולב ישראל. שנאמר ויגנב אבשלום את לב אנשי ישראל. יבואו השמים שאין להם לב ונתן להם לב. ויורידו המן כטל לישראל שיש להם לב וקבלו התורה ועבדו השם בכל לבבם ובכל נפשם. שנאמר ואהבת את יהוה אלהיך בכל לבבך ובכל נפשך ונו'. ולא שמים בלבד שמחו בנאולת ישראל אלא ההרים וכל גבעות עץ פרי וכל ארזים. שנאמר

quando ligatus eſt, nihil egreditur, & ingreditur; ſic erat anima Ægyptiorum in illis ligata, nihil ingrediebatur, & egrediebatur; & Iſraelitæ edebant, & bibebant, & gaudebant; Emanabant illis aquæ dulces de medio aquarum ſalſarum; dictum eſt enim *Pſal.* LXXVIII. 17. *Et eduxit aquas de petra:* At נוזלים non ſunt niſi aquæ vivæ; dictum eſt enim *Cantic.* IV. 15. *Fons hortorum, puteus aquarum viventium*; & dictum eſt *Prov.* V. 15. *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui*. Alia expoſitio: *Quaſi uter* ligatus, de quo nihil egreditur, & ingreditur; Sic anima Ægyptiorum illis erat alligata, neque egrediebatur, neque ingrediebatur ex concuſſionibus venti maris. Dictum eſt enim *Job* XLI. 22. *Ferveſcere faciet quaſi ollam profundum mare &c.* Et Iſraeli factum eſt mare ſpecies aromatum; Dictum eſt enim Ibid. *Mare ponet quaſi cum unguenta bulliunt. Surge aquilo, & veni auſter perflua hortum meum, & fluant aromata illius. Congelatæ ſunt abyſſi in corde maris &c.* Factæ ſunt quaſi fornix in corde maris. Quomodo cor hominis datum eſt ex duabus partibus & ſupra; ſic condenſatum eſt mare ſuper illas ex duabus partibus & ſupra; Mare non habet cor, & dedit illi cor. Quercus non habet cor, & dedit illi cor; Dictum eſt enim 2. *Sam.* XVIII. *Cumque adhuc palpitaret in corde quercus*. Cœli non habent cor, & dedit illis cor. Dictum eſt enim *Deut.* IV. 11. *Et mons ardebat uſque ad cor cœlorum*. Veniat mare, cui non eſt cor, & dedit illi cor, & ulciſcatur de Ægyptiis, qui habebant cor, & ſervire fecerunt Iſraelem omni ultionum genere; Dictum eſt enim *Exod.* I. 12. *Et ad ſervitutem adegerunt Ægyptii filios Iſrael cum duritia*. Veniat quercus, cui non eſt mens, & dedit illi mentem, & ulciſcatur de Abſalom, cui erat cor; Et tribus furtis furatus eſt cor patris ſui, & cor Synhedrii, & cor Iſrael; Dictum eſt enim 2. *Sam.* XV. 6. *Et furatus eſt Abſalom cor Iſrael*. Veniant cœli, quibus non eſt cor, & dedit illis cor, & pluant mannam, quaſi ros. Iſraelitæ, qui habent cor, accipiant legem, & ſerviant Domino toto corde, & tota anima eorum; Dictum eſt enim; *Et diliges Dominum Deum tuum toto corde tuo, & tota anima tua &c.* Non ſolum cœli lætati ſunt propter liberationem Iſrael, ſed montes & omnes colles, ligna frugifera, & omnes cedri. Dictum eſt enim *Iſai.* XLIV. 23. *Gaudete cœli, quoniam miſericordiam fecit* Do-

רונו שמים כי עשה יהוה הריעו תחתיות ארץ פצחו הרים רנה יער וכל עץ בו כי גאל יהוה את יעקב וגו׳ ואמר רונו שמים וגילי ארץ פצחי רנה כי נחם יהוה עמו גאל ירושלם.

פרשה ז

אמר אויב. זה היה תחלת הפרשה ולמה נכתב כאן שאין מוקדם ומאוחר בתורה כיוצא בו בשנת מות המלך עזיהו וגו׳. זה היה תחלת הפרשה ולמה נכתב כאן לפי שאין מוקדם ומאוחר בתורה כיוצא בו בן אדם עמוד על רגליך. ויש אומרים בן אדם חוד חידה. זה היה תחלת הפרשה ולמה נכתב כאן לפי שאין מוקדם ומאוחר בתורה. כיוצא בו הלוך וקראת באזני ירושלם וגו׳ זה היה תחלת הפרשה ולמה נכתב כאן לפי שאין מוקדם ומאוחר בתורה. כיוצא בו גפן בוקק ישראל זה היה תחלת הפרשה ולמה נכתב כאן לפי שאין מוקדם ומאוחר. כיוצא בו אני קהלת הייתי מלך בירושלם וזה היה תחלת הפרשה ולמה נכתב כאן לפי שאין מוקדם ומאוחר בתורה. אמר אויב וכי מאין ידעו ישראל מה חשב עליהם פרעה במצרים אלא רוח הקדש שרתה עליהם והיו יודעין מה פרעה חשב עליהם במצרים. וכשראה פרעה אמר לא דיינו לרדוף אחרי ישראל. אלא בשביל כסף וזהב שלקחו כדי הוא. כיון שראו מקצת העם שאבדו ממונם מועט אמרו נרדפם כשראה פרעה אמר כולנו שוין בבזה. שנאמר אחלק שלל ולא עוד אלא שאני פותח אוצרות כסף וזהב ומחלק להם אבנים טובות ומרגליות אמר אויב ולא ידע מה אמר לאדם מערכי לב ומיהוה מענה לשון, נרדוף נשיג נחלק אין כתיב כאן לא ארדוף אשיג אחלק. ארדוף מושג מורדף אני להם מותפש אני להם מוחלק הוא שללו וממונו להם. תמלאם אינו אומר לא תמלאמו ממלאים הם

Dominus, jubilate extrema terræ; resonate montes laudationem, saltus & omne lignum ejus, quoniam redemit Dominus Jacob. Et dictum est Ibid. XLIX. 13. *Laudate cœli, & exulta terra, jubilate montes laudem, quia consolatus est Dominus populum suum, redemtor Hierusalem.*

SECTIO VII.

Dixit inimicus: Hoc debuit esse principium sectionis, & cur hoc loco scriptum est? Quia non est præmissum, & postpositum in lege: Huic simile dictum est *Isai.* VI. 1. *Anno quo mortuus est rex Usias &c.* Hoc debuit esse principium sectionis; & cur hoc loco scriptum est? Quia non est præmissum & postpositum in lege. Huic simile dictum est *Ezech.* I. 30. *Fili hominis, sta super pedem tuum.* Et alii dicunt: *Propone ænigma.* Hoc debuit esse principium sectionis; & cur scriptum est hoc loco? Quia non est præmissum & postpositum in lege. Huic simile dictum est *Jerem.* II. 2. *Vade & clama in auribus Hierusalem &c.* Hoc debuit esse principium sectionis; & cur scriptum est hoc loco? Quia non est præmissum & postpositum in lege; Huic simile dictum est *Ose.* X. 1. *Vitis frondosa Israel.* Hoc debuit esse principium sectionis; & cur hoc loco scriptum est? Quia non est præmissum & postpositum in lege. Huic simile dictum est *Ecclesiast.* V. 12. *Ego Ecclesiastes fui rex super Hierusalem.* Hoc debuit esse principium sectionis; & cur hoc loco scriptum est? Quia non est præmissum & postpositum in lege. *Dixit inimicus.* Unde cognoscebat Israel, quid de se cogitaret Pharao in Ægypto? Quia Spiritus sanctus habitabat super illis, & cognoscebant, quid cogitaret Pharao in Ægypto. Et quando vidit Pharao, dixit; Non satis est nobis persequi Israelitas; sed propter argentum & aurum, quod acceperunt, satis est. Quando viderunt pars populi, quod perdidissent opes suas, ad minimum dixerunt; persequamur eos; Quando vidit Pharao; dixit; Omnes pares erimus in præda. Dictum est enim; *Assequar, dividam.* Neque hoc tantum; Sed ego aperiam thesauros argenti, & auri, & dividam illis lapides pretiosos, & margaritas; *Dixit inimicus;* & ignorabat quod diceret. Simile homini ex iis, qui disponunt cor, & a Deo exauditur lingua. Persequemur, assequemur, dividemus, non est scriptum hoc loco; sed *persequar,*

נפשם ממנו. תורישם ידי אינו אומר לא תורישמו מוריש אני עושרי וכבודי להם. לשעבר הייתם בוזזים בהם והייתי תובע בידכם בנימוסי מלכות אבל כאן תורישמו ידי. לשעבר הייתם הורגים בהם והייתי תובע בנמוס מלכות. ויש אומרים אתן חרבי. אמר לבעל זכריהם כענין שנאמר ונתתי חרבותם על יפי חכמתך אינו אומר לא והריקו חרבותם ולפי שגבה לבו השפילו הקדוש ברוך הוא ובזוהו כל האומות. שלשה כתות נעשו מצרים על הים. אחת אומרת ניטול ממונם ולא נהרגם. ולא ניטול ממונם. ואחת אומרת נהרגם וניטול ממונם. זו שאומרת ניטול ממונם ולא נהרגם אחלק שלל. זו שאומרת נהרגם ולא ניטול ממונם תמלאמו נפשי. זו שאומרת נהרגם וניטול ממונם תורישמו ידי. חמשה דברים היה פרעה מנאץ בתוך ארץ מצרים. אמר אויב ארדוף אשיג. אחלק שלל. תמלאמו נפשי. אריק חרבי. תורישמו ידי. וכנגדן שלח חמשה דברים השיבתו רוח הקדש ואומר נשפת ברוחך כסמו ים צללו כעופרת במים אדירים. ימינך יהוה תרעץ אויב וברוב גאונך תהרוס קמיך. תשלח חרונך יאכלמו כקש. נטית ימינך משל ללסטים שהיה עומד ומנאץ אחר פלטרין של מלך אומר אם אמצא בן המלך אני תופשו והורגו וצולבו וממיתו מיתה חמורה. כך פרעה עמד ונאץ בארץ מצרים ארדוף אשיג אחלק שלל ורוח הקדש מלעגת עליו ואומר נשפת ברוחך כסמו ים. ואומר נטית ימינך. וכן הוא אומר למה רגשו גוים. ואומר יושב בשמים ישחק ואומר הנה יביעו בפיהם אחריו וגו'.

quar, assequar, dividam; Persequar exagitatum. Exagitatus sum ego illis; Apprehensus sum ego illis; Divisæ sunt spolia & opes ejus illis. Impleta est, non est scriptum hoc loco; sed *explebitur;* implebuntur ex eo animæ eorum; Propulit, non est scriptum, sed *propellet;* Propellam illis opes meas, & honorem meum. Olim spoliastis illos, & postulavi in manibus vestris leges & jura regni; sed hoc loco *; propellet manus mea*. Olim occidistis illos, & inquisivi in jure regni; Et alii dicunt; vos estis meus gladius; non est dictum; sed *acutum faciam gladium meum;* Dixit Domino eorum ariolorum; sicuti dictum est *Ezech.* XXVII. 7. *Et dabo gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ*. Non dicit; sed *nudabunt gladios suos;* Et quia elevatum est ejus cor, Deus S. B. humiliavit illum, & spreverunt illum omnes gentes. Tres classes factæ sunt Ægyptiorum in mari; Alia dicebat; Auferam opes, & non occidam illos; Altera dicebat; occidam illos; & non auferam opes; Alia dicebat; occidam eos, & auferam opes. Quæ dicebat auferam opes, & non occidam illos; *Dividam spolia*. Quæ dicebat occidam illos, & non auferam opes: *Explebitur eis anima mea*. Quæ dicebat; occidam illos, & auferam spolia: *Propellet eos manus mea*. Quinque res provocavit Pharao in terra Ægypti: *Dixit inimicus; Persequar, assequar, dividam spolia; explebitur anima mea, acutum faciam gladium meum, propellet illos manus mea;* Et contra hæc emissa sunt quinque; Respondit illi spiritus; & dixit: *Flavisti spiritu tuo; & operuit eos mare; Immersi sunt veluti plumbum in aquis validis: Dextera tua, Domine, confringet hostem: & in multitudine magnitudinis tuæ confringes insurgentes tibi*. Simile est latroni qui stans provocat post palatium regis; & dicit; si inveniam filium regis, comprehendam, & occidam, & suspendam, & interficiam morte gravissima. Sic Pharao stans sprevit in terra Ægypti; *Persequar, assequar, dividam spolia*. Et Spiritus sanctus irrisit illum, & dixit: *Flavisti spiritu tuo, & operuit eos mare;* Et dictum est. *Declina manum tuam*. Et similiter dictum est *Psalm.* II. 1. *Quare fremuerunt gentes?* Et dictum est ibid. vers. 4. *Qui habitat in cœlis, irridebit eos:* Et dictum est *Psal.* LIX. *Ecce loquentur in ore suo &c.* Quid postea scriptum est? *Et tu, Domine, irridebis eos &c.* Et dictum est *Ezech.* XXXVIII. 18. *Et erit in die illa,*

אחריו מה כתוב אתה יהוה תשחק וגו׳
ואומר והיה ביום ההוא ביום בוא גוג על
אדמת ישראל ואומר ירעשו מפניו דגי
הים. הא כל אותן האלפים והרבבות. צללו
כעופרת במי ים אדירים במים אדירים.
ארבעה דברים נקראו אדירים ואלו הן
הקדוש ברוך הוא שנאמר אדיר במרום
יהוה. וישראל שנאמר אדירי כל חפצי
בם. ומצרים שנאמר אתה ובנות גוים
והמה אדירים. במים שנקראים אדירים
שנאמר צללו כעופרת במים אדירים.

פרשה ח

מי כמוך באלים כיון שראו ישראל
שאבד פרעה וחילו בים סוף ובטלה מלכות
של מצרים. ונעשו שפטים בעבודה זרה
פתחו פיהם ואמרו כולם מי כמוך באלים
ולא ישראל בלבד אמרו שירה אלא אף
האומות כששמעו שאבד פרעה ומצרים
בים ובטלה מלכותם ונעשו שפטים בעבודה
זרה שלהן כפרו כלן בעבודה זרה שלהן
ופתחו פיהם כלן והודו למרום ואמרו מי
כמוך באלים וגו׳. וכן את מוצא בעבודה
זרה שעתידין אומות העולם לכפור בה
שנאמר עזי ומעזי ומנוסי ביום צרה וגו׳
היעשה לו אדם אלהים וגו׳ ביום ההוא
ישליך האדם. ואומר לבא בנקרת הצורים
וגו׳ ואחריו מה כתיב והאלילים כליל יחלוף.
דבר אחר מי כמוך באלים יהוה מי כמוך
באלים ומי כמוך בנסים וגבורות שעשית
לנו על הים. שנאמר נוראות על ים סוף.
שנאמר ויגער בים סוף ויחרב מי כמוך
באלים. שומע עלבון בניך ושותק. שנאמר
החשתי מעולם אחריש אתאפק כיולדה
אפעה אשום ואשאף יחד. לשעבר אחריש
אתאפק מכאן ואילך אפעה. אחריב הרים
וגבעות וכל עשבם אוביש והולכתי עורים
בדרך לא ידעו בנתיבות לא ידעו אדריכם
אשים מחשך לפניהם לאור ומעקשים
למישור. דבר אחר מי כמוך באלים מי
כמוך באלו שמשמשין לפניך במרום.

la, in die adventus Gog super terram Israel &c. Et dictum est ibid. *Et commovebuntur a facie ejus pisces maris.* Ecce hæc omnia millia hominum, *&* *currus immersi sunt velut plumbum in aquis validis.* Quatuor appellati sunt אדירים & hi sunt, Deus S. B. dictum est enim *Psal.* LXXXIII. 4. *Fortis Dominus in altitudine.* Et Israel; dictum est enim Ibid. XVI. 3. *Fortibus, qui desiderant in eis.* Et Ægyptii; Dictum est *Ezech.* XXXII. 18. *Et tu .. Et filias gentium, & illi fortes.* In aquis quæ appellantur אדירים. Dictum est enim. *Immersi sunt velut plumbum in aquis validis.*

SECTIO VIII.

Quis sicut tu in diis? Quando vidit Israel periisse Pharaonem & exercitum ejus in mari Suph, & abolitum fuisse regnum Ægypti, & facta fuisse judicia contra Idololatriam, aperuerunt ora sua, & dixerunt omnes; *Quis sicut tu in diis?* & non solum Israel dixerunt canticum, sed etiam gentes, quando audierunt periisse Pharaonem, & Ægyptios in mare, & abolitum fuisse regnum eorum, & facta fuisse judicia contra eorum Idololatriam, abnegarunt omnes Idololatriam, & omnes aperuerunt ora sua, & laudarunt Altissimum, & dixerunt; *Quis sicut tu in diis?* &c. Et sic tu deprehendis in Idololatria, quam abnegaturæ sint gentes mundi; dictum est enim *Jerem.* XVI. 19. *Fortitudo mea, & robur meum in die tribulationis &c. Numquid faciet sibi homo Deos? &c. In die illa projiciet homo &c.* Et dictum est: *& in cavernas saxorum.* Ibid. & postea quid scriptum est? *Et idola penitus conterentur.* Alia expositio: *Quis sicut tu in diis Domine?* Quis sicut tu in fortibus? Quis sicut tu in miraculis, & portentis, quæ fecisti nobis super mare? Dictum est enim *Psal.* CVI. 22. *Terribilia in mari rubro.* Et dictum est ibid. vers. 9. *Et increpuit mare rubrum, & exsiccatum est. Quis sicut tu in diis?* Dictum est enim *Isai.* XLII. 14. *Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul.* Olim *tacui, silui*, hinc & ulterius *dissipabo. Desertos faciam montes, & colles, & omne gramen eorum exsiccabo. Et ducam cæcos in viam, quam nesciunt, & in semitis quas ignoraverunt, ambulare eos faciam, ponam tenebras coram eis in lucem, & prava in recta.* Ibid. Alia expositio. *Quis sicut tu*

שנאמר מי בשחק יערוך אליך. ואומר אל נערץ בסוד קרושים רבה וגו׳. יהוה אלהי ישראל צבאות מי כמוך חסין יה. מי כמוך כאלו שקורים עצמן אלוהות. פרעה קרא עצמו אלוה שנאמר יען אמר יאור לי ואני עשיתי. וכן סנחריב שנאמר מי בכל אלהי הארצות וכן נבוכדנצר שנאמר אעלה על במתי עב וגו׳ וכן נגיד צור שנאמר אמור לנגיד צור. כה אמר יהוה אלהים יען גבה לבך וגו׳ מי כמוך כאלו שאחרים קורין אותם אלוהות ואין בהם ממש ועליהם נאמר פה להם ולא ידברו. אבל הקדוש ברוך הוא אומר שני דברים בדיבור אחד מה שאי איפשר לבשר ודם לעשות כן. שנאמר אחת דבר אלהים שתים זו שמענו וגו׳ הלא כה דברי כאש נאם יהוה וכתיב והגה מפיו יצא. מי כמוכה נאדר בקדש. נאה אתה ואדיר בקדש לא כמדת בשר ודם מדתך. מדת בשר ודם אינו יכול לשמוע בשני דברים כאחת. אבל הקדוש ברוך הוא אמר עשרת הדברות כאחד מה שאי איפשר לבשר ודם לעשות כן שנאמר וידבר אלהים את כל הדברים האלה לאמר. מדת בשר ודם אינו יכול לשמוע משני בני אדם כשהן צועקין אבל הקדוש ברוך הוא אפילו לכל באי העולם באין וצועקין לפניו הוא שומע צעקתם שנאמר שומע תפלה עדיך וגו׳. נורא תהלות לא מעכשיו אלא מעולם נורא תהלות דבר אחר נורא תהלות מדת בשר ודם מוראו על הרחוקים יותר מהקרובים אבל הקדוש ברוך הוא אינו כן אלא מוראו על קרוביו יותר מרחוקיו שנאמר בקרובי אקדש. ואומר סביביו נשערה מאד ואומר ונורא על כל סביביו ואומר יהוה אלהי צבאות מי כמוך חסין יה ואמונתך

tu in Diis? Quis ſicut tu in iis, qui miniſtrant coram te in cœlo? Dictum eſt enim *Pſal.* LXXXIX. 7. *Quis in nubibus æquabitur Domino?* Et dictum eſt ibid. *Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorum, magnus &c. Domine Deus exercituum, quis ſimilis tibi? potens es; Domine. Quis ſicut tu in iis;* qui ſe appellant Deos? Pharao appellavit ſe Deum; Dictum eſt enim *Ezech.* XXIX. 9. *Pro eo quod dixeris; Fluvius meus eſt; Et ego feci eum.* Et ſimiliter Senacherib; Dictum eſt enim XVIII. 35. *Quinam illi ſunt in univerſis Diis terrarum?* Et ſic Nebuchdnezar; dictum eſt enim *Iſai.* XIV. 14. *Adſcendam ſuper altitudinem nubium.* Et ſic princeps Tyri, Dictum eſt enim *Ezech.* XXVIII. 2. *Dic principi Tyri: Sic dicit Dominus Deus; eo quod elevatum eſt cor tuum &c.* Quis ſimilis tibi in illis, quos alii appellant Deos, & non eſt in iis ſubſtantia? Dictum eſt enim *Pſal.* CXV. 13. *Os habent, & non loquentur.* Sed Deus S. B. duo in una allocutione loquitur, quod fieri non poteſt ab homine. Dictum eſt enim *Pſalm.* LXII. 12. *Unum locutus eſt Dominus, & duo audivimus &c.* Et dictum eſt; *Nunc jam ſic verba mea ſicut ignis; dicit Dominus.* Et ſcriptum eſt *Job* XXXVII. 2. *Et ſonum de ore illius producentem. Quis ſicut tu fortis in ſanctitate?* Bonus tu, & fortis in ſanctitate. Non eſt tua conſuetudo ſicut conſuetudo hominis. Homo non ſolet duo ſimul audire; ſed Deus S. B. decem verba ſimul dicit, quod fieri non poteſt ab homine; dictum eſt enim *Ex.* XX. 1. *Et locutus eſt Deus omnia verba iſta, dicendo.* Homo non ſolet exaudire duobus hominibus, quando exclamant; At Deus S. B. audit clamorem omnium venientium in mundum, qui exclamant in conſpectu ſuo. Dictum eſt enim *Pſal.* LXIV. 3. *Exaudi orationem meam, ad te &c. Formidabilis laudibus;* Non ex hoc tempore, ſed ab æternitate *formidabilis laudibus.* Alia expoſitio: *Formidabilis laudibus:* Solet homo formidabilis eſſe magis longinquis quam proximis; ſed Deus S. B. eſt formidabilis magis proximis quam longinquis; Dictum eſt enim *Levit.* X. 3. *In propinquis meis ſanctificabor.* Et dictum eſt *Pſal.* L. 3. *Et in circuitu ejus tempeſtas valida.* Et dictum eſt ibid. LXXXIX. 7. *Et terribilis ſuper omnes qui in circuitu ejus ſunt.* Et dictum eſt ibid. *Domine Deus exercituum, qui ſimilis tibi? Potens es Domine, & unitas tua in circuitu tuo.* Solet homo, quando facit opus apud patrem familias, arare cum

סביבותיך. מדת בשר ודם כשהוא עושה פועל אצל בעל הבית חורש עמו וזורע עמו ומנכש עמו. מעדר עמו. מטבע אחד נותן לו והולך אבל הקדוש ברוך הוא אינו כן. אדם תאב לבנים נותן לו שנאמר הנה נחלת יהוה בנים תאב לחכמה ונותן לו. שנאמר כי יהוה יתן חכמה. תאב לנכסים נותן לו שנאמר העושר והכבוד מלפניך. מדת בשר ודם. כשהוא בונה. בונה התחתון ואחר כך העליון אבל הקדוש ברוך הוא בונה העליון ואחר כך בונה התחתון. שנאמר בראשית ברא אלהים את השמים ואחר כך את הארץ. מדת בשר ודם כשהוא מקרה מקרה בעצים ועפר ובמים. והקדוש ברוך הוא מקרה עולמו במים. שנאמר המקרה במים עליותיו וגו'. מדת בשר ודם אינו יכול לצור צורה במים אבל הקדוש ברוך הוא צר צורה במים. הלא כחלב תתיכני. מדת בשר ודם אינו יכול לצור צורה בעפר והקדוש ברוך הוא צר צורה בעפר. שנאמר אשר עשיתי בסתר רוקמתי וגו' מדת בשר ודם כשהוא בא לצור צורה מתחיל בראשה או באחד מאיבריה ואחר כך גומרה אבל הקדוש ברוך הוא צר כולה כאחת. שנאמר כי יוצר הכל הוא. ואומר ואין צור כאלהינו. אין צור כאלהינו מדת בשר ודם הולך אצל עושה צלמים ואומר לו עשה לי צורתו של אבא. והוא אומר לו. יבא אביך ויעמוד לפני או הבא לי אקונין שלו ואעשה צורתו אבל הקדוש ברוך הוא אינו כן נותן לאדם זה מטפה של מים ודומה לצורת אביו. עושה פלא עשה פלא אין כתיב אלא עושה פלא לעתיד לבא. שנאמר לכן הנה ימים באים נאם יהוה ולא יאמר עוד חי יהוה אשר העלה ישראל ממצרים וגו'. דבר אחר עושה פלא עשה עמנו פלא ועושה עמנו בכל דור ודור. שנאמר אודך על כי נוראות נפלאתי. ואומר רבות עשית אתה יהוה. דבר אחר עושה פלא עם אבות ועתיד לעשות עם בנים שנאמר כימי צאתך ממצרים אראנו נפלאות. אראנו מה שלא הראתי אל אבות שהרי נסים וגבורות שאני עתיד

eo, & serere cum eo, runcare cum eo, sarrire cum eo, dat illi unam monetam, & abit. At Deus S. B. non ita facere consuevit. Si homo desiderat filios, dat illi. Dictum est enim *Psal.* CXXVII. 3. *Ecce hæreditas Domini, filii*. Si desiderat sapientiam, dat illi. Dictum est enim *Prov.* II. 6. *Quia Dominus dat sapientiam*. Si desiderat opes, dat illi: Dictum est enim I. *Paralip.* XXIX. 12. *Divitiæ & gloria a conspectu tuo*. Solet homo, quando ædificat, ædificare prius partem inferiorem, & postea superiorem; At Deus S. B. ædificat prius superiorem, & postea inferiorem; Dictum est enim *Genes.* I. I. *In principio creavit Deus cœlum*; & posthæc; *terram*. Solet homo quando consignat, consignare lignis, pulvere, & aqua. At Deus S. B. consignavit mundum suum in aquis; Dictum est enim *Job* X. 10. *Nonne sicut lac mulsisti me?* Homo non solet formare effigiem in pulvere; At Deus S. B. format effigiem suam in pulvere; dictum est enim *Ps.* CXXXIX. 15. *Quod fecisti in occulto, & substantia mea &c.* Homo quando solet formare figuram, incipit a capite, aut ab aliquo ex ejus membris, & posthæc perficit. Sed Deus S. B. omnia simul efformat; Dictum est enim *Jer.* X. 15. *Quoniam formavit ipse omnia*. Et dictum est I. *Sam.* II. 2. *Et non est formator, sicut Deus noster*; Non est formator sicut Deus noster. Homo si adeat pictorem, dicens: Fac mihi imaginam mei patris. Ille respondebit; veniat tuus pater, & consistat coram me; aut affer mihi ejus imaginem, & faciam ejus imaginem. At Deus S. B. non ita facere consuevit, sed dat imaginem hominis ex gutta aquæ, & assimilatur imagini sui patris. Qui fecisti miranda; non scriptum est; sed *facies miranda* in tempus futurum; Dictum est enim *Jerem.* XVI. 14. *Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicetur ultra; vivit Dominus, qui eduxit filios Israel de Ægypto &c.* Alia expositio: *Qui facies miranda*. Fecisti nobis miranda, & facies nobis in omnibus generationibus. Dictum est enim *Psalm.* CXXXIX. 14. *Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua*. Et dictum est; *multa fecisti tu Deus*. Alia expositio: *Qui facies miranda cum patribus nostris, & facies cum filiis*; Dictum est enim *Mich.* VII. 15. *Secundum dies egressionis tuæ de Ægypto, ostendam mirabilia; Ostendam*; Quæ non ostendi patribus; Quia miracula, & portenta, quæ faciam cum filiis, ma-

לעשות עם הבנים. יותר הם ממה שעשיתי לאבות וכן הוא אומר עושה נפלאות וגו׳ ואומר ברוך יהוה אלהי ישראל וגו׳.

פרשה ט

נטית ימינך תבלעמו ארץ. מגיד שכל הנפשות ביד הקדוש ברוך הוא שנאמר אשר בידו נפש כל חי. ואומר בידך אפקיד רוחי באי זו זכות נתנה להם קבורה בזכות שאמר יהוה הצדיק אמר הקדוש ברוך הוא אם צדקתם עלי את הדין אני לא אקפח לכם שכרכם ואתן לכם מקום קבורה שנאמר נטית ימינך תבלעמו ארץ. דבר אחר נטית ימינך. מגיד שהיה זורקן ליבשה והיבשה זורקן לים אמרה יבשה ומה בשעה שלא קבלתי אלא דם הבל שהוא יחידי. נאמר לי ארור אתה וגו׳ עתה איך אוכל לקבל דמן של אבלוסין הללו. עד שנשבע לה הקדוש ברוך הוא שאיני מעמידך בדין שנאמר נטית ימינך תבלעמו ארץ ואין ימין אלא שבועה. שנאמר נשבע יהוה בימינו. דבר אחר נטית ימינך כשהקדוש ברוך הוא נוטה ידו רשעים כלים מן העולם שנאמר ויט ידו על צפון ויאבד את אשור וגו׳ ואומר הנני נוטה את ידי על פלשתים וגו׳ ואומר נטיתי ידי על יהודה ואומר נטיתי ידי על אדום משל למה הדבר דומה לבצים הנתונות ביד אדם יטה ידו מעט כולן נופלות ומשתברות. שנאמר ויהוה יטה ידו וכשל עוזר ונפל עזור וגו׳. נחית בחסדך חסד שעשית לנו שלא היה בידינו מעשים שנאמר חסדי יהוה אזכיר וגו׳ חסדי יהוה עולם אשירה וגו׳ והעולם מתחלתו לא נבנה אלא בחסד שנאמר אמרתי העולם חסד יבנה וגו׳. עם זו גאלת

majora erunt, quam ea, quo feci patribus: & sic dictum est *Psal.* LXXII. 18. *Faciens mirabilia*. Et dictum est ibid. *Benedictus Dominus Deus Israel &c.*

SECTIO IX.

INclinasti dexteram tuam, absorpsit eos terra. Ostendit, quod omnes animæ sint in potestate Domini. Et dictum est *Psal.* XXXI. 6. *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum*. Quonam merito concessa est illis sepultura? Propter meritum, quia dixit *Exod.* IX. 27. *Dominus justus*; Dixit Deus S. B. Quia justificastis super me judicium, non præcidam vobis mercedem vestram, & dabo vobis locum sepulturæ; dictum est enim. *Inclinasti dexteram tuam, & absorpsit eos terra*. Alia expositio: *Inclinasti dexteram tuam*; Ostendit, quod conspersit eos in aridam, & arida conspersit eos in mare; Dixit arida; quo tempore non recepi nisi sanguinem Abel, qui erat unus, dictum est mihi; *Maledictus tu &c. Genes.* IV. 11. Nunc quomodo potero recipere sanguinem hujus exercitus? Donec illi juraverit Deus S. B. Quod te non constituam in judicio. Dictum est enim. *Inclinasti dexteram tuam absorpsit eos terra*. Dextera non significat nisi juramentum; Dictum est enim *Isai.* LXII. 8. *Juravit Dominus in dextera sua*. Alia expositio: *Inclinasti dexteram tuam*. Quando Deus S. B. inclinat manum suam, impii perduntur de mundo; dictum est enim *Sophon.* II. 13. *Et extendet manum suam super aquilonem, & perdet Assur &c. Ecce ego extendam manum meam super Philistiim &c.* Ezech. XXV. 16. *Extendam manum meam super Judam*. *Sophon.* I. 4. Et dictum est *Ezech.* ibid. *Extendam manum meam super Edom*. Cui hoc est simile? Simile est ovis, quæ imposita sint manui hominis; si inclinet manum, parum abest, qui omnia decidant, & rumpantur; Dictum est enim *Isai.* XXXI. 3. *Et Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet, cui præstatur auxilium*. Quiescam in misericordia tua, quam fecisti nobis; quia in nobis non erant opera. Dictum est enim *Isai.* LXIII. 7. *Miserationum Domini recordabor &c. Misericordias Domini in æternum cantabo Psal.* LXXXIX. 1. Et mundus a principio non est conditus nisi per misericordiam; Dictum est enim ibid. *Mundum misericordia ædificabit &c. Populum tuum salvasti*; Quia universus mundus tuus est; & non est tibi popu-

lus

לפי שכל העולם שלך. ואין לך עם אלא ישראל שנאמר עם זו יצרת לי וגו' וכן הוא אומר ששים המה מלכות ושמונים פלגשים ששים המה מלכות אלו ששים רבוא ושמונים פלגשים. אלו מבן עשרים שנה ולמעלה ועלמות אין מספר. אלו הקטנים שאין להם מנין. אף על פי כן אחת היא יונתי תמתי. זה משה שנשקל כנגד הכל. וכבר היה רבי יושב ודורש שילדה אשה ששים רבוא נענה תלמיד מלפניו ואמר לו רבי מי גדול העולם. אמר ליה הצדיק למה כשילדה יוכבד את משה היה שקול כנגד כל העולם כלו וכי היכן מצינו שהיה משה שקול כנגד הכל שנאמר כאשר צוה יהוה את משה ובני ישראל. ואומר אז ישיר משה ובני ישראל ואומר ולא קם נביא עוד בישראל כמשה.

נהלת בעזך. בזכות התורה שהם עתידין לקבל ואין עוזך אלא תורה. שנאמר יהוה עוז לעמו יתן יהוה יברך את עמו בשלום. ואומר ועוז מלך משפט אהב. דבר אחר נהלת בעזך בזכות מלכות בית דוד שהן עתידין לקבל את המלכות ואין עזך אלא מלכות שנאמר יהוה בעזך ישמח מלך וגו'. ואומר ויתן עוז למלכו.

אל נוה קדשך. בזכות בית המקדש שהן עתידין ליבנות ואין נוה אלא מקדש. שנאמר ואת נוהו השמו ואומר חזה ציון קרית מועדינו.

שמעו עמים ירגזון ביון ששמעו האומות שאבד פרעה וחילו בים. ומלכות המצרים בטלה. ונעשו שפטים בעבודה זרה שלהן התחילו מרגזין לכך נאמר שמעו עמים ירגזון. דבר אחר שמעו עמים ירגזון. כדי שישמעו האומות שהקדוש ברוך הוא מגביה קרנן של ישראל ומכניסן לארץ התחילו מתרגזין לכך נאמר שמעו עמים ירגזון. אמר הקדוש ברוך הוא שוטים

lus nisi Israel. Dictum est enim *Isai.* XLIII. 21. *Populum istum formavi mihi*. Et sic dictum est *Cantic.* VI. 7. *Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ; sexaginta reginæ* sunt sexaginta myriades; & *octoginta concubinæ*; sunt qui nati erant a vigesimo anno & ultra; *& adolescentulorum non est numerus*. Sunt pueri, quorum non est numerus, & quamvis ita sit, tamen *una est columba mea, perfecta*. Hic est Mose, qui comparatur omnibus; & Rabi sedens exponebat illud, quod dictum est: *Peperit mulier*. *Exod.* II. 2. Sexaginta myriades respondit discipulus coram illo; & dixit illi Rabi; Quis maximus in mundo? Respondit; Justus; Cur postquam peperit Jocabed Mosen, ille fuit comparatus universo mundo? Et ubi reperimus, quod Mose fuerit omnibus comparatus? Ex eo quod dictum est; *Sicut præcepit Dominus Mosi, & filiis Israel*; Et dictum est *Ex.* XV. *Tunc cecinit Mose, & filii Israel*. Et dictum est *Deut.* XXXIV. 10. *Neque surrexit propheta amplius in Israel sicut Mose*.

Deduxisti fortitudine tua. Propter meritum legis, quam accepturi erant; & עוזך non est nisi lex; dictum est enim *Psal.* XXIX. 11. *Dominus virtutem populo suo dabit, Dominus benedicet populo suo in pace*. Et dictum est Ibid. XCIX. 4. *Et virtus regis judicium diligit*. Alia expositio: *Deduxisti fortitudine tua*: propter meritum regni domus David, quia regnum erant accepturi; & עזך est regnum; Dictum est enim ibid. XXI. 2. *Domine in virtute tua gaudebit rex &c.* Et dictum est 2. *Sam.* XX. 2. *Et dedit fortitudinem regi*.

Ad habitationem sanctitatis tuæ; propter meritum domus sanctuarii quam erant ædificaturi; & נוה non est nisi sanctuarium; Dictum est enim *Psalm.* LXXIX. 7. *Et locum ejus desolaverunt*. Et dictum est *Isai.* XXXIII. 20. *Respice Sion civitatem solennitatis nostræ*.

Audierunt populi, contremuerunt; Quando audierunt nationes mundi periisse Pharaonem, & exercitum ejus in mari, & regnum Ægypti abolitum fuisse, & facta fuisse judicia in eorum Idololatriam, inceperunt contremere; idcirco dictum est; *Audierunt populi, contremuerunt*; Alia expositio; *Audierunt populi, contremuerunt*; Ut audirent nationes mundi, quod Deus S. B. elevasset cornu Israel, & introduceret in terram; inceperunt contremere. Idcirco dictum est: *Audierunt populi, contremuerunt*. Dixit Deus S. B. Stulti; in mundo quam multi reges regnarunt coram me, & Israel

שבעולם כמה מלכים מלכו לפני ולא כעסו ישראל. שנאמר ואלה המלכים אשר מלכו בארץ אדום. וכמה שלטונות שלטו מכם ולא כעסו ישראל. שנאמר אלוף לוטן אלוף שובל ועכשו אתם כועסים אף אני אתן לכם כעס שאין בו רצון שנאמר יהוה מלך ירגזו עמים.

חיל אחז יושבי פלשת. כיון ששמעו האומות ויושבי פלשת שישראל נכנסין לארץ אמרו הם באו לעורר עידותן של בני אפרים שנאמר בני אפרים שותלח ובכר בנו וגו׳. ואומר בני אפרים נושקי רומי קשת. מפני מה על שלא שמרו ברית אלהים ובתורתו מאנו ללכת. ועל שעברו על הקץ ועל השבועה אמרו אין להם דרך בכל מקום אלא עלינו ועכשו הם באים ובוזים את נכסינו ומחריבים ארצנו.

אז נבהלו אם תאמר שהם באים לירש את ארצנו והלא כבר נאמר אתם עוברים בגבול אחיכם בני עשו ואומר אל תתגר בם מלחמה. הא מה תלמוד לומר אלופי אדום מפני אנינות אמרו עכשו הם באם לעורר מריבה ששטם אבינו לאביהם שנאמר וישטום עשו את יעקב.

אילי מואב. אם תאמר שהם באים לירש את ארצינו והלא כבר נאמר אל תצר מואב וגו׳ ואומר וקרבת מול בני עמון הא מה תלמוד לומר אילי מואב מפני אנינות הם באים עכשיו לעורר מריבה שבין אבינו לאביהם שנאמר ויהי ריב וגו׳. נמוגו כל יושבי כנען. כיון ששמעו יושבי כנען שאמר הקדוש ברוך הוא למשה רק מערי העמים וגו׳ כי אם החרם תחרימם אמרי אלו ואלו. לא היו מתיראין אלא ממمונם ומנכסיהם. אבל עלינו אינן באין אלא לכלותינו. ולירש את ארצנו. התחילו להמס שנאמר נמוגו. ואין נמיגה אלא נמיסה. שנאמר

& Israel non est indignatus! Dictum est enim; *Et isti sunt reges, qui regnarunt in terra Edom*. Et quam multi principes ex vobis dominati sunt, & Israel non est indignatus! Dictum est enim *Genes.* XXXVI. 29. *Dux Lotan, dux Shobal*. Et nunc vos indignamini? Ego quoque dabo in vos iram, ut non sit amplius conciliatio; Dictum est enim *Psalm.* XCIX. I. *Dominus regnavit, irascantur populi*.

Dolor apprehendit habitatores Philistiim. Quando audierunt nationes mundi, & habitatores Philistiim, quod Israel ingrederetur in terram; dixerunt; isti veniunt ad excitandam litem filiorum Ephraim; Dictum est enim *Num.* XXVI. 35. *Filii autem Ephraim: Suthala*. Et dictum est *Psalm.* LXXVIII. 9. *Filii Ephraim intendentes, & mittentes arcum*. Qua de causa? Quia *Non custodierunt testamentum Dei, & in lege ejus noluerunt ambulare*. Et quod fregerunt pactionem & juramentum; dixerunt; non est illis iter in ullo loco, nisi per terras nostras; & nunc illi veniunt, & depopulabuntur facultates nostras, & desolabunt terras nostras.

Tunc pavore percussi sunt; Si dicas, quod illi veniant ad hæreditandam terram nostram; At dictum est *Deuter.* II. 4. *Vos transituri estis terminum fratrum vestrorum filiorum Esau*. Et dictum est; *Ne hostiliter agas*. Ibidem vers. 9. Cur dictum est *Genes.* XXXVI. 43. *Duces Edom?* Propter lamentationes; Dicebant; Nunc veniunt ad excitandam litem, quod iram conceperit pater noster adversus eorum patrem; Dictum est enim *Genes.* XXVII. 41. *Iram concepit Esau in Jacob*.

Robustos Moab; Si dicas, quod illi veniant ad hæreditandam terram nostram; Verum jam dictum est *Deuter.* II. 9. *Ne hostiliter agas cum Moab &c.* Et dictum est ibid. vers. 19. *Et accedes e regione filiorum Ammon*. Et cur dictum est; *robustos Moab?* Propter lamentationes; Isti nunc veniunt ad excitandam litem; quæ fuerat inter patrem nostrum & eorum patrem; dictum est enim *Genes.* XIII. 7. *Et fuit contentio*. *Liquefacti sunt omnes habitatores Chanaan*. Quando audierunt habitatores Chanaan, quod dixerit Deus S.B. Mosi. *Tantum de urbibus populorum istorum*. *Deut.* XX. 16. *Sed anathemate delendo anathemate delebis eas*. Dixerunt illi & isti; Illi non timebant nisi de eorum opibus, & facultatibus; sed contra nos non veniunt, nisi ad nostrum excidium, & ad hæreditandam terram no-

ונמס כל לב. ואומר נמוגים ארץ וכל יושביה ואומר למען למוג לב. תפול עליהם אימתה אימתה על רחוקים ופחד על קרובים. כענין שנאמר ויהי כשמוע כל מלכי האמורי אשר בעבר הירדן. כי יהוה אלהיכם הוא האלהים. וכן רחב אומרת לשלוחי יהושע כי שמענו את אשר הוביש וגו'. בגדול זרועך כיון שיצאו ישראל מן הים כנס עמלק את כל אומות העולם ובא ונלחם עם ישראל ונתפלל משה באותה שעה ודממו כלן כאבן. לכך נאמר בגדול זרועך ידמו כאבן. דבר אחר ידמו כאבן כיון שנכנסו מרגלים לארץ כל מי שהיה אומר אלו מרגלי ישראל היה דומם כאבן. דבר אחר בגדול זרועך. כיון שעברו ישראל את הירדן נתקבצו כל מלכי כנען ובאו ונלחמו עם ישראל שנאמר ויהי כשמוע יבין מלך חצור וגו' יצאו הם וכל מחניהם וגו' ויועדו כל המלכים האלה ויתקבצו כל המלכים יחדו. באותה שעה התפלל יהושע ודממו כלן כאבן. לכך נאמר ידמו כאבן.

עד יעבור עמך יהוה עד יעבור עם זו קנית. לפי שכל העולם שלך ואין לך עם אלא ישראל שנאמר עם זו יצרתי לי ארבעה נקראו קנין ישראל נקראו קנין שנאמר עם זו קנית. שמים וארץ נקראו קנין, שנאמר קונה שמים וארץ. בית המקדש נקרא קנין שנאמר יהוה קנני ראשית דרכו. יבואו ישראל שנקראו קנין לארץ שנקראת קנין. ויבנו בית המקדש שהוא קנין, לכך נאמר עם זו קנית.

nostram; Inceperunt liquescere; dictum est enim; *Liquefacti sunt*; Non est נמיגה nisi liquefactio; Dictum est enim *Ezech.* XXI. 7. *Et liquescet omne cor*. Et dictum est *Psal.* LV. 4. *Liquefacta est terra, & omnes habitatores ejus*. Et dictum est *Ezech.* XXI. 2. *Ut liquescat cor*. Cadet super eos timor ac metus super longinquos, & pavor super vicinos; Sicut dictum est *Jos.* V. 1. *Et fuit, postquam audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui erant trans Jordanem*, quod Dominus Deus vester esset Deus. Et sic dixit Rahab nunciis Josue. *Audivimus quod siccaverit &c. In magnitudine brachii tui.* Postquam Israel egressus est de mari; collegit Amalech omnes nationes mundi, & proficiscens pugnavit cum Israel, & eo tempore oravit Mose, & tacuerunt omnes sicut lapis; Idcirco dictum est; *In magnitudine brachii tui, tacebunt sicut lapis*. Alia expositio; *Tacebunt sicut lapis*; Postquam ingressi sunt exploratores in terram, omnes qui dicebant, isti sunt exploratores, tacebant sicut lapis. Alia expositio: *In magnitudine brachii tui*; Postquam transgressi sunt Israelitæ Jordanem, congregati sunt omnes reges Chanaan, & profecti pugnaverunt cum Israel; Dictum est enim *Jos.* XI. 1. *Et fuit, quum audisset Jabin rex Asor. Et isti sunt reges, qui erant ab aquilone &c. Egressique sunt omnes cum turmis suis &c. Convenerunt, & congregati sunt omnes reges isti in unum*. Eo tempore oravit Josue, & tacuerunt sicut lapis; Idcirco dictum est; *Tacebunt sicut lapis*.

Donec transierit populus tuus Domine, donec transierit populus iste, quem acquisivisti. Universus mundus tuus est; & non est tibi populus nisi Israel; dictum est enim *Isai.* XLIII. 21. *Populum istum formavi mihi*. Quatuor vocantur acquisitio; Israel; dictum est enim; *populus iste, quem acquisivisti*; Cœlum & terra vocatur acquisitio; dictum est enim *Genes.* XIV. 22. *Possessorem cœli & terræ*. Domus sanctuarii vocatur acquisitio. Dictum est enim *Psal.* LXXVIII. 14. *Montem quem acquisivit dextera ejus*. Lex vocatur acquisitio: Dictum est enim *Prov.* VIII. 22. *Dominus acquisivit me in initio viarum suarum*. Veniant Israelitæ, qui vocantur acquisitio, in terram, quæ vocatur acquisitio, & ædificent domum sanctuarii, quæ vocatur aquisitio, propter meritum legis, quæ vocatur acquisitio; Idcirco dictum est; *Populus iste, quem acquisivisti*.

SE-

פרשה י

תביאמו ותטעמו . נתנבאו אבות ולא ידעו מה תביאנו ותטענו אין כתיב כאן אלא תביאמו ותטעמו אמרו הבנים נכנסין ולא האבות. והכי אמר אם לא תדעי לך היפה בנשים צאי לך בעקבי הצאן ורעי את גדיותיך וגו׳ גדיים נכנסין ולא תיישים. דבר אחר תביאמו ותטעמו בכרם זו שהיא נטועה שורות שנאמר מפאת קדמה עד פאת ימה יהודה אחד דן אחד . נפתלי אחד. תביאמו ותטעמו נטיעה שאין בה נתיצה. שנאמר ונטעתים ולא אתוש ובניתים ולא אהרוס ונטעתים על אדמתם ולא ינטשו עוד. בהר נחלתך. בהר שהבטחתנו בו שנאמר בהר קדשי בהר מרום ישרא׳. ארבעה נקראו נחלה. בית המקדש נקרא נחלה. שנאמר בהר נחלתך ארץ ישרא׳ נקראת נחלה שנאמר בארץ אשר יהוה אהיך נותן לך נחלה. וכן התורה נקראת נחלה . שנאמר וממתנה נחלי׳ וכן ישרא׳ קרויין נחלה שנאמר עמי ונחלתי ישרא׳. אמר הקדוש ברוך הוא יבא ישרא׳ שנקראו נחלה ויבנו בית המקדש שנקרא נחלה בזכות התורה שנקראת נחלה . לכך נאמר בהר נחלתך מכון לשבתך . זה אחד מן הדברים שהוא כנגד של מעלה שכסא של מטה הוא מכון כנגד כסא של מעלה והכי אמר יהוה בהיכל קדשו. יהוה בשמים כסאו. ואומר בנה בניתי בית זבול לך מכון לשבתך עולמים . פעלת יהוה. חביב בית המקדש לפני מי שאמר והיה העולם . שכשברא הקדוש ברוך הוא את העולם לא בראו א׳א במאמר. שנאמר בדבר יהוה שמים נעשו . כשבא לבית המקדש כביכול

SECTIO X.

INtroduces eos, *& plantabis eos;* Prophetarunt patres, & non cognoverunt quis introduceret; & plantabis nos; non ſcriptum eſt; Sed *introduces eos, & plantabis eos;* Et ſic dicit; *Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere & abi poſt veſtigia gregum, & paſces hædos tuos &c. Cantic.* I. 7. Hœdi ingredientur, non autem hirci. Alia expoſitio. *Introduces eos, & plantabis eos* in vinea hac, quæ plantata ſit per lineas. Dictum eſt enim *Ezech.* XLVIII. 1. *A plaga orientali uſque ad plagam maris Juda una, Dan una, Nephtali una. Et introduces eos* plantatione, in qua non ſit demolitio. Dictum eſt enim *Jerem.* XXIV. 6. *Et ædificabo eos, & non deſtruam, & plantabo eos, & non evellam. Et plantabo eos ſuper humum ſuam, & non evellam eos ultra. Amos* IX. 15. *In monte hæreditatis tuæ;* In monte, in quo mactavimus; Dictum eſt enim *Ezech.* XX. 40. *In monte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael.* Quatuor vocantur hæreditas; Domus ſanctuarii vocatur hæreditas; dictum eſt enim: *In monte hæreditatis tuæ.* Terra Iſrael vocatur hæreditas; dictum eſt enim *Deuter.* IV. 21. *In terra, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in hæreditatem.* Et ſimiliter lex vocatur hæreditas; Dictum eſt enim *Num.* XXI. 19. *Et e Mattanah Nabaleel.* Iſrael vocatur hæreditas; Dictum eſt enim *Iſai.* XIX. 26. *Populus meus, & hæreditas mea Iſrael.* Dixit Deus S. B. Veniat Iſrael, qui vocatur hæreditas, & ædificet domum ſanctuarii, quæ vocatur hæreditas, propter meritum legis, quæ vocatur hæreditas. Idcirco dictum eſt: *In monte hæreditatis tuæ præparato in reſidendi locum tuum.* Hoc eſt unum ex iis, quod reſpicit ſolium excelſum, quia ſolium inferius reſpicit ſuperius; Dictum eſt enim *Pſal.* XI. 5. *Dominus in templo ſuo; Dominus in cœlo ſedes ejus.* Et dictum eſt 1. *Reg.* VIII. 13. *Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum, ſanctiſſimum ſolium tuum in ſempiternum. Quem perfeciſti Domine.* Dilecta eſt domus ſanctuarii coram eo, qui dicit; & fuit mundus; Quando Deus S. B. condidit mundum, non condidit niſi verbo; Dictum eſt enim; *Verbo Domini facti ſunt cœli;* Quando venit in domum ſanctuarii, quaſi factum eſt, coram eo; Dictum eſt enim; *Quem perfeciſti Domine.* Væ nationibus mundi! Quod auribus ſuis audierunt, quod domus ſanctuarii vocaretur

tur

פעולה לפניו. שנאמר פעלת יהוה. אוי להם לאומות העולם מה הן שומעין באזניהם שהרי בית המקדש שקרוי פעולה לפניו עמדו והחריבוהו. והם אמרו ערו ערו עד היסוד בה. כענין מה שנאמר ממרום ישאג. מקדש יהוה כוננו ידיך. חביב בית המקדש לפני הקדוש ברוך הוא שכשברא הקדוש ברוך הוא את עולמו לא בראו אלא בידו אחת. שנאמר אף ידי יסדה ארץ. וכשבא לבנות בית המקדש כביכול בשתי ידיו. שנאמר מקדש יהוה כוננו ידיך. אימתי תבנהו בשתי ידיך:

משל ללסטים שנכנסו לפלטרין של מלך בזזו נכסיו והרגו פמליא של מלך והחריבו פלטרין של מלך לאחר זמן ישב מלך עמהם בדין תפש מהם. הרג מהם. צלב מהם. וישב בפלטרין שלו ואחר כך נתודעה מלכותו לעולם. לכך נאמר מקדש יהוה כוננו ידיך. יהוה ימלוך לעולם ועד. רבי יוסי הגלילי אומר אלו אמרו ישראל על הים יהוה מלך לעולם ועד. לא היה אומה ולשון שולטת בהן לעולם. אלא אמרו יהוה ימלוך לעולם ועד. לעתיד לבא. על עמך צאן מרעיתך זרע אברהם אוהבך בני יחידך. יצחק עדת יעקב בנך בכורך. גפן שהסעתה ממצרים. וכנה אשר נטעה ימינך. יהוה ימלוך לעולם ועד. מפני מה כי בא סוס פרעה ברכבו ופרשיו בים וישב יהוה עליהם וגו׳

ותקח מרים הנביאה וכי היכן מצינו שנביאה היתה מרים אלא שאמר לאביה סופך אתה מוליד בן שמושיע את ישראל מיד מצרים. מיד וילך איש מבית לוי ויקח וגו׳ ותהר ותלד בן וגו׳ ולא יכלה עוד הצפינו. נזף בה אביה אמר לה בתי היכן נבואתך ועודה מחזקת בנבואתה, שנאמר ותתצב אחותו מרחוק לדעה מה יעשה לו ואין יציבה אלא נביאה שנאמר ראית את יהוה נצב על המזבח ואומר ויבא יהוה ויתיצב ואומר קרא את יהושע והתיצבו וגו׳. מרחוק אין מרחוק

tur opus coram illo, insurrexerunt, & destruxerunt illam; *Et dixerunt. Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea. Psal.* CXXXVII. 7. Sicuti dictum est *Jerem.* XXV. 30. *Dominus de excelso rugiet; Sanctuarium Deus praepararunt manus tuae.* Dilecta est domus sanctuarii coram Deo S. B. quando condidit Deus S. B. mundum suum non condidit nisi una manu; dictum est enim *Isai.* XLVIII. 13. *Manus quoque tua fundavit terram.* Et quando venit ad aedificandam domum sanctuarii, quasi duabus manibus; Dictum est enim. *Sanctuarium Deus praepararunt manus tuae.* Ecquando praepararunt quasi duae tuae manus?

Simile est latronibus, qui ingressi in palatium regis, depopulantur opes, & occidunt familiam regis, & destruunt palatium regis; Post aliquod tempus sedet in judicio, comprehendit ex illis, occidit ex illis, suspendit ex illis, & sedet in suo palatio, & posthaec innotescit regnum suum mundo. Idcirco dictum est; *Sanctuarium Deus praepararunt manus tuae. Deus regnabit in aeternum & ultra.* R. Jose Galilaeus dicit; Haec dixerunt Israelitae super mare; *Deus regnabit in aeternum & ultra.* Non erit natio, & lingua, quae dominetur illis in aeternum. Sed dixerunt: *Deus regnabit in aeternum & ultra; super populum tuum oves pascuae tuae*, semen Abraham dilecti tui, filios unigenti tui Isaac, congregationem Isaac filii tui, primogeniti tui, vitem, quae profecta est de Aegypto, & manipulum, quem plantavit dextera tua. *Dominus regnabit in aeternum & ultra*; Qua de causa? *Quia venientibus equis Pharaonis cum curribus ejus, & equitibus ejus in mare, reverti fecit Dominus super eos aquas maris &c.*

Tulitque Mirjam prophetissa. Et unde deprehendimus Mirjam fuisse prophetissam? nisi quod dixerit patri suo; finis tibi est, quod ex te nascatur filius, qui liberabit Israel de manu Aegyptiorum. Dictum est enim *Exod.* II. I. *Pergens vir quidam de Domo Levi accepit &c. Gravida facta concepit filium. Et quum non potuisset adhuc abscondere eum.* Garrivit pater ejus cum ea, dicens: mea filia; unde tua prophetia? & adhuc apprehenderis in hac prophetia? Dictum est enim ibid. *Stabat autem soror ejus a longe ad sciendum, quid fieret ei.* Et יציבה non est nisi prophetia; Dictum est enim *Amos* IX. I. *Vidi Dominum stantem super altare.* & dictum est I. *Sam.* III. 10. *Et venit*

בכל מקום אלא רוח הקדש. שנאמר מרחוק יהוה נראה לי לדעה אין דעה ﭏא רוח הקדש שנאמר כי מלאה הארץ דעה את יהוה וגו׳ מה יעשה לו אין עשייה ﭏא רוח הקדש. שנאמר כי לא יעשה יהוה ﭏהים דבר. אחות אהרן ולא אחות משה. ומה תלמוד לומר אחות אהרן ﭏא לפי שנתן נפשו אהרן על אחותו נקראת על שמו. כיוצא בו שמעון ולוי אחי דינה והלא אחות כל השבטים היתה מה תלמוד לומר אחי דינה לפי שנתנו נפשם עליה נקראת אחותם על שמם. וכן כזבי בת נשיא מדין אחותם. וכי אחותם היא. והלא ראש אומות בית אב היה שנאמר ולכהן מדין שבע בנות. ומה תלמוד לומר אחותם. ﭏא על שנתנה נפשה על אומתה נקראת על שמה. את התוף בידה וכי מנין היו לה תופים ומחולות במדבר. ﭏא הצדיקים היו מובטחים ויודעים שהקדוש ברוך הוא עושה להם נסים וגבורות עת שיוצאין ממצרים התקינו להם תופים ומחולות.

ותען להם מרים שירו ליהוה כי גאה גאה סוס ורוכבו רמה בים. מגיד הכתוב כשם שאמר משה שירה לאנשים כך אמרה מרים שירה לנשים שנאמר שירו ליהוה וגו׳.

חסלת שירתא

פרשה א

ויסע משה אמר רבי יהושע זו נסיעה לא נסעו ﭏא על פי משה ושאר כל המסעות כולן נסעו על פי הגבורה. שנאמר על פי יהוה יחנו בני ישראל ועל פי יהוה יסעו. אבל נסיעה זו לא נסעו ﭏא על פי משה שנאמר ויסע משה את ישרﭏ. רבי ﭏיעזר אומר על

nit Dominus, *& stetit* &c. & dictum est *Deut.* XXXI. 14. *Voca Josue*, *& state* &c. *A longe*; Non significat מרחוק omni in loco nisi spiritum sanctum. Dictum est enim *Jerem.* XXXI. 3. *Longe Dominus apparuit mihi a scientia.* Non est scientia nisi spiritus sanctus. Idcirco dictum est *Isai.* XI. 9. *Quia repleta est terra scientia Domini* &c. *Quid fiet illi?* Non est עשייה nisi spiritus sanctus; Dictum est enim *Amos* III. 7. *Quia non facit Dominus Deus verbum. Soror Aharon*; nonne erat soror Mose? Cur dictum est: *Soror Aharon?* Sed quia dedit animam suam Aharon; pro sorore sua, vocata fuit ejus nomine. Hinc simile dictum est *Genes.* XXXIV. 25. *Simeon & Levi fratres Dinæ.* Nonne erat soror omnium tribuum? Cur dictum est; *fratres Dinæ?* Quia dederunt animam suam pro illa, simpliciter eorum soror vocata fuit. Et similiter dictum est *Num.* XXI. 18. *Causa Chozbi filiæ principis Midian sororis eorum*, Quid? eratne soror eorum? Nonne caput gentium Sinhedrii erat? Dictum est enim *Exod.* II. 16. *Sacerdoti vero Midian septem erant filiæ*: Et cur dictum est: *sororis eorum?* Quia dedit animam suam pro sua gente, ejus nomine appellata est. *Tympanum in manu sua.* Quid? num erant species tympanorum, & sistrorum in deserto? Sed justi erant, qui confidebant, & cognoscebant, quod Deus S. B. facturus esset sibi miracula, & portenta, quo tempore essent egressuri de Ægypto, præpararunt sibi tympana, & sistra.

Et accinebat illis Mirjam. Cantate Domino, quia magnitudinem præstando magnitudinem præstitit; Equum & equitem ejus projecit in mare. Ostendit textus; sicut Mose cecinit canticum viris, ita pariter cecinit Mirjam canticum mulieribus. Dictum est enim. *Cantate Domino* &c.

Absolutum est Canticum

SECTIO I.

ET *proficisci fecit Mose*. Dixit R. Jehosua; In hac profectione non profecti sunt nisi ex ore Mosis; & in ceteris profectionibus omnibus non sunt profecti nisi ex ore Dei. Dictum est enim *Num.* IX. 21. *Ex ore Domini castrametabantur filii Israel, & ex ore Domini proficiscebantur.* Sed in hac profectione non sunt profecti nisi ex ore Mosis. Dictum est enim: *Et proficisci fecit Mose Israel.* R. Elieser dicit ex ore

פי הגבורה נסעו. שכן מצינו בשנים ושלשה מקומות שלא נסעו ﭏ מפי הגבורה וכאן לא נסעו ﭏ על פי הגבורה. ומה תלמוד לומר ויסע משה את ישראל להודיע שבחן של ישראל שכיון שאמר להם משה קומו סעו לא אמרו היאך אנו יוצאין במדבר ואין לנו מחיה בדרך ﭏ האמינו והלכו אחר משה ועליהם מפורש בקבלה הלוך וקראת באזני ירושלם וגו׳. וכן מצינו שחזר מסען לאחוריהם שלש מסעות שנאמר ויסעו מפי החירות ויסעו ממרה ויבאו אילימה ויסעו מאילים ויחנו על ים סוף וכן מצינו שחזרו לכבודו של אהרן לקבורתו שמנה מסעות. ובני ישרא׳ נסעו מבארות בני יעקן וגו׳ שם מת אהרן וגו׳ וכי במוסרה מת והלא לא מת ﭏ בהר ההר שנאמר ויעל אהרן הכהן וגו׳ ומה תלמוד לומר שם מת אהרן ויקבר שם ﭏ מלמד שחזרו לאחריהם לכבודו של אהרן לקבורתו שמנה מסעות שנאמר ויסעו ממוסרות ויחנו בבני יעקן ויחנו בחור הגדגד. ויסעו מחור הגדגד ויחנו ביטבתה. ויסעו מיטבתה ויחנו בעברונה. ויסעו מעברונה ויחנו בעציון גבר. ויסעו מעציון גבר ויחנו במדבר צין היא קדש. ויסעו מקדש ויחנו בהר ההר. רבי ﭏיעזר אומר על פי הגבורה נסעו שכן מצינו בשנים ושלשה מקומות. ומה תלמוד לומר ויסע משה את ישר׳ שהסיען בעל כרחן במקל. שכיון שראו בפגרי האנשים שהעבידום בפרך ובעבודה קשה כולן פגרים מתים מוטלין על שפת הים. אמרו כמדומה לנו שלא נשתייר אדם במצרים נתנה ראש ונשובה מצרימה ונעשה לנו עבודה זרה ותרד בראשנו

ore Dei profecti ſunt. Quia ſic invenimus in duobus & tribus locis, quod non ſint profecti niſi ex ore Dei; & hoc loco non ſunt profecti niſi ex ore Dei. Et cur dictum eſt. *Et proficiſci fecit Moſe Iſrael?* Ad demonſtrandam laudem Iſraelitarum, quibus quando dicebat Moſe, ſurgite, proficiſcimini; non reſpondebant; Quomodo egrediemur in deſertum, cum non ſit nobis alimentum in itinere? Sed credebant, & proficiſcebantur poſt Moſen; & de illis exponitur in traditione. *Vade, & clama in auribus Hieruſalem* &c. *Jerem.* II. 2. Et ſic invenimus, quod per tria caſtra retroceſſerint; Dictum eſt enim *Num.* XXXIII. 8. *Et profecti ſunt ex Phi-Kiroth; & profecti ſunt ex Marah, & venerunt in Elim, & profecti ſunt de Elim, & caſtrametati ſunt ſuper mare Suph.* Et ſic invenimus, quod per octo caſtra retroceſſerint prepter honorem Aharon ad ejus ſepulturam. *Et filii Iſrael profecti ſunt de Beeroth filiorum Jaacan* &c. *Et Aharon mortuus eſt ibi* &c. *Deut.* X. 6. Quid? num in Moſerah mortuus eſt Aharon? Atqui non mortuus eſt niſi in monte Hor. Dictum eſt enim *Num.* XXXVI. 38. *Adſcenditque Aharon ſacerdos* &c. Et cur dictum eſt l. c. *Deut. Ibi mortuus eſt Aharon, & ſepultus eſt ibi?* Ad docendum, quod octo caſtra retroceſſerint propter honorem ad ſepliendum eum, Dictum eſt enim *Num.* XXXIII. 31. *Et profecti ſunt de Moſeroth, & caſtrametati ſunt in Bene-Jaacan, & caſtrametati ſunt in Chur Gidgad. Et profecti de Chur Gidgad, & caſtrametati ſunt in Jotbatha. Et profecti de Jotbathah caſtrametati ſunt in Abronah. Profecti vero de Abronah caſtrametati ſunt in Eſion-gaber. Et profecti de Eſion-gaber caſtrametati ſunt in deſerto Sin, quod eſt Cades. E profecti de Cades caſtrametati ſunt in monte Hor.* R. Elieſer dicit; ex ore Dei; proficiſcebantur; quia ſic invenimus in duobus, & tribus locis. Et cur dsctum eſt: *Es proficiſci fecit Moſe Iſrael?* Quod baculo vel invitos proficiſci faceret; Poſtquam viderunt in cadaveribus hominum, qui ſervierunt in ſcalptura, & in ſervitute dura, quod omnia cadavera mortuorum deferrentur ſuper litus maris, dixerunt; Quid ſimile eſt nobis? quod nemo relictus fuerit in Ægypto. *Præficiamus nobis ducem & revertamur in Ægyptum Num.* XIV. 4. & faciamus nobis Idololatriam; & deſcendat ante nos, & revertamur in Ægyptum. Crederem quod dixerint, & non fecerint? Idcirco di-

ונחזור למצרים יכול שאמרו ולא עשו
הרי הוא אומר וימאנו לשמוע ולא זכרו
נפלאותיך אשר עשית עמהם. ויקשו
ויתנו ראש לשוב לעבודתם ואתה אלוה
הסליחות חנון ורחום ארך אפים ורב
חסד ולא עזבתם ואומר ואף כי עשו להם
עגל מסכה וגו׳ רבי יהודה בן אלעאי
אומר עבודה זרה עברה עם ישראל
בים והסיעה משה באותה שעה.
שנאמר ויסע משה את ישראל מים סוף.
מדבר שהיה עם ישראל בים סוף ואי זו
זו זו עבודה זרה. לכך נאמר ויסע משה
את ישראל מים סוף ויצאו אל מדבר
שור הוא מדבר כזב אמרו על מדבר כזב
שהיה תשעה מאות פרסה על תשע
מאות פרסה כלו מלא נחשים ועקרבים.
שנאמר המוליכך במדבר הגדול והנורא
נחש שרף ועקרב וגו׳. וכתיב משא מדבר
ים. וכתיב משא בהמות נגב בארץ
צרה וצוקה לביא וליש מהם אפעה
שרף מעופף וגו׳ אין אפעה אלא עכס
אמרו שעכס זה רואה צל עוף שהוא
פורח באויר וכשהוא רואה העוף
ומתחבר אל צלו ואיבריו נושרין ואף על
פי כן לא אמרו איה יהוה המעלה
אותנו. מהו צלמות צל ועמו מות.
אמר רבי עקיבא דבר הסיח לי רבינו
הקדוש אדם אחד היה בארץ ישראל
והיו קורין אותו מרוטה. פעם אחת
עלה להר ללקוט עצים וראה הנחש
ישן. והנחש לא ראהו מיד סר שער
ראשו ולא היה בו שער עד יום מותו.
והיו קורין אותו מרוטה.

וילכו שלשת ימים במדבר ולא מצאו
מים. רבי יהושע אומר כשמועו. רבי
אליעזר אומר והלא המים תחת רגלי
ישראל היו. והארץ היתה צפה על המים.
שנאמר לרוקע הארץ על המים. הא
מה תלמוד לומר ולא מצאו מים כדי
לינעך. אחרים אומרים מים שנטלו
ישראל בין הגזרים שלמו מהן באותה

dictum est *Nehem.* IX. 17. *Et noluerunt audire, & non sunt recordati mirabilium tuorum, quæ feceras ei. Et induraverunt cervices suas, & dederunt caput, ut non converterentur ad servitutem suam: Tu autem Deus propitius, clemens, & misericors, & longaminis, & multæ miserationis non dereliquisti eos.* Et dictum est ibid. *Et quidem cum fecissent sibi vitulum conflatilem* &c. R. Jehuda ben Elai dicit; Idololatria transiit mare cum Israel: & fecit Mose eam illa hora proficisci. Dictum est enim; *Et fecit Mose proficisci ab aquis Suph*; ex ea re, quæ erat cum Israel in mari Suph. Et quænam hæc erat? Idololatria; Idcirco dictum est; *Et fecit Mose proficisci Israel. Et egressi sunt in desertum Shur*; Hoc est desertum Chezab; dixerunt de deserto Chezab quod pateret 900. Parsas usque 900. Parsas undequaque totum plenum serpentibus, & scorpionibus. Dictum est enim *Deut.* VIII. 15. *Qui duxit te per desertum magnum & terribile, plenum serpentis adurentis, & scorpionis* &c. Et scriptum est *Isai* XXI. 1. *Onus deserti maris.* Et scriptum est *Isai.* XXX. 6. *Onus jumentorum austri; in terra tribulationis, & angustiæ leæna, & leo ex eis, vipera, & regulus volans* &c. Non est אפעה nisi venenum serpentis. Quando hic serpens videt umbram volucris volantis in aere, & quando videt volucrem simul cum ejus umbra, ejus membra decidua fiunt; & quamvis ita sit, non dixerunt: Hic est Dominus, qui nos facit adscendere. Quid צלמות? umbra, & cum eo mors. Dicit R. Akiba; de hoc mecum locutus est magister noster sanctus. Homo quidam erat in terra Israel, quem vocabant depilatum. Aliquando adscendit in montem ad colligenda ligna, & vidit serpentem dormientem; at serpens illum non vidit: statim decidit cæsaries capitis sui, neque fuit amplius illi cæsaries usque ad diem mortis suæ; & vocabant illum depilatum.

Atque perrexerunt tribus diebus in desertum, & non invenerunt aquam. R. Jehosua dicit juxta sensum literalem. R. Eliefer dicit; Atqui aquæ erant sub pedibus Israel; Et terra natabat super aquas. Dictum est enim *Psal.* CXXXVI. 6. *Qui firmavit super terram aquas.* Ecce quomodo dictum est: *Et non invenerunt aquam?* Ad eorum voluptatem. Alii dicunt: De aquis quas sumserunt Israelitæ inter divisiones, ea hora impleverunt. Cur dictum est; *& non invenerunt aquas?*

שעה הא מה תלמוד לומר ולא מצאו מים שאף בכליהם לא מצאו מים. כענין שנאמר ואדיריהם שלחו צעיריהם למים ולא מצאו שבו כליהם ריקם. דורשי רשומות אמרו לא מצאו דברי תורה שנמשלו למים ומנין שנמשלו למים. שנאמר הוי כל צמא לכו למים לפי שפרשו מדברי תורה שלשת ימים לכך מרדו ולכך התקינו להם הנביאים והזקנים שיהיו קורין בתורה בשבת בשני ובחמישי הא כיצד קורין בשבת ומפסיקין באחד בשבת. וקורין בשני ומפסיקין בשלישי וברביעי. וקורין בחמישי ומפסיקין בערב שבת. ויבאו מרתה. רבי יהושע אומר לשלשה מקומות באו ישראל באותה שעה שנאמר ויבואו מרתה. רבי אלעזר המודעי אומר לא באו אלא למקום אחד.

וילונו העם על משה ועל אהרן רבי יהושע אומר היה להם להמלך בגדול שבהם תחלה. לומר מה נשתה אלא שעמדו ואמרו דברי תרעומת על משה. רבי אליעזר המודעי אומר למודין היו ישראל בדברי תרעומת על משה ולא על משה בלבד אמרו אלא על הגבורה לכך נאמר מה נשתה. ויצעק אל יהוה ויורהו יהוה עץ. מכאן שהצדיקים אין קשין לקבל. לפי דרכך את למד שתפלת צדיקים קצרה.

מעשה בתלמיד אחד שעבר לפני רבו וקצר בברכותיו אמרו לו תלמידיו רבי ראית פלוני שקצר ברכותיו והיו מלעיגין עליו ואומרים עליו תלמיד חכם קצרן הוא זה אמר להם לא קצר זה יותר ממשה שנאמר אל נא רפא נא לה. שוב מעשה בתלמיד אחד שעבר לפני רבי אלעזר והיה מאריך ברכותיו אמרו לו תלמידיו רבי ראית זה שהאריך ברכותיו והיו אומרים עליו מארכן הוא זה אמר להם לא האריך זה יותר ממשה שנאמר ואתנפל לפני יהוה בראשונה וגו'. שהיה אומר יש שעה לקצר ויש שעה להאריך.

ויורהו יהוה עץ וישלך אל המים וימתקו

vel in ſuis vaſis non invenerunt; Sicuti dictum eſt *Jerem.* XIV. 3. *Majores miſerunt minores ſuos ad aquam, & non invenerunt, reportaverunt vaſa ſua vacua*: Expoſitores Biblici dicunt; Non invenerunt verba legis, quæ dominantur in aquis; & unde probatur, quod dominantur in aquis? Ex eo quod dictum eſt *Iſai.* LV. 1. *Omnes ſitientes venite ad aquas*. Quia ſegregati fuerunt tribus diebus a verbis legis; Ideoque rebellarunt; Atque ea de cauſa ſtatuerunt Prophetæ, & ſeniores, ut legerent in lege in Sabbatho, ſecunda, & quinta die. Quomodo? Legunt in Sabbatho, & ceſſant in prima die Sabbathi, & legunt in ſecunda die, & ceſſant in tertia, & quarta; & legunt in quinta, & ceſſant in vigilia Sabbathi. *Et venerunt in Marab*. R. Jehoſua dicit In tria loca eo tempore iverunt Iſraelitæ: Dictum eſt enim: *Et venerunt in Marab*: R. Elieſer Amodai dicit: Non venerunt niſi in locum unum.

Et murmurarunt populus in Moſen, & in Abaron. R. Jehoſua dicit: Erat illis, ut conſulerent maximum qui erat inter illos, in principio. *Dicendo: Quid bibemus?* Sed inſurrexerunt, & dixerunt verba murmurationum in Moſen; R. Elieſer Amodai dixit. Docebant Iſrael in verbis murmurationis contra Moſen: Non ſolum contra Moſen dixerunt, ſed contra Deum. Idcirco dixerunt. *Quid bibemus? Et exclamavit ad Dominum; docuitque Dominus lignum*. Hinc probatur, quod juſti non ſunt moleſti Juxta tuum inſtitutum doceris, quod oratio juſtorum ſit brevis.

Hiſtoria de quodam diſcipulo, qui pertranſiens coram magiſttro ſuo abbreviavit benedictiones ſuas; Dixerunt illi ejus diſcipuli. Rabi vidiſti talem, qui abbreviavit benedictionem ſuam? Et illi illudebant; & dixerunt de illo; Diſcipulus ſapiens hic eſt? Reſpondit illis; Non abbreviavit magis, quam Moſe; Dictum eſt enim *Num.* XII. 13. *Deus, quæſo, ſana nunc illam*. Præterea narratur de quodam diſcipulo, qui pertranſiit coram R. Elieſer, & produxit benedictiones ſuas; Dixerunt illi ejus diſcipuli; Rabi, vidiſti hunc producentem ſuas benedictiones? Et de illo dixerunt; Hic eſt qui illas producit. Reſpondit illis: Iſte non producit magis, quam Moſe; dictum eſt enim *Deuter.* IX. 18. *Et procidi coram Domino, ſicut prius &c.* Quod ſit tempus abbreviandi, & ſit tempus producendi.

Docuitque eum Dominus lignum, & pro-

המים שם שם לו חוק ומשפט וגו׳. רבי יהושע אומר זה עץ של ערבה. רבי אליעזר המודעי אומר זה עץ של זית שאין לך עץ מר יותר מעץ זית. רבי יהושע בן קרחה אומר זה עץ הרדפוני. רבי שמעון בן יוחאי אומר דבר מן התורה הראהו שנאמר ויורהו יהוה עץ. ויראהו יהוה עץ. אינו אומר אלא ויורהו. כענין שנאמר ויורני ויאמר לי וגו׳ רבי נתן אומר זה עץ קתרוס ויש אומרים עקר תאנה ועקר רמון. דורשי רשומות אמרו הראהו דברי תורה שנמשלו לעץ. שנאמר עץ חיים היא למחזיקים בה. רבי שמעון בן גמליאל אומר בא וראה כמה מפורשין דרכי הקדוש ברוך הוא מדרכי בשר ודם. בשר ודם במתוק מרפא את המר אבל הקדוש ברוך הוא מרפא את המר במר. הא כיצד נותן דבר המחבל לתוך דבר המתחבל. כדי לעשות לו נס כיוצא בו אתה אומר ויאמר ישעיהו ישאו דבלת תאנים וגו׳. והלא בשר חי כשאתה נותן עליו דבלת תאנים מיד נסרח. הא כיצד נתן דבר המתחבל לתוך דבר המתחבל כדי לעשות בו נס. כיוצא בו ויצא אל מוצא המים וגו׳. מהו רפואתו והלא המים יפין שתתן בהם מלח מיד הם נסרחין. הא כיצד נותן דבר המחבל לתוך דבר שמתחבל כדי לעשות בו נס. וישלך אל המים אחרים אומרים היו ישראל מתחננים ומתפללין לפני אביהם שבשמים והיו אומרים כבן שמתגרר לפני רבו כך היו ישראל מתחננין ומתגררים לפני אביהן שבשמים ואומרים לפניו רבונו של עולם חטאנו לפניך על הים שנתרעמנו לפניך על הים וימתקו המים. רבי יהושע אומר מרים היו לפי שעה ונמתקו. רבי אליעזר המודעי אומר מרים היו מתחלתם שנאמר המים המים שני פעמים. שם שם לו חק ומשפט חק זה השבת. ומשפט זה כיבוד אב ואם

projecit in aquas, *& dulces factæ ſunt aquæ: ibi poſuit ei ſtatutum*, *& judicium &c.* R. Jehoſua dicit: Hoc eſt lignum ſalicis: R. Elieſer Amodai dicit; Hoc eſt lignum oleæ, quia nullum eſt tibi lignum, quod ſit amarius ligno oleæ. R. Jehoſua ben Charcha dicit; hoc eſt lignum Hirdophne. R. Simeon ben Jochai dicit; Aliquid ex lege monſtravit ei; dictum eſt enim; *Docuitque eum Dominus lignum:* Et oſtendit illi Dominus lignum; non dictum eſt, ſed; *& docuit*; Dictum eſt enim *Prov.* IV. 4. *Et docebat me*, *atque dicebat &c.* R. Nathan dicit; Hoc eſt lignum cedri; & alii dicunt radicem ficus, & radicem malogranati. Expoſitores Biblici dicunt; Oſtendit illi verba legis, quæ dominantur in ligno; Dictum eſt enim *Prov.* III. 18. *Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam &c.* Raban Simeon ben Gamaliel dicit: veni & vide; quantum differant viæ Dei S. B. a viis hominis; Homo dulci ſanat amarum; At Deus S. B. ſanat amarum amaro. Quomodo? Dedit corrumpens in corruptum; ut faceret illis miraculum; Huic ſimile tu dicis. *Et juſſit Iſaias, ut tollerent maſſam de ficis &c.* *Iſai.* XXXVIII. 21. Atqui erat caro viva; ſed quando impoſuit illi palatham ficuum, ſtatim fœtuit. Quomodo? Dedit corrumpens in corruptum, ut in eo fieret miraculum. Huic ſimile dictum eſt 2. *Reg.* II. 22. *Et exiit hauſtor aquarum*. Et dictum eſt *Numer.* IV. *Tolle ſummam filiorum Gerſon*. Ecce ſi aquæ bonæ ſint, ſi projiciat in illas ſalem, ſtatim fœtent. Quomodo? Dedit corrumpens in corruptum, ut fieret in eo miraculum. *Et projecit in aquas*. Alii dicunt; Iſraelitæ obſecrabant, & orabant coram patre eorum, qui eſt in cœlis, & dicebant, quaſi filius qui magnificatur coram ſuo domino; Sic Iſraelitæ obſecrabunt, & magnificabantur coram patre eorum, qui eſt in cœlis, & dicebant coram eo; Domine mundi, peccavimus coram te ſuper mare, quia murmuravimus coram te ſuper mare; *& dulces factæ ſunt aquæ*. Amaræ erant ante aliquod tempus, & dulces factæ ſunt. R. Elieſer Amodai dicit; Amaræ erant ab earum principio; dictum eſt enim *aquæ*, *aquæ* bis; *ibi poſuit ei ſtatutum*, *& judicium*: חק ſc. *ſtatutum*; Hoc eſt Sabbathum; *& judicium*; hic eſt honor patris & matris; verba Rabi Jehoſuæ. R. Elieſer Amodai dicit: *ſtatutum*; Hæ ſunt fornicationes; Dictum eſt enim *Levit.* XVIII. 30. *Ad non faciendum de ſtatutis abominationum: Et judi-*

דברי רבי יהושע. רבי ﭏעזר המודעי אומר
חק אלו עריות שנאמר לבלתי עשות
מחוקות התועבות. ומשפט. אלו דיני
אונסין ודיני קנסיות והיני חבלות. ושם
נסהו. שם נשא לו גדולה. דברי רבי
יהושע שנאמר נשא אויל מדורך וגו׳
ואומר נשא את ראש בני גרשון. אמר לו
רבי אלעזר המודעי והלא גדולה אינה
תלויה אלא בשין וכאן לא כתיב אלא
בסמך הא מה תלמוד לומר ושם נסהו
ושם נסה המקום את ישראל.

ויאמר אם שמוע תשמע. מכאן אמרו
שמע אדם מצות אחת משמיעין לו מצות
הרבה. שנאמר אם שמע תשמע. שכח
אדם מצוה אחת משכחין לו מצות הרבה.
שנאמר אם שכח תשכח לקול יהוה ﭏהיך.
אלו עשרת הדברות. שנתנו מפה לפה
בעשרה קולות. והישר בעיניו תעשה. אלו
אגדות משובחות הנשמעות באזני כל אדם
והאזנת למצותיו. אלו גזרות. ושמרת כל
חקיו אלו הלכות. כל המחלה אשר שמתי
במצרים לא אשים עליך. הא אם אשים
כי אני יהוה רפאך. דברי רבי יהושע. רבי
אלעזר המודעי אומר שמוע יכול רשות.
תלמוד לומר תשמע. חובה ולא רשות.
תשמע זה הכלל שהתורה כלולה בו. לקול
יהוה ﭏהיך. מלמד שכל מי ששומע מפי
גבורה מעליך עליו כאלו עומד ומשמש לפני
חי וקיים לעולם ולעולמי עולמים. והישר
בעיניו תעשה. זה משא ומתן. מלמד שכל
מי שנושא ונותן באמונה רוח הבריות
נוחה הימנו. ומעליך עליו כאלו קיים את
כל התורה כולה. והאזנת למצותיו. אלו
הלכות. ושמרת כל חקיו. אלו עריות. כל
המחלה אשר שמתי במצרים וגו׳ ומה
תלמוד לומר כי אני יהוה רופאך. אמר לו
הקדוש ברוך הוא למשה אמור להם לישרא
דברי תורה שנתתי לכם. רפואה הם לכם.
חיים הם לכם. שנאמר כי חיים הם
למוצאיהם. ואומר רפאות תהי לשריך

dicium. Hæc ſunt judicia raptorum, judicia mulctarum, & judicia damnorum. *Et ibi tentavit eum*. Ibi attulit illi magnificentiam; verba R. Jehoſua; dictum eſt enim 2. *Reg.* xxv. 27. *Sublevavit Evilmerodach &c.* Et dictum eſt *Num.* IV. 22. *Et tulit ſummam filiorum Gerſon*. Dixit illi Rabi Elieſer Amodai; Atqui magnificentia non pendet niſi a *Scin*; at hoc loco non ſcriptum eſt niſi cum *Samech*; Cur igitur dictum eſt; *Et ibi tentavit eum?* Ibi tentavit Deus Iſrael.

Et dixit: Si auſcultando auſcultaveris. Hinc dixerunt; ſi quis audiat præceptum unum ſit, ut ei præcepta multa audiantur. Dictum eſt enim: *Si auſcultando auſcultaveris*. Si quis obliviſcatur præceptum unum, ſit, ut obliviſcatur præcepta multa; Dictum eſt enim *Deuter.* VIII. 19. *Erit autem, ſi obliviſcendo oblitus fueris*. *Voci Domini Dei tui*. Hæc ſunt decem verba, quæ tradita ſunt oretenus in decem vocibus; *Et quod decet in conſpectu ejus feceris*. Iſtæ ſunt expoſitiones laudatæ quæ audiuntur in auribus cujuſque hominis. *Et aurem præbueris mandatis ejus*. Hæc ſunt decreta; *& obſervaveris omnia ſtatuta ejus*. Hæ ſunt conſtitutiones. *Omnem morbum, quod poſui in Ægypto, non ponam ſuper te*. Ecce ſi ponam; *quia Ego Dominus ſanans te*. Verba R. Jehoſua. R. Elieſer Amodai dicit: *Si auſcultaveris*; crederem ex arbitrio? Idcirco dictum eſt: *auſcultando*. Ex debito, non ex arbitrio. *Auſcultando*. Hoc eſt generale, quo lex comprehenditur. *Voci Domini Dei tui*. Docetur, quod ſi quis audierit de ore Dei, æque reputatur ac ſi conſiſtat, & miniſtret coram eo, qui vivit, & ſubſiſtit in ſeculum, & in ſecula ſeculorum. *Et quod decet in oculis ejus feceris:* Hoc eſt onus, & donum; Ad docendum, quod ſi quis portet & donet in fide, ſpiritus creaturarum quieſcit ſuper illo; & æque reputatur ac ſi obſervet totam legem. *Et aurem præbueris mandatis ejus*. Hæ ſunt conſtitutiones. *Et obſervaveris omnia ſtatuta ejus*. Hæ ſunt fornicationes. *Omnem morbum, quem poſui in Ægypto &c.* Et cur dictum eſt: *Quia ego Dominus ſanans te?* Dixit Moſi Deus S. B. Dic Iſraeli verba legis, quam dedi illis; Salus erunt vobis; Vita erunt vobis; Dictum eſt enim *Prov.* IV. 22. *Vita enim ſunt invenientibus ea*. Et dictum eſt Ibid. III. 8. *Sanitas quippe erit umbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum*. Rabi Iſaach dicit: Si non erat in iis morbus, cur opus habebant medicina?

ושיקוי לעצמותיך. רבי יצחק אומר הא אם אין בהם מחלה מפני מה הם צריכין רפואה אלא כל המחלה בעולם הזה. ואם אשים כי אני יהוה רופאך בעולם הבא. שמעון בן עזאי אומר שמוע. מה תלמוד לומר תשמע. מכאן אומר רצה אדם לשמוע משמיעין לו לאחר זמן. לשכח משכחין לו לאחר זמן תלמוד לומר שמוע תשמע שכח תשכח. הא כיצד רצה לשמוע משמיעין לו מיד. לשכח משכחין אותו מיד. הוא היה אומר רצה אדם לשמוע בטובתו משמיעין לו שלא בטובתו. לשכח בטובתו משכחין אותו שלא בטובתו הרשות נתונה אם ללצים הוא יליץ ולענוים יתן חן. אחרים אומרים אם חבול תחבול. אם חבלת חבולה אחת סוף שחובלין בך.

ויבאו אלימה ושם וכו׳ מגיד הכתוב שאותו מקום מחולל במים מכל המקומות תדע שכן שהרי היו שנים עשר מבועין ולא ספקו אלא לשבעים דקלים. כיון שבאו ישראל ושרו עליהם ששים רבוא וספקו להם ושנו ושלשו. ויחנו שם על המים. לעולם אין ישראל חונין אלא על המים דברי רבי יהושע. רבי אלעזר המודעי אומר כיון שברא הקדוש ברוך הוא עולמו ברא שנים עשר מבועין כנגד שנים עשר שבטי יעקב ושבעים תמרים כנגד שבעים זקנים ומה תלמוד לומר ויחנו שם על המים. מלמד שהיו עוסקים בדברי תורה שנתנו להם במרה. ויסעו מאלים ויבאו. למה נאמר יום. מגיד שאותו היום אירעה שבת להיות שהיא סדורה ובאה מששת ימי בראשית עד שנתנה תורה לישראל. בחמשה עשר יום לחדש למה נאמר יום לידע באי זה יום נתנה תורה לישראל. ניסן שיצאו ישראל ממצרים אירע להיות בחמישי בשבת השלים ניסן. אירע אייר להיות בשבת חסר אייר אירע סיון להיות באחד בשבת. ואומר ממחרת יצאו ואומר בחמשה עשר יום לחדש השני

na? Non intelligitur nisi omnis morbus in hoc mundo; Et si ponam; *quia ego Dominus sanans te*. In mundo futuro. Simeon ben Azai dicit; Cur dictum est: *auscultando*? Hinc probatur, quod si quis velit auscultare, auscultabitur illi alio tempore; si velit oblivisci, oblivioni dabitur illi alio tempore. Idcirco dictum est; *auscultando auscultaveris; obliviscendo oblitus fueris*. Quomodo? Si quis velit auscultare, auscultabitur statim illi; si velit oblivisci, statim illi oblivioni dabitur. Ipse dicit; siquis velit auscultare in bono suo, auscultatur illi vel excepto bono suo; si velit oblivisci in bono suo, oblivioni dabitur illi vel excepto bono suo; Data est facultas. *Ipse deludet illusores, & humilibus dabit gratiam Proverb.* III. 34. Alii dicunt *Num.* XXII. 25. *Si fœnerando fœneraberis*. Si fœnerationem fœneraberis, finis erit, ut in te fœnerentur.

Et venerunt in Elim, & ibi &c. Ostendit textus, quod iste locus sit celebratus in aquis præ omnibus locis; Scito, quod ibi essent duodecim fontes, & non erant sufficientes nisi septuaginta palmis; Quando venerunt Israelitæ, & prope eas habitarunt sexaginta myriades, & sufficientes fuerunt illis, atque iterarunt, & triplicarunt; *Et castrametati sunt ibi prope aquas*; semper Israelitæ non castrametabantur nisi prope aquas; verba R. Jehosua. R. Elieser Amodai dicit; quando creavit Deus S. B. mundum suum, creavit duodecim fontes contra duodecim tribus Jacob, & septuaginta palmas contra septuaginta seniores; & cur dictum est; *& castrametati sunt ibi prope aquas*? Ad docendum; quod fuerint occupati in verbis legis, quæ data est eis in Marah. *Et profecti sunt de Elim, & venerunt.* Cur dictum est *die*? Ostendit, quod eo die contigerit, ut esset Sabbathum, quod ordinaretur, & derivaretur ab sex diebus creationis, usque dum daretur lex Israeli in quintodecimo die mensis; Cur dictum est: *die*? ad demonstrandum, quo die data esset lex Israeli; Nisan, quo egressi sunt Israelitæ de Ægypto, contigit, ut esset in quinta die Sabbathi; Absoluto Nisan, contigit, ut esset Ijar in Sabbatho. Deficiente Ijar, contigit ut Sivan esset in prima Sabbathi. Et dictum est *Num.* XXXIII. 3. *Postridie Paschatis*. Et dictum est *Exod.* XV. 1. *Quintadecima die mensis secundi*. Et dictum est ibid. XIX. 1. *Mense tertio egressionis*. Deprehenditur, quod dicat in mense tertio, die tertia mensis, die sexta Sabbathi. Alia expositio:

ואומר בחרש השלישי לצאת בני ישראל ממצרים נמצאת אומר בחרש השלישי בששי בחרש בששי בשבת. דבר אחר בחמשה עשר יום למה נאמר יום לידע באי זה יום ירד המן לישראל. חררה שנטלו ישראל ממצרים אכלו ממנה שלשים ואחד יום שנאמר ויאפו את הבצק וגו'. ואומר בחדש השני לצאתם מארץ מצרים. ובצדו מה הוא אומר הנני ממטיר לכם לחם מן השמים. רבי שילא אומר נתפרנסו ממנה שבעים ואחד סעודות וילונו העם על משה ועל אהרן במדבר רבי יהושע אומר היה להם לישראל להמלך בגדול שבהם מה נאכל. אלא עמדו ואמרו דברי תרעומת על משה. רבי אליעזר המודעי אומר למודין היו ישראל היות אומרים דברי תרעומת על משה ולא על משה בלבד אלא על אהרן ויאמרו אליהם בני ישראל מי יתן מותינו וגו' לואי מתנו בשלשת ימי אפלה של מצרים. בשבתנו על סיר הבשר. רבי יהושע אומר תאבים היו ישראל לאכל. רבי אלעזר המודעי אומר עבדים היו ישראל למלכים במצרים יצאו לשוק נוטלין פת בשר ודגים. וכל דבר ואין כל בריה מוחה בידם. יוצאין לשדה נוטלים ענבים ותאנים ורמונים ואין ברית מוחה בידם. רבי יוסי המודעי אומר תדע שלא נתן אלא באחרונה לכך נאמר את הקישואים קשים למעיהם. כי הוצאתם אותנו אל המדבר. אמרו להם הוצאתם אותנו אל המדבר הזה תוהו שאין בו כלום להמית את כל הקהל הזה ברעב. רבי יהושע בן קרחא אומר אין לך מיתה קשה יותר ממיתת רעב. שנאמר טובים היו חללי חרב מחללי רעב וגו'. רבי אלעזר המודעי אומר ברעב בא עלינו רעב אחר רעב. דבר אחר דבר. חשך אחר חשך.

פרשה ב

ויאמר יהוה אל משה הנני ממטיר לכם וגו' רבי יהושע אומר אמר הקרוש ברוך הוא למשה הריני נגלה מיד ואיני מעכבת. רבי אליעזר המודעי אומר אינו אומר הנני אלא בזכות אברהם ויצחק ויעקב. מן השמים מאוצר הטוב. של השמים שנאמר יפתח יהוה לך את אוצרו הטוב. רבן שמעון בן גמליאל אומר בא וראה כמה חביבין ישראל לפני

sitio: *Die quintadecima*; cur dictum est *die?* Ostendit, quo die descenderit Mannah Israeli. De placenta, quam acceperunt Israelitæ ex Ægypto comederunt uno & triginta diebus; Dictum est enim *Exod.* XII. 39. *Et coxerunt pastam &c.* Et dictum est; *In mense secundo eorum egressionis de Ægypto*. Et proxime quid scriptum est? *Ecce ego pluam vobis panem de cœlo*. R. Sila dicit; Nutriti sunt ex eo uno & septuaginta conviviis. *Et murmurarunt populus contra Mosen & Aharon in deserto*. R. Jehosua dicit; erat Israeli ut consuleret maximum, qui erat inter eos. Quid comedemus? Sed insurgentes dixerunt verba murmurationis in Mosen. R. Eliefer Amodai dicit; docemur, quod Israelitæ dixerint verba murmurationis contra Mosen, non solum contra Mosen, sed etiam contra Aharon; *Et dixerunt illis filii Israel, quis dabit? Utinam mortui essemus*. Utinam mortui essemus in tribus diebus tenebrarum Ægypti; *Quando sedebamus juxta ollam carnis*. Rabi Jehosua dicit; Desiderabant Israelitæ comedere. R. Eliefer Amodai dicit; servi erant Israelitæ regibus in Ægypto, egredientes in forum, sumebant panem, carnem, & pisces, & res omnes; & nemo erat, qui cohiberet manus eorum. Egredientes in agrum sumebant uvas, & ficus, & malogranata, & nemo cohibebat eorum manus. R. Jose Amodai dicit; Scito, quod non daret illis nisi in fine. Idcirco dictum est *Numer.* XI. 4. *Cucumeres*; quod essent duri eorum visceribus. *Quod eduxisti nos in desertum*. Dixerunt illis; eduxistis nos in hoc desertum inane, ubi nihil est. *Ad interficiendum totum cœtum istum fame*. Rabi Jehosua ben Chorcha dicit; Non est tibi mors darior morte famis; Dictum est enim *Thren.* IV. 9. *Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame*. Rabi Eliefer Amodai dicit de fame; Venit super nos fames post famem, pestis post pestem, tenebræ post tenebras.

SECTIO II.

ET *dixit Dominus ad Mosen. Ecce pluam vobis &c.* R. Jehosua dicit: Deus S. B. dixit Mosi; Ecce apparebo statim, non morabor: R. Eliefer dicit; non dictum est הנני *ecce* nisi propter meritum Abraham, Isaach, & Jacob: *De cœlo*; De Thesauro optimo cœlorum; Dictum est enim *Deuter.* XXVIII. 12. *Aperiet tibi Dominus thesaurum suum optimum*. Raban Simeon ben Gamalielis dicit: Veni & vide, quam sint amabiles

המקום. ולפי שהם חביבין לפניו שנה
עליהם מעשה בראשית. עשה להם
תחתונים עליונים ועליונים תחתונים
לשעבר היה הלחם עולה מן הארץ
והטל יורד מן השמים שנאמר ארץ דגן
ותירוש אף שמיו יערפו טל. ועתה
נתחלפו הדברים התחיל הלחם יורד מן
השמים והטל עולה מן הארץ דכתיב
ההני ממטיר לכם לחם מן השמים
וכתיב ותעל שכבת הטל וגו׳. ויצא
העם ולקטו שלא יהיו יוצאין לחצרות
ומלקטין אלא יוצאין למדברות ומלקטין
דבר יום ביומו. רבי יהושע אומר כדי
שילקוט אדם מהיות למחר כענין מערב
שבת לערב שבת. רבי אלעזר המודעי
אומר כדי שלא ילקט אדם מהיות למחר
בעין מערב שבת לערב שבת. דבר יום
ביומו. מי שברא יום ברא פרנסתו.
מכאן היה רבי אלעזר המודעי אומר כל
מי שיש לו מה יאכל היום ואומר מה
אוכל למחר. הרי זה מחוסר אמנה.
שנאמר למען אנסנו הילך בתורתי אם
לא. רבי יהושע אומר שונה אדם שתי
הלכות בשחרית ושתים בערבית.
ועוסק במלאכתו כל היום מעלין עליו
כאלו קיים כל התורה כולה. מכאן היה
רבי שמעון בן יוחאי אומר לא נתנה
תורה לדרוש אלא לאוכלי המן הוא
כיצד היה יושב ודורש ולא היה יודע
מהיכן אוכל ושותה ומהיכן היה לובש
ומכסה לא נתנה תורה לדרוש אלא
לאוכלי המן ושניים להם אוכלי תרומה.

biles filii Israel coram Deo; & quia sunt amabiles coram eo, mutavit pro illis opus creationis. Fecit illis inferiora superiora, & superiora inferiora; Olim panis adscendebat de terra, & ros descendebat de cœlo; dictum est enim *Deut.* XXXIII. 28. *Terram frumenti & musti; etiam cœli ejus stillabunt rorem*. Et nunc res mutatæ sunt; Incepit panis descendere de cœlo, & ros adscendere de terra; scriptum est enim. *Ecce ego pluam vobis panem de cœlo*: Et scriptum est ibid. *Et adscendit diffusio nocturna roris &c. Egredietur populus, & colligat*. Non egrediebantur in atria, ut colligerent, sed egrediebantur in deserta, & colligebant. *Rem diei in die suo*. R. Jehosua dicit, ut homo colligeret de die in crastinum; e. g. de vespera Sabbathi. R. Eliеser Amodai dicit; nequis colligeret de die in crastinum; e. g. de vespera Sabbathi in vesperam Sabbathi. *Rem diei in die suo*; Qui creavit diem, creavit quoque alimentum ejus. Hinc dicebat R. Eliеser Amodai; Cui sit, quod comedat hoc die, & dicat, quid comedam cras? Hic est deficiens fide. Dictum est enim. *Ut tentem eum, an ambulaverit in lege mea necne*. R. Jehosua dicit; Si legat homo duas constitutiones mane, & duas vespera, & occupetur in suo cibo tota die, æque reputabitur illi, ac si observet totam legem. Hinc R. Simeon ben Jochai dicebat; Non data est lex ad exponendum, sed ad edendum Manna. Quomodo? Sedebit, & meditabitur, & nesciet, unde comedet, & bibat, atque unde vestiatur, & operiatur; non data est lex ad meditandum, sed ad edendum Manna; & duplicabat illis cibos Thruma.

והיה ביום הששי והכינו. שמערב אדם
מערב שבת לשבת. והיה משנה לחם
משונה. אתה אומר לחם משונה הוא
או אינו אלא לחם כפול. כשהוא אומר
שני העמר לאחד הרי לחם כפול אמור
הא מה תלמוד לומר לחם משנה
לחם משונה כיצד בכל יום בכל יום
היה בו עומר אחד ובשבת שני עמרים
בכל יום היה ריחו נודף ובשבת יותר.
בכל יום היה מצולהב בזהב ובשבת
יותר.

Eritque, in die sexto parabunt; Hinc homo præparabat a vespera Sabbathi in Sabbathum. *Et erit duplum*; Panis duplex; Tu dicis panem duplicem; at ego non dicam, nisi panem duplicatum. Quando vero dicit: *Duo Gomer pro unoquoque*; Ecce panis duplex jam dictus est. At quare dictum est; *duplum*? Panis sc. duplex. Quomodo? Singulis diebus erat Gomer unum, & in Sabbatho duo Gomer. Singulis diebus excellebat odor, & in Sabbatho multo magis. Quotidie micabat in auro, & in Sabbatho multo magis.

ויאמר משה אל בני ישראל ערב וידעתם
וגו׳. אמרו להם עד שאתם ישנים
במטותיכם הקדוש ברוך הוא מפרנס
אתכם. וידעתם כי יהוה הוציא אתכם.
מכאן אתה למד ששקולה יציאת מצרים

Dixit Mose filiis Israel; vesperi scietis &c. Dixerunt illis; Dum vos dormietis in lectis vestris, Deus S. B. numietis vos. *Et scietis, quod Dominus eduxit vos*. Hinc tu discis, quid æquiparatur egressio Ægypti omnibus miracu-

כנגד כל נסים וגבורות שעשה הקדוש ברוך הוא לישראל.

ובקר וראיתם מכאן אתה למד שבפנים מאירות ניתן המן לישראל. השלו שאלו ממלא מעים. ניתן להם בפנים חשכות אבל המן ששאלו אותו כהלכה. ניתן להם בפנים מאירות. בשמע את תלונותיכם אמרו להם וכי מה אנו ספוניך שאתם עומדים ומתערמים עלינו.

ויאמר משה בתת יהוה מכאן את למד שבפנים חשכות ניתן השלו לישראל והמן ששאלו אותו כהלכה נתן בפנים מאירות. בשמע יהוה את תלונותיכם. אמרו להם אל עלינו הייתם עומדים ומתרעמים היינו סובלין אתכם אלא הרי אתם עומדים ומתרעמים לפני חי וקיים לעולמים.

ויאמר משה אל אהרן אמור אל כל עדת בני ישראל רבי יהושע אומר קרבו על שנגלתה גבורה. רבי אלעזר אומר קרבו כדי ליתן את הדין כדבר אהרן. ויהי מה תלמוד לומר ויהי מלמד שכשם שגזר הקדוש ברוך הוא כן היה. ויפנו אל המדבר. רבי יהושע אומר לא נפנו עד שנגלתה גבורה. רבי אלעזר אומר לא הפנו אלא על מעשה אבות. שנאמר המדבר מה מדבר אין בו כלום אף אבות הראשונים אין בהם לא עון ולא חטאת. הנה כבוד יי׳ נראה בענן. רבי יוסי הגלילי אומר כל זמן שישראל מבקשין לרגום את משה ואת אהרן מיד וכבוד יהוה נראה בענן. ולהלן הוא אומר ויאמרו כל העדה לרגום אותם באבנים וכאן מהו אומר כבוד יהוה נראה בענן וכל כך למה. אמר הקדוש ברוך הוא מוטב שילקה עמוד הענן ואל יסקל משה ואהרן.

lis & portentis, quæ fecit Deus S. B. Israeli.

Et mane videbitis. Hinc tu discis, quod in media luce datum sit Manna Israelitis; Coturnix, quam petierunt, quæ implebat viscera, data est illis in mediis tenebris; At Manna, quod juxta ritum petierunt, data est illis in media luce. *Eo quod audivit murmurationes vestras*. Dixerunt illis. Quid? Num nos causa sumus; quod insurgentes murmuretis contra nos?

Et dixit Mose; cum dederit vobis Dominus. Hinc discis, quod in mediis tenebris data sit coturnix Israeli; & Manna, quod juxta ritum petierunt, datum sit in media luce. *Eo quod audivit Dominus murmurationes vestras*. Dixerunt illis. Vos contra nos insurgentes murmuratis; Ecce ferimus vos; Veruntamen vos insurgitis, & murmuratis coram illo, qui vivit, & subsistit in æternum.

Et dixit Mose ad Aharon. Alloquere ad omnem cœtum Israel. R. Jehosua dicit; Accedite ad illud, quod revelavit Deus. R. Eliezer dicit; Accedite, ut detur judicium juxta verbum Aharon: *& fuit*: Ad docendum, quod quando decernit Deus S. B. ita sit. *Respexerunt ad desertum*. R. Jehosua dicit: Non respexerunt, nisi postquam apparuit Deus. R. Elieser dicit: Non respexerunt nisi ad opera patrum. Dictum est enim: *Desertum*; Sicut desertum est illud, in quo nihil est; Ita primi patres erant hujusmodi, ut in iis non esset iniquitas, neque peccatum. *Et ecce gloria Domini apparuit in nube*. R. Jose Galilæus dicit; Quo tempore Israelitæ quærebant occidere Mosen & Aharon, statim gloria Domini apparebat in nube; & dictum est *Num.* XIV. 10. *Et dixerunt universa congregatio ad occidendum eos lapidibus*. Et hoc loco dictum est: *Gloria Domini apparuit in nube*. Et hoc qua de causa? Dicit Deus S. B. Bonum est, ut recedat columna nubis, & non lapidetur Mose & Aharon.

פרשה ג

SECTIO III.

שמעתי את תלונות בני ישראל. אמר הקדוש ברוך הוא למשה. גלוי לפני מה שאמרה כנסת ישראל. ומה שהן עתידין לומר דבר אליהם בין הערבים תאכלו בשר. אמר להם בין שני דברים אתם עומדים שאלתם לחם לפי שאי אפשר

Audivi murmurationes filiorum Israel. Dixit Mosi: Manifestum est mihi, quod dixerit congregatio Israel; & quid illi sint dicturi. *Alloquere ad illos; Inter vesperas comedetis carnem. Alloquere ad illos*. Inter duas res vos constitistis; Petistis panem; quia impossibile est, ut homo vivat sine pane; & dedi illum vobis. Iterum petistis carnem ple-

לבשר ודם בלא לחם ונתתיו לכם. חזרתם שאלתם בשר ממלא מעים הרי אני נותנו לכם מפני מה אני נותנו לכם שלא תאמרו אין ספק בידו ליתנו לנו אלא הריני נותנה לכם ולבסוף אפרע מכם וידעתם כי אני יהוה אלהיכם. דייך אני להפרע מכם.

ויהי בערב ותעל השלו. מכאן אתה למד שבפנים חשכות ניתן להם השלו.

ותכס את המחנה איני יודע כמה תלמוד לומר וכאמתים על פני כל הארץ ושתי אמות היתה גבוהה מן הארץ כדי שיהא עומד כנגד לבו ונוטל כדי שלא יצטער שמלבו ולמטה שתי אמות. ומלבו ולמעלה אמה אחת. רבי יוסי הגלילי אומר ויטוש על המחנה כדרך יום כה וכדרך יום כה שלשה פרסאות. וכאמתים על פני כל הארץ ואומר ויפל בקרב מחנהו סביב למשכנותם רבי ישעיה אומר הרי הוא אומר ויטש על המחנה שלשה פרסאות לכל רוח ורוח. ומה תלמוד לומר כדרך יום כה וכדרך יום כה. שלשה כלפי למעלה שלשה על שלשה הרי תשעה ותשעה על תשעה הרי שמנה עשר וכאמתים על פני כל הארץ ואומר ויפל בקרב מחנהו סביב למשכנותם. אחרים אומרים ויטש על המחנה כדרך יום דרך בינונית עשרה פרסאות כה הרי עשרים כדרך יום כה הרי ארבעים. וכאמתים על פני כל הארץ. ואומר תערוך לפניו שלחן יכול יהוא אסטרטיאות מקולקלות תלמוד לומר על פני כל הארץ על הפנוי שבארץ. כתוב אחד אומר סביבות המחנות. וכתוב אחד אומר סביב למשכנותם אלא שהיה סובב למשכנות. רבי אליעזר אומר וכאמתים על פני כל הארץ שתי אמות היה המן גבוהה מן הארץ ולא נטלוהו ישראל אלא מן הגבוה. אמרת צא וראה כיצד היה המן יורד לישראל יוצאה רוח צפונית ומכבדת המדבר יורד מטר ומכבס הארץ והטל עולה ורוח מנשבת בו ועושתו כמן שלחנות של זהב והמן יורד עליהם ומה היו ישראל אוכלין אם מן זמן הקדוש ברוך הוא למכעיסיו קל וחומר שישלם שכר טוב לצדיקים לעתיד לבוא. הבשר עודנו בין שיניהם אמרו הבשר שביניהם אוכלין

plenam suavitatis; Ecce ego dedi illam vobis: Qua de causa ego dedi illam vobis? Ne diceretis; Non est sufficientia in manu ejus, ut det vobis. Verum ecce ego dedi vobis; Et in fine ulcisçar de nobis; *Et scietis, quia Ego Dominus Deus vester*; Satis est mihi, ut ulciscar de vobis.

Et fuit vespera ascendens coturnix. Hinc tu discis, quod in mediis tenebris dederit illis coturnices.

Et operuit castra. Nescio quantum! Dictum est *Num.* XI. 31. *Et quasi duos cubitos super faciem universæ terræ*. Et ejus altitudo erat duorum cubitorum de terra, ut adscenderet contra ejus cor, & sumeret, ne defatigaretur, & ab ejus corde & infra duorum cubitorum, & ab ejus corde & supra unius cubiti. R. Jose Galilæus dicit. *Et demisit in castra quantum itinere diei fit huc, & quantum itinere diei fit huc*: Ibid. tres Parsas: *Et quasi duos cubitos super faciem universæ terræ*. Et dictum est *Psal.* LXXVIII. 28. *Et ceciderunt in medio castrorum; circa tabernacula vestra*. Rabi Isaia dicit: Ecce dictum est: *Et demisit in castra*; tres Parsas ad singula latera. Et cur dictum est; *quantum itinere diei fit huc, & quantum itinere diei fit huc?* Tres ad superiorem partem, & tres supra tres; Ecce novem, novem supra novem, ecce octodecim: *Et quasi duos cubitos super faciem universæ terræ*. Et dictum est *Psal.* XXIII. 5. *Parasti in conspectu meo mensam*. Crederem semitas corruptas? Idcirco dictum est. *Super faciem universæ terræ*; Super spatium vacuum, quod erat in terra. Alter textus dicit: *Circa castra*. *Num.* XI. 31. Et alter dicit: *Circa tabernacula eorum*. *Psal.* LXXVIII. 28. sc. in circuitu tabernaculorum. R. Eliezer dicit; *& quasi duos cubitos super faciem universæ terræ*; duos cubitos erat altam Manna de terra; & Israelitæ non sumebant nisi de superiori. Dixisti? Veni & vide; Quomodo descendit Manna Israeli? Egressus est ventus aquilonaris, & everrit, sive purgavit desertum; descendit pluvia, & lavit terram, & ros ascendit, & ventus perflavit illum; & factæ sunt quasi mensæ aureæ, & manna descendebot super illas. Et quid Israelitæ comedebant? Si Manna præparavit Deus S. B. iracundis, multo magis reddet mercedem bonam justis in tempore futuro. Caro adhuc erat inter eorum dentes dixerunt; rectus, qui erat inter eos comedit, & statim excussit. Impius, qui inter eos erat, comedit illud, & doluit usque

ונתרז מיד. הרשע שביניהם אוכלו ומצטער עד שלשים יום. ואף יהוה חרה בעם מכה רבה מאד. מקברות התאוה נסעו העם מחצרות. וכי מחצרות נסעו ובחצרות חנו אלא מלמד שחזר מסען לאחוריהם שלש מסעות בשביל מרים.

ובבקר היתה שכבת הטל. לעניין שאמרנו ותעל שכבת הטל והרי בא ללמדך הכתוב כיצד המן יורד לישראל יוצאה רוח צפונית ומכבדת המדבר יורד מטר מכבס הארץ והטל עולה והרוח מנשבת בו ועושהו כמין שולחנות של זהב והמן יורד עליהם. והנה על פני המדבר לא על המדבר כלו אלא על מקצתו. דק מלמד שהוא דק מחוספס. מלמד שהיה יורד כגליד על הארץ. דברי רבי יהושע רבי אליעזר המודעי אומר ותעל שכבת הטל עלתה תפלתן של אבותינו שהיו שכובים בעפר על פני הארץ. והנה על פני המדבר כלו לא על מקצתו. דק שהיה יורד מן הרקיע שנאמר הנוטה כדוק שמים ולפי שהיה יורד מן הרקיע. יכול יהא יורד צונן תלמוד לומר פס. יכול יהא יורד בקולות ומנין שאינו יורד לא בשתיקה תלמוד לומר חם. יכול יהא יורד על הארץ ומנין שאינו יורד לא על הכלים תלמוד לומר ככפור. רבי טרפון אומר אינו יורד לא על האופסים כביכול פשט הקדוש ברוך הוא ידו ונטל תפלתם של אבותינו שהיו שכובים כעפר והוריד המן כטל לישראל שנאמר ויחננו ויאמר פרעהו מרדת שחת מצאתי כופר. כבר היה רבי טרפון והזקנים יושבין ורבי אליעזר המודעי יושב לפניהם אמר להם רבי אלעזר המודעי ששים אמה ארכו היה גבהו של מן אמר לו מודעי עד מתי אתה מתמה עלינו אמר להם מקרא הוא מן התורה. וכי אי זו מדה מרובה טובה אומר רעה הוי או מדה טובה ממדת פורענות הרי הוא אומר חמש עשרה אמה גבהו ובמדה טובה מה

usque ad triginta dies. *Dominus quoque exarsit ira in populum plaga valde magna. De sepulchris concupiscentiæ profectus populus de Haseroth.* Quid? num de atriis profecti sunt, & in atriis castrametati sunt? Ut doceare, quod retrocesserint tria castra causa Mirjam.

Mane fuit diffusio roris. Eo modo quo diximus; *Cumque adscendisset diffusio roris.* Ecce venit textus, ut discas, quomodo Manna descenderit Israeli; Egressus est ventus aquilonaris, & everrit desertum, descendit pluvia, & abluit terram, & ros adscendit, & ventus perflavit in eum, & factæ sunt quasi mensæ aureæ, & Manna descendebat super illas. *Et ecce super faciem deserti;* Non supra omne desertum, sed super ejus partem. *Minutum;* Ad docendum, quod esset purum a luto. Ad docendum, quod descenderit quasi pruina super terram. Verba R. Jehosua. R. Eliezer Amodai dicit; *Et adscendit diffusio roris;* Adscendit oratio nostrorum patrum, qui jacebant in pulvere super faciem deserti. *Et ecce super faciem deserti.* Non super omne desertum, sed super ejus partem. *Minutum,* quod descendit de firmamento. Dictum est enim *Isai.* XL. 22. *Qui extendit velut nibilum cœlos.* Et quoniam descendit de cœlo; crederem descendisse frigidum? Idcirco dictum est פס. Crederem descendisse cum strepitu descendisse? Et unde probatur non descendisse nisi cum silentio? Idcirco dictum חם. Crederem descendisse super terram? Et unde probatur non descendisse nisi super vasa? Ex eo quod dictum est; *sicut pruina.* R. Tarphon dicit: Unde probatur non descendisse nisi per glebas? Quasi dicatur, quod extenderit Deus S. B. manum suam, & receperit preces patrum nostrorum, qui jacebant in pulvere, & demiserit Mannam sicut rorem Israeli; Dictum est enim *Job* XXXIII. 24. *Miserebitur ejus; & dicet: Libera eum, ut non descendat in corruptionem; inveni, in quo ei propitior.* Jam dixit R. Tarphon: Senes sedebant, & R. Eliezer Amodai sedebat coram illis; Dixit illis R. Eliezer Amodai; Sexaginta cubitorum erat altitudo Manna. Dixerunt illi; Amodai, usquequo miraris de nobis? Respondit illis; est textus ex lege. Quænam est mensura major bonine, an mali? Mensura mali est major mensura pœnarum. Ecce dictum est *Genes.* VII. 20. *Quindecim cubitis prævaluerunt.* Et de mensura boni quid dictum est *Psal.* LXXVIII. 23? *Et mandavit nubibus desuper, & januas cœli* ape-

הוא אומר ויצו שחקים ממעל ודלתי שמים פתח. לעניץ שאמרנו מה נפשך על גבי גבי ההר חמשה עשר אמה מיעט דלתות שנים וכמה ארובות בדלת ארבע ארבע על ארבע שמונה שמנה על שמנה ששה עשר. באו וחשבו ששים אמה היה גבהו של המן. אסי בר שמיי אומר כשירד המן לישראל ראוהו כל האומות שנאמר תערוך לפני שלחן וגו׳. ויראו בני ישראל ויאמרו איש אל אחיו וגו׳ כאדם שאומר לחבירו מה הוא. כך אמרו זה לזה. דורשי רשומות אמרו ישראל קראוהו מן שנאמר ויאמר משה אליהם הוא הלחם. רבי יהושע אומר אמר משה לזקנים וזקנים לכל ישראל מכאן היה רבי יוסי ורבי שמעון אומר כסוסים נתפטמו ישראל באותה שעה נאמר כאן לאכלה ונאמר להלן לחם אבירים אכל איש אל תיקרי אבירים אלא איברים לחם שניטוח באיברים. אמר להם המן הזה שאתם אוכלים נטוח באיבריכם צדה שלח להם לשובע זה יהושע בן נון שירד לו מן כנגד כל ישראל ויש אומרים על איבריו היה יורד ומאבריו היה נוטל ואוכל לכך נאמר לחם אבירים אכל איש.

פרשה ד

זה הדבר אשר צוה יהוה לקטו ממנו וגו׳ אמרו עכשיו יצא נחשון בן עמינדב וביתו ומלקט הרבה יצא עני שבישראל ומלקט קימעא. וכשהן באין לידי מדה וימודו בעומר אמרו אוכל כשיעור בריא ומבורך פחות מכאן קללה במעיו יותר מכן רעבתן. ויעשו בני ישראל. עשו מה שנתפקדו ולא עברו על גזרת משה וילקטו המרבה והממעיט לא החסיר. ויאמר איש אל יותר ממנו עד בקר ולא שמעו אל משה. אלו מחוסרי אמנה שבישראל ויותירו אנשים ממנו. אמרו אנשים טובים לא הותירו אנשים שאינן טובים הותירו. וירם תולעים ויבאש הרי מקרא זה מסורס וכי מרחיש ואחר כך מבאיש אלא מבאיש

aperuit. Eo modo quo diximus. Quid putas? ſuper altiſſimum montem quindecim cubitos, exceptis duabus januis; & quantæ ſunt longitudines in janua? Quatuor, quatuor ſupra quatuor, octo, octo ſupra octo, ſexdecim. Venite, & computate; ſexaginta cubitorum erat altitudo Manne. Aſe bar Same dicit; quando deſcendit Manna Iſraeli, viderunt illud omnes nationes; dictum eſt enim *Pſal.* XXIII. 5. *Paraſti in conſpectu meo menſam &c. Et viderunt filii Iſrael, & dixerunt quiſque fratri ſuo.* Sicut homo, qui dicit ſocio ſuo; quid eſt hoc? Sic inter ſe dixerunt. Expoſitores Biblici vocarunt illud מן; Dictum eſt enim: *Et dixit Moſe eis. Iſte eſt panis.* Rabi Jehoſua dicit; Dixit Moſe ſenioribus, & ſeniores omnibus Iſraelitis. *Hinc* Rabi *Joſe*, & Rabi Simeon dixerunt, quod quaſi equi, eo tempore Iſraelitæ ſaginarentur; Dictum eſt hic *ad comedendum*; & dictum eſt *Pſal.* LXXVIII. 25. *Panem fortium manducavit homo.* Ne legas אבירים ſed איברים; Panem, qui extenſus fuit in membra. Dixit illis; Manna hoc, quod vos comeditis, impingitur in veſtra membra; De induſtria miſit illis ad ſatietatem; Hic eſt Joſue filius Nun, qui fecit deſcendere Manna contra univerſum Iſrael; & alii dicunt ſuper ejus membra deſcendebat, & ab ſuis membris ſumebat, & edebat; Idcirco dictum eſt. *Panem fortium manducavit homo.*

SECTIO IV.

HOC *eſt verbum, quod præcepit Dominus; colligite ex eo &c.* Dixerunt; Nunc egreſſus eſt Nachſon ben Aminadab, & domus ejus, & collegit multum, & exiit pauperrimus in Iſraele, & collegit parum; & quando metiti ſunt Gomer; dixerunt; comedam juxta hanc menſuram; Ecce hic erat ſanctus, & benedictus; Minus hoc, maledictio erat in viſceribus ſuis magis quam eorum fames. *Et fecerunt filii Iſrael.* Fecerunt, quod ilis præceptum fuit, & non violarunt decretum Moſis: *Et collegerunt multum, & parum. Et menſi ſunt Gomer, & non ſuperabundavit multum, & parum non defecit. Et dixit: Nemo reſiduum faciat ex eo uſque mane; & non auſcultarunt Moſi.* Iſti erant deficientes fide in Iſrael. *Et reliquerunt de eo reſiduum.* Dixerunt: Viri boni non reliquerunt; viri qui non erant boni, reliquerunt. *Et produxit vermes, & putruit;* Ecce hic textus inverſus eſt. Quid? num ſerpit, & poſtea fœtet?

ואחר כך מרחיש . כענין שנאמר ולא הבאיש וגו׳.

ויקצף עליהם משה כעס עליהם ואמר להם מפני מה עשיתם כן. וילקטו אותו בבקר בבקר . בשחרית בשחרית . דורשי רשומות אמרו מכאן שהיה במן בזעת אפיך תאכל לחם . וחם השמש ונמס . בארבעה שעות . אתה אומר בארבעה שעות או אינו ﭏא בשש שעות כשהוא אומר וחם השמש משמע בשעה שהשמש חם והצל צונן זו היא שעה רביעית ביום ונמס כיון שחמה זורחת עליו היה פושר והולך ונחלים היו מושכין ממנו ומוליכין לים הגדול ובאין איליס וצבאים ויחמורים וכל בהמה ושותין מהם ואחר כך באין האומות וצדין מהם ואוכלין אותן וטועמים בהם טעם מן שהיה יורד לישרﭏ.

ויהי ביום הששי לקטו וגו׳ . רבי יהושע אומר זה לחם כפול . שני העומר לאחד ויבאו כל נשיאי העדה. אמרו לו משה רבינו מה נשתנה היום הזה מכל הימים . ויאמר ﭏיהם הוא אשר דבר יהוה אמרו לו אימתי אמר להם מחר את אשר תאפו אפו . רבי יהושע אומר מי שהוא רוצה אפוי היה מתאפע לו. והרוצה מבושל היה מתבשל לו . רבי ﭏעזר המודעי אומר הרוצה דבר אפוי היה טועם כל אפויים שבעולם והרוצה לבשל היה טועם כל בשולים שבעולם. רבי אלעזר אומר על אפוי אפוי ועל מבושל מבושל . הא כיצד יום טוב שחל להיות ערב שבת מנין שאין רשאין לא לאפות ולא לבשל ﭏא אם כן עירבו תלמוד לומר את אשר תאפו אפו . אפו על אפוי ובשלו על מבושל . ואת כל העודף הניחו אותו למשמרה . ויניחו אותו עד הבקר לענין שאמר ויאמר משה אכלוהו היום כי שבת היום ליהוה היום לא תמצאוהו בשדה. רבי זריקה אומר מכאן שלש סעודות בשבת לפי שהיו רגילין לצאת בשחרית . אמרו לו משה רבינו נצא בשחרית. אמר להם אכלוהו היום אמרו לו הואיל ולא יצאנו שחרית נצא בין הערבים אמר להם כי שבת היום ליהוה ומה תלמוד לומר היום לא

tet? Sed fœtet, & poſtea ſerpit; Sicuti dictum eſt: *Neque fœtidum redditum eſt*.

Et iratus eſt in eos Moſe. Indignatus eſt contra illos; Qua de cauſa ſic feciſtis? *Collegerunt illud mane mane*. Unoquoque tempore matutino. Expoſitores Biblici dixerunt; Hinc de Manna dictum eſt *Geneſ*. III. 19. *In ſudore frontis tuæ*. In ira furoris tui comedes panem. *Incaleſcente autem ſole liqueſcebat;* hora quarta. Tu dicis hora quarta; Crederem ſexta hora? Quando vero dicit. *Incaleſcente autem ſole*. Intelligitur quo tempore ſol incaleſcit, & umbra frigida eſt; hæc eſt hora quarta diei; *& liqueſcebat;* Poſtquam incleſcebat ſplendor ſuper illud, liqueſcebat, & flumina ex eo derivabantur, & defluebant in mare magnum; & veniebant cervi, capri, bubali, & animalia omnia, & de illis bibebant. Et poſtea veniebant nationes, & de his venabantur, & comedebant, & in his guſtabant guſtum Manna, quod deſcenderat Iſraeli.

Et fuit die ſexto, collegerunt &c. R. Jehoſua dicit; hic eſt panis duplus. *Duo Gomer pro unoquoque. Et venerunt omnes principes congregationis*. Dixerunt Moſi; Magiſter noſter; Cur differt hic dies ab ceteris diebus? *Et dixit illis*: Hoc eſt, quod dixit Dominus? Dixerunt: quando? Reſpondit illis: *Cras quod coquetis, coquite*. R. Jehoſua dicit: Qui volebat coquere, parabatur illi; Et qui volebat elixare, illi elixabatur. R. Elieſer Amodai dicit; Si vellet rem coctam, erat guſtus omnium rerum coctarum, quæ ſunt in mundo; Si vellet elixare, erat guſtus omnium elixorum, quæ ſunt in mundo. Rabi Elieſer dicit; ſuper coctum coctum, & ſuper elixum elixum. Quomodo? Si feſtum cadat in veſperam Sabbathi, unde probatur, quod non liceat coquere, & elixare, niſi fiat commixtio? Ex eo quod dictum eſt; *Quod coquetis, coquite*: Coctum ſuper coctum & elixum ſuper elixum. *Quicquid vero abundaverit, ſeponite in cuſtodiam. Et ſepoſuerunt uſque ad mane*. Eo modo quo dictum eſt. *Et dixit Moſe. Comedite illud hodie; quoniam Sabbathum eſt hodie Domino. Hodie non invenietis illud in agro*. R. Zericha dicit: Hinc probantur tria convivia in Sabbatho; ut promti eſſent egredi in tempore matutino. Dixerunt illi; Moſe magiſter noſter; egrediemur mane? Reſpondit illis. *Comedite illud hodie*. Dixerunt illi, quoniam mane non egredimur, egrediemur inter veſperas. Reſpondit illis;

quo-

תמצאוהו בשדה. אמרו בקע לבן של
אבותינו באותה שעה שהיו אומרים
הואיל ולא מצאנוהו היום שמא לא
נמצאהו למחר אמר להם היום הזה
אי אתם מוצאים אותו אבל אתם
מוצאים אותו מחר. רבי ﭏעזר בן חסמא
אומר בעולם הזה אי אתם מוצאים
אותו אבל לעולם הבא אתם מוצאים
אותו.

ויאמר משה אכלוהו היום. רבי יהושע
אומר אם תזכו לשמור את השבת
עתיד הקדוש ברוך הוא לתת לכם
שלשה מועדות פסח ועצרת וסוכות.
לכך נאמר ויאמר משה אכלוהו היום.
רבי ﭏעזר המודעי אומר אם תזכו לשמור
את השבת עתיד הקדוש ברוך הוא
ליתן לכם שש מדות טובות. ארץ
ישרﭏ. ועולם הבא. ועולם חדש. ומלכות
בית דוד. וכהנה. ולויה. לכך נאמר
אכלוהו היום. רבי ﭏעזר אומר אם תזכו
לשמור את השבת תנצלו משלשה
פורענויות מיומו של גוג ומגוג. ומחבלו
של משיח. ומיום דין הגדול. לכך
נאמר אכלוהו היום. ששת ימים
תלקטוהו. רבי יהושע אומר למדנו שאין
יורד בשבת ביום טוב מנין תלמוד לומר
לא יהיה בו. רבי ﭏעזר המודעי אומר
למדנו שאינו יורד בשבת. ביום טוב
מנין תלמוד לומר שבת. ביום הכפורים
שהוא שבתון מנין תלמוד לומר לא יהיה
בו. ויהי ביום השביעי יצאו מן העם
ללקוט ולא מצאו ﭏו מחוסרי אמנה
שבישרﭏ.

פרשה ה

ויאמר יהוה ﭏ משה עד אנה מאנתם
רבי יהושע אומר אמר לו הקדוש ברוך
הוא למשה משה אמור להם לישראל
הוצאתי אתכם ממצרים וקרעתי לכם
את הים והורדתי לכם המן והעלתי
הבאר והגזתי לכם השליו. ונלחמתי לכם
מלחמת עמלק. ועשיתי לכם נסים
וגבורות. עד מתי מאנתם לשמור מצותי
ותורותי. שמא תאמרו מצות הרבה
הטלתי לכם שבת זה הטלתי לכם
ממרה לשמרה ולא שמרתם אתם
שמא תאמרו כל מי שמשמר השבת

quoniam Sabbathum est hodie Domino. Et cur dictum est; *Hodie non invenietis in agro.* Dixerunt; Diffissum est cor patrum nostrorum eo tempore qui dixerunt, quandoquidem non invenerunt illud hodie, non invenient mane. Dixit illis; hac hodierna die vos non invenietis illud, sed invenietis mane: R. Eliefer ben Asama dicit; In hoc mundo non invenietis illud, sed in mundo futuro illud invenietis.

Et dixit Mose; Comedite illud hodie: R. Jehosua dicit; Si digni eritis observare Sabbathum; futurum est ut Deus S. B. det vobis tres solennitates, Pascha, festum septimanarum, & tabernaculorum. Idcirco dictum est: *Et dixit Mose: Comedite illud hodie.* R. Eliefer dicit; Si digni eritis observare Sabbathum, futurum erit, ut Deus S. B. det vobis sex bona, terram Israel, & mundum futurum, & seculum novum, & regnum domus David, & Chanucha, & ordinem Leviticum. Idcirco dictum est: *Comedite illud hodie.* Rabi Eliefer dicit; Si digni eritis observare Sabbathum, liberabimini a tribus pœnis, a diebus Gog, & Magog, a doloribus Messiæ, & a die judicii magni. Idcirco dictum est: *Comedite hodie. Sex diebus colligite illud.* R. Jehosua dicit: Docemur, quod non descenderit in Sabbatho, in die festo unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Non erit in eo*: R. Eliefer Amodai dicit; Docemur, quod non descenderit in Sabbatho, in die festo unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Sabbathum.* In die expiationum, in quo erat cessatio, unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Non erit in eo*: *& fuit in die septimo, egressi sunt de populo ad colligendum, & non invenerunt.* Hi sunt deficientes fide in Israel.

SECTIO V.

ET *dixit Deus ad Mosen: Usquequo renuitis?* R. Jehosua dicit. Deus S. B. dixit Mosi. Mose alloquere ad Israel; Eduxi vos de Ægypto, induravi vobis mare, & feci vobis descendere Manna, & feci vobis adscendere fontem, & dedi vobis coturnices, & bellavi vobis bellum Amalech, & feci vobis miracula & portenta: *Usquequo renuitis observare præcepta mea, & leges meas?* Fortasse dicetis: Præcepta multa imposui vobis. Sabbathum hoc imposui vobis in Marah ut custodiretis, & non custodistis; Fortasse; Qui observat Sabbathum, quam mercedem recipit? Idcir-

מה שכר נוטל עליו תלמוד לומר אשרי אנוש יעשה זאת ובן אדם יחזיק בה שומר שבת מחללו ושומר ידו מעשות כל רע. הא למדנו שכל מי שמשמר את השבת מרוחק מן העבירה. ראו כי יהוה נתן לכם את השבת. אמר להם משה לישראל הזהרו כי יהוה נתן לכם את השבת שתשמרוה על כן הוא נותן לכם זהו שהיה רבי יהושע אומר לחם כפול שני העומר לאחד. שבו איש תחתיו אלו ארבעה אמות. אל יצא איש ממקומו אלו אלפים אמה. ומנין ששמעו דבר זה וקבלו עליהם שנאמר וישבתו העם ביום השביעי. דבר אחר וישבתו העם ביום השביעי. רבי יהושע אומר אמר להם לישראל אם תשמרו שבת זו עתיד הקדוש ברוך הוא ליתן לכם שלשה מועדות. חג ניסן וחג סיון וחג תשרי. כיון ששמעו דבר זה קבלו עליהם ושבתו. רבי אלעזר המודעי אומר אמר להם המקום אם תשמרו שבת זו עתיד אני ליתן לכם שש מדות טובות ארץ ישראל וכו׳. רבי אלעזר אומר אם תשמרו שבת זו תנצלו משלשת פורעניות. מחבלו של משיח ומיומו של גוג ומיום דין הגדול. וכששמעו דבר זה קבלו ושבתו. ויקראו בית ישראל את שמו מן. דורשי רשומות אמרו בית ישראל קראו את שמו מן. והוא כזרע גד לבן. איני יודע של מי דומה. רבי יהושע אומר דומה לזרע פשתן. מה זרע פשתן אדום כך זה אדום תלמוד לומר לבן. רבי אלעזר אומר דומה להגדה שהוא מושך לבו של אדם. אחרים אומרים הוא מעיד על עצמו שהוא מן שאינו יורד לא בשבת ולא ביום טוב ולא ביום הכפורים. רבי יוסי אומר כשם שהנביא מגלה חדרים וסתרים כך היה המן מגיד

circo dictum est *Isai.* LVI. 2. *Beatus vir, qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehendet istud, custodiens Sabbathum ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum.* Ecce docemur, quod qui observat Sabbathum, removetur a peccato. *Videte quod Dominus dedit vobis Sabbathum.* Dixit Mose Israeli: Moneamini, *quod Dominus dedit vobis Sabbathum*, ut observetis; *ideoque ipse dat vobis*; hoc dicebat R. Jehosua; *panem duplum* duo Gomer unicuique. *Sedete quisque in loco suo*; Hi sunt quatuor cubiti. *Ne egrediatur vir e loco suo.* Hæc sunt duo millia cubitorum. Et unde probatur, quod hoc auscultaverint, & receperint? Ex eo quod dictum est. *Et quieverunt populus die septimo.* Alia expositio: *Et quieverunt populus die septimo.* R. Jehosua dicit: Dixit illis; si observabitis hoc Sabbathum, futurum est, ut Deus S. B. det vobis tres solennitats, solennitatem Nisan, solennitatem Sivan, & solennitatem Tisri. Quando hoc audierunt, super se receperunt, & quieverunt. R. Eliefer Amodai dicit: Dixit illis Deus, si observabitis hoc Sabbathum, dabo vobis sex mensuras bonorum, sc. terram Israel &c. R. Eliefer dicit; Si observabitis Sabbathum hoc, liberabimini a tribus pœnis, sc. a doloribus Messiæ, & a diebus Gog & Magog, & a die judicii magni. Quando hoc audierunt, receperunt, & quieverunt. *Et vocarunt domus Israel nomen ejus Man.* Expositores Biblici dixerunt: *Domus Israel vocarunt nomen ejus Man; Et illud sicut semen coriandri, album.* Ignoro cuinam assimiletur. R. Jehosua dicit; assimilatur semini lini, sicut semen lini est rubrum, ita pariter hoc est rubrum. Idcirco dictum est: *Album.* R. Eliefer dicit: assimilatur coriandro quod attrahit cor hominis: Alii dicunt, quod testetur de seipso, quod sc. Manna non descenderit neque in Sabbatho, neque in die festo, neque in die expiationum. Rabi Jose dicit: Sicut prophetia aperit res manifestas, & absconditas; ita pariter Manna ostendit Israeli manifesta & abscondita. Quomodo? Homo & fœmina qui venerunt coram Mose; & similiter duo, qui veniant coram Synhedrio; Iste dicit; servum meum furatus es &c. *Et sapor ejus tanquam lagani in melle.* R. Jehosua dicit tanquam cacabus, & tanquam crustula. R. Eliefer dicit; tanquam simila, quæ obtecta sit super cribro, & subacta sit melle, & butyro. *Hoc est verbum &c.* Crederem esse dicendum, quod non reposuerit Aharon nisi

לישראל חדרים וסתרים . הא כיצד איש ואשה שבאו לפני משה . וכן שנים שבאו לפני בית דין זה אומר עבדי גנבת וכו'. וטעמו כצפיחית ברבש . רבי יהושע אומר כלפם וכעין אסקריטי . רבי אליעזר אומר כסולת זו שצפה על גבי נפה ונלושה ברבש וחמאה. זה הדבר וגו' שיכול לומר לא הניחו אהרן אלא בשנת הארבעים תלמוד לומר ויניחהו אהרן. אימתי נעשה הארון בשנה שניה כך לא הניחו אהרן אלא בשעה שניה והוא אחד מעשרה דברים שנבראו בערב שבת בין השמשות הקשת והמן והמטה והכתב והשמיר והלוחות ופתיחת פי הארץ לבלוע הרשעים ופתיחת פי האתון וקברו של משה . ומערה שעמד בה משה ואליהו . ויש אומרים אף בגדיו של אדם הראשון ומקלו של אהרן שקדיו ופרחיו. שבעה דברים מכוסין מבני אדם ואלו הן. יום המיתה ויום הנחמה ועומק הדין. ואין אדם יודע במה משתכר ואין אדם יודע מה בלבו של חבירו. ומלכות בית דוד אימתי תחזור למקומה. ומלכות חייבת אימתי תעקר. ויאמר משה אל אהרן קח צנצנת אחת איני יודע של מה היא. אם של כסף היתה או של ברזל או של עופרת או של נחשת או של בדיל תלמוד לומר צנצנת לא אמרתי אלא דבר שהוא מציץ מחברו אי אתה מוצא אלא כלי חרס . ותן שמה מלא העומר מן והנח אותו לפני יהוה למשמרת לדורותיכם . רבי יהושע אומר לאבות. רבי אלעזר המודעי אומר לדורות. רבי אליעזר אומר לימות המשיח ולימות ירמיה הנביא שבשעה שאמר ירמיה לישראל מפני מה אתם עוסקין בתורה אמרו לו במה נתפרנס הוציא להם צלוחית של מן ואמר להם הדור אתם ראו דבר יהוה . אבותיכם שהיו עוסקין בתורה ראו במה נתפרנסו אף אתם אם תעסקו בתורה הקדוש ברוך הוא יפרנסכם מזה וזה אחד משלשה דברים שאליהו עתיד להעמיד לישראל. צלוחית המן . וצלוחית של מי נדה. וצלוחית של שמן המשחה. ויש אומרים אף מקלו של אהרן שקדיו ופרחיו. שנאמר השב את מטה אהרן . ובני ישראל אכלו את המן ארבעים שנה. רבי יהושע אומר

nisi anno quadragesimo? Idcirco dictum est: *Sepofuit illud Aharon*. Quando ædificata est arca? Anno secundo; Idcirco non reposuit Aharon nisi in hora secunda: & hoc est unum ex decem, quæ creata sunt in vigilia Sabbathi inter soles, sc. Arcus cœlestis, & Manna, & Virga, & Scriptura, & Schamir, & tabulæ, & apertio oris terræ ad absorbendos impios, & apertio oris fornacis, & sepulchrum Mosis, & specus, ubi stetit Mose, & Elia. Et alii dicunt; Etiam vestes primi hominis, & baculus Aharonis, ejus amygdalæ & flores: Septem abscondita sunt hominibus, & hæc sunt; Dies mortis suæ, & dies consolationis, & profunditas judicii, quantum lucretur, & nemo cognoscit; Et nemo cognoscit, quid sit in corde socii sui; & quando in locum suum restituatur regnum domus David; & quando regnum impium destruatur. *Et dixit Mose ad Aharon: Tolle lagenam unam*. Ignoro qualis esset; num esset argentea, an ferrea, an plumbea, an ænea, an stamnea. Idcirco dictum est צנצנת; Non dixi nisi de eo, quod exsugat ab suo simili. Tu non invenis nisi vas testaceum. *Et dabis in illa plenitudinem Gomer Mannæ, & repone coram Domino in custodiam ad generationes vestras*. R. Jehosua dicit: ad patres. Rabi Eliefer Amodai dicit: ad generationes; R. Eliefer dicit; ad dies Messiæ, & ad dies Jeremiæ prophetæ; quia eo tempore dicet Jeremia Israelitis; Quare non dedistis operam legi? Respondebunt illi. Quo nutriemur? Ostendet illis lagenam Mannæ, & dicet illis. *Generatio vestra videte verbum Domini*. *Jerem.* II. 30. Patres vestri, qui legi operam dederunt, videte quo alimento nutriti sunt; Vos quoque si operam dabitis legi, Deus S. B. ex hoc vos erit nutriturus; & hoc est unum ex tribus, quæ Elia constituet Israelitis, sc. lagenam Mannæ, & vasculum aquæ menstruæ, & lechytum olei unctionis; & alii dicunt; etiam baculum Aharon, & ejus amygdalas & flores: Dictum est enim *Deuter.* XVII. 10. *Refer virgam Aharon*. *Et filii Israel comederunt Manna quadraginta annis*. R. Jehosua dicit. Quadraginta dies comederunt Manna post mortem Mosis. Quomodo? Mose mortuus est septima die Adar, & de eo comederunt quatuor & viginti dies Adar primi, & sedecim Nisan; Ecce quadraginta; Dictum est enim *Jos.* V. 12. *Cessavitque Manna, postridie comederunt de frugibus terræ*. Et dictum est ibid. *Et comederunt de*

ארבעים יום אכלו את המן אחרי מות משה. כיצד משה מת בשבעה באדר ואכלו ממנו ארבעה ועשרים יום של אדר הראשון. וששה עשר של ניסן הרי ארבעים. שנאמר וישבות המן ממחרת באכלם מעבור הארץ. ואומר ויאכלו מעבור הארץ ממחרת הפסח מצות וקלוי. רבי אליעזר המודעי אומר שבעים יום אכלו את המן אחר מיתתו של משה הא כיצד משה מת בשבעה באדר ואכלו ממנו עשרים וארבעה ימים של אדם הראשון ושלשים של אדר השני ששנת עבור היתה וששה עשר של ניסן הרי שבעים שנאמר וישבות המן ממחרת. ובני ישראל אכלו את המן וגו׳ רבי יהושע אומר ארבעים יום אכלו ישראל את המן אחר מותו של משה כיצד משה מת בשמונה באדר ואכלו ממנו עשרים וארבעה ימים של אדר וששה עשר של ניסן שנאמר וישבת המן ממחרת. רבי אליעזר המודעי אומר שבעים יום אכלו ישראל את המן אחר מיתת משה כיצד משה מת בששה באדר ואכלו את המן עשרים וארבעה באדר ושלשים של ואדר ואותה שנה לא היתה מעוברת. וששה עשר של ניסן שנאמר וישבות המן. רבי יוסי אומר חמשים וארבעה שנה אכלו ישראל את המן ארבעים שנה בחיי משה. וארבע עשרה אחר מיתתו שנאמר ובני ישראל אכלו את המן. שאין תלמוד לומר את המן אכלו עד בואם אל קצה ארץ כנען אלא אלו ארבעה עשר שנה שאכלוהו אחר מיתת משה. ואלו הן שבע שכבשו ושבע שחלקו. מתה מרים נסתלק הבאר. מת אהרן נסתלקו ענני כבוד. מת משה נסתלק המן. רבי יהושע אומר מתה מרים נסתלקה הבאר וחזר בזכות משה ואהרן. מת אהרן נסתלק עמוד הענן וחזרו שניהם בזכות משה. מת משה נסתלקו שלשתן ולא חזרו. והצרעה לא עברה עמהם את הירדן. והעומר אינו ידוע כמה הוא תלמוד לומר עשירית האיפה. וכמה הוא עשירית האיפה אחד משבעה רביעים ועוד עומר זה איני יודע כמה הוא אחד מחמשה ברביע.

פרשה ו

ויסעו כל עדת בני ישראל ממדבר סין לפי שפרשו ישראל מן התורה לכך

frugibus terræ die altero Paschatis azymorum panes, & polentam. R. Elieser Amodai dicit septuaginta dies comederunt Manna post mortem Mosis. Quomodo? Mose mortuus est die septimo Adar, & de eo comederunt quatuor & viginti dies Adar primi, & triginta Adar secundi, quia annus intercalatus fuit, & sedecim Nisan, ecce septuaginta. Dictum est enim: *Et cessavit Manna postridie; & filii Israel comederunt Manna &c.* R. Jehosua dicit; quadraginta dies comederunt Israelitæ Manna post mortem Mosis. Quomodo? Moses mortuus est die octava Adar, & de eo comederunt quatuor & viginti dies Adar, & sedecim Nisan; dictum est enim: *Et cessavit Manna postridie:* Rabi Eliesер dicit; Septuaginta dies comederunt Israelitæ Manna post mortem Mosis. Quomodo? Mose mortuus est die sexta Adar, & comederunt de Manna quatuor & viginti Adar, & triginta Adar secundi, & ille annus non fuit intercalatus; & sedecim Nisan; Dictum est enim: *Cessavitque Manna.* R. Jose dicit: Quatuor & quinquaginta annis comederunt Israelitæ de Manna, quadraginta annis vivente Mose, & quatuordecim post ejus mortem; Dictum est enim: *Et Filii Israel comederunt Manna.* Quod non erat necesse ut diceretur; *De Manna comederunt priusquam ingrederentur in partem terræ Chanaan.* Isti sunt quatuordecim anni, quibus comederunt post mortem Mosis, septem, quibus subegerunt terram, & septem, quibus diviserunt; Mortua est Mirjam, recessit fons; Mortuus est Aharon, & recesserunt nubes, mortuus est Mose, & recessit Manna. R. Jehosua dicit: Mortua est Mirjam, & recessit fons, & restitutus est propter meritum Mosis & Aharon: Mortuus est Aharon, & recessit columna nubis, & ambo restituta sunt propter meritum Mosis; mortuus est Mose, & hæc tria omnia recesserunt, & nunquam amplius restituta sunt; & lepra non transiit cum illis Jordanem. Et Omer ignoratur quantum esset; Dictum est; *Decima pars Ephæ;* & quanta erat decima pars Ephæ? Unum ex septem quartariis; & præterea hoc Omer ignoratur quantum esset; Una ex quinque partibus in quartario.

SECTIO VI.

Et profecta est universa congregatio filiorum Israel ex deserto Sin. Quia se separarunt Israelitæ ab lege; Idcirco venit inimicus contra illos; Quia non ve-

בא שונא עליהם שאין השונא בא לא על החטא ועל העבירה.

ויריב העם עם משה. עברו על שורת הדין דרך ארץ אדם כועס בביתו ואין נותן עינו לא בבנו הקטן אבל אלו לא נתנו עיניהם לא בגדול לכך נאמר וירב העם עברו על שורת הדין.

ויאמר להם משה מה תריבון וגו׳ אמר להם כל זמן שאתם מריבין עמי אתם מנסין המקום שנאמר מה תנסון את יהוה. דבר אחר כל זמן שאתם מנסין המקום שנאמר מה תנסון את יהוה. דבר אחר כל זמן שאתם מדינין עמי הקדוש ברוך הוא עושה לכם נסים ונפלאות לשמו מתגדל בעולם. ויצמא שם העם במים וגו׳ אבל כאן נגע בהם צמאון וגו׳. ומקום אחר מה הוא אומר ויבאו מרתה אבל כאן נגע בהם צמאון. וילן העם על משה. מכאן היה רבי הושעיא נפל ביתא אבל לכוותא. השוו בהמתן לגופו אמרין בהמתו של אדם היא חייו אדם המהלך בדרך אם אין בהמתו עמו מסתגף הוא.

ויצעק משה אל יהוה להוריע שבחו של משה שלא אמר משה הואיל והם מדינין עמי איני מבקש עליהם רחמים אלא ויצעק משה אל יהוה לאמר מה אעשה לעם הזה אמר משה לפני הקדוש ברוך הוא רבונו של עולם בינך לבינם אני הרוג ואתה אומר לי אל תפקיד כנגדן. כי תאמר אלי שאהו בחיקך והם רוצין להרגני. כאן המקום ממיך ומשה מגביה. ובמקום אחר המקום מגביה ומשה ממיך כענין שנאמר ועתה הניחה לי. ואחריו מה הוא אומר ויחל משה. ויאמר יהוה אל משה עבור. עבור על דבריהם. רבי יהודה אומר עבור מהם שאתה מוצא להם את המים. רבי נחמיה אומר עבור על חטא שלהם. דבר אחר עבור לפני העם ודנגישה ליה ימלל. וקח אתך מזקני העם לעדות. שלא יאמרו מעיינות היו שם. ומטך אשר הכית בו את היאור מפני התרעומות. וזהו אחד משלשה דברים שישראל מתרעמין עליהם והיו אומרים מיני פורענות הן ואלו הן הקטרת הארון והמטה. אמרו הקטרת

nit inimicus nisi propter peccatum & delictum.

Et rixatus est populus cum Mose. Violarunt ordinem judicii. Juxta consuetudinem terræ quando quis indignatur in domo sua, non intuetur nisi filium suum minorennem; At isti dederunt oculos suos super maximum; Idcirco dictum est; *Et rixatus est populus*; violarunt ordinem judicii.

Et dixit ad illos Mose; quid rixamini vos mecum? Vos tentatis Deum; Dictum est enim: *Quid tentatis Dominum?* Quo tempore vos mecum contenditis, Deus S. B. facit vobis miracula, & mirabilia, & nomen ejus magnificatur in mundo. *Sitivit ibi populus aquam &c.* At hoc loco; Pervenit ad illos sitis &c. Alio loco quid dictum est? *Et venerunt in Marah. Et murmuravit populus contra Mosen.* Hinc dicebat R. Josia; Si cadat domus, luctus est illi loco; Similes sunt in suis pecoribus quod spectat eorum corpora; Dixerunt; In animali hominis est vita hominis; si incedat per viam, si non sit animal suum cum eo affligitur.

Et clamavit Mose ad Dominum. Ad demonstrandam laudem Mosis; Non enim dixit Mose, quoniam mecum contendunt, non quæram pro illis misericordiam; Verum *& clamavit Mose ad Dominum; dicendo: quid faciam populo huic?* Dixit Mose coram Deo S. B. Domine mundi; Inter te & inter illos ego interficiar; & tu dicis mihi; Ne irascaris contra illos; Quia dixisti mihi; Porta illum in sinu tuo; & illi volunt me interficere; Hic Deus humiliatur, & Mose extollitur; & alio loco Deus extollitur, & Mose humiliatur; sicuti dictum est *Exod.* XXXII. 10. *Nunc igitur sine me.* Et postea quid dictum est? *Et oravit Mose. Et dixit Dominus ad Mosen. Transi.* Transi super eorum verba. R. Jehuda dicit: *Transi ab iis*; quia tu educes illis aquas; R. Nehemia dicit. Transi super eorum peccatum. Alia expositio. *Transi coram populo. Et tolle tecum de Senioribus populi.* In testes; Ne dicant; Fontes ibi erant. *Et virgam quoque tuam, quo percussisti flumen.* Propter murmurationes. Et hoc est unum ex iis, in quibus murmuravit Israel; & dixerunt; species pœnarum sunt, & illæ sunt suffitus, Arca, & virga; Dixerunt hic suffitus est causa pœnarum, & interfecit Nadab & Abihu; Dictum est enim *Levit.* X. 1. *Et acceperunt duo filii Aharon Nadab & Abihu.* Idcirco cognoverunt omnes Israelitæ quod inserviret ad ex-

V 2

הזו של פורענות היא הרגת נדב ואביהוא לכך ידעו כל ישראל שהיא של כפרה שנאמר ויתן את הקטרת ויכפר על העם . אמרו הארון הזה של פורענות הוא הכה עזא ואנשי בית שמש שנאמר ויך באנשי בית שמש. הכה עזא שנאמר ויחר אף יהוה בעזא לכך ידעו ישראל של ברכה הוא עתה שנאמר וישב ארון יהוה בבית עובד אדום וגו' ויגד למלך דוד וגו' . וילך דוד ויעל וגו' . אמרו המטה הזה של סנפירינון הוא . הביא עשר מכות על המצריים במצרים ועשרה על הים. לפיכך ידעו שהוא של נסים שנאמר ומטך אשר הכית בו וגו' מפני התרעומת הנני עומד לפניך שם. אמר לו הקדוש ברוך הוא מכל מקום שאתה מוצא רושם רגל אדם שם אני לפניך . והכית בצור . מכאן היה רבי יוסי בן זימרא אומר המטה של סנפירינון הוא. והכית על הצור אינו אומר כאן אלא והכית בצור ויצאו ממנו מים ושתה העם וגו' ויקרא שם המקום ההוא מסה ומריבה. רבי יהושע אומר מסה ומריבה שנאמר ויקרא שם המקום וגו'. רבי אלעזר המודעי אומר המקום קראו מסה ומריבה שנאמר ויקרא שם המקום מסה ומריבה מכאן לבית דין הגדול שהוא קרוי מסה. על ריב בני ישראל רבי יהושע אומר אמרו ישראל אם יש הוא רבון כל המעשים כשם שהוא רבון עלינו נדע ואם לאו לא נדע רבי אליעזר אומר אמרו אם מספק לנו צרכנו נעבדנו ואם לאו לא נעבדנו. לכך נאמר על ריב בני ישראל ועל נסותם את יהוה לאמר היש יהוה בקרבנו אם אין.

חסלת פרשתא דויסע

פרשה א

ויבא עמלק. רבי יהושע ורבי אלעזר בן חסמא אומר המקרא הזה רשום ומפורש על ידי איוב שנאמר היגאה גומא בלא ביצה ישגא אחו בלי מים. וכי איפשר לגומא להתגדל בלא ביצה הישגא אחו בלי מים וכי איפשר לאחו בלי מים. כך אי איפשר לישראל בלא תורה ולפי שפרשו מדברי תורה לכך בא עליהם

expiationem. *Et dedit suffitum, & expiavit super populo.* Dixerunt: ista arca est causa pœnarum; Illa percussit Ozam, & Bethsamitas: Dictum est enim 1. *Sam.* VI. 19. *Percussit autem de viris Bethsamitibus.* Percussit Ozam; dictum est enim 2. *Sam.* VI. 7. *Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam.* Idcirco cognoverunt Israelitæ causam esse benedictionis. Dictum est enim Ibid. *Et habitavit arca Domini in domo Obededom, & benedixit Dominus Obededom &c. Nuntiatumque est regi David &c. Abiit ergo David, & adduxit &c.* Dixerunt: Virga ista adamantina adduxit decem plagas super Ægyptios in Ægypto, & decem super mare: Idcirco cognoverunt esse causam miraculorum. Dictum est enim. *Et virgam tuam, qua percussisti &c.* Propter murmurationem. *Ecce ego sto coram te ibi;* In omni loco, in quo invenies vestigium pedis humani, ego sto coram te. Hinc R. Jose ben Zimra dicebat; Virga erat adamantina. *Et percuties petram;* Non dictum est hic nisi*; & percuties petram, & egredientur ex ea aquæ, & bibet populus &c. Et vocavit nomen loci illius: tentatio, & contentio.* R. Jehosua dicit: *tentatio & contentio;* Dictum est enim: *& vocavit nomen loci &c.* R. Eliesér Amodai dicit; locum vocarunt: *tentatio & contentio:* Dictum est enim: *& vocavit nomen loci; tentatio & contentio.* Hinc Synhedrium magnum vocatur tentatio: *Propter jurgium filiorum Israel.* Rabi Jehosua dicit: Dixerunt Israelitæ, si ille sit Dominus omnium operum, cognoscemus illum, si minus, non cognoscemus illum. R. Eliesér dicit: Dixerunt; Si nobis necessaria suppeditabit, serviemus illi, si minus, non serviemus. Idcirco dictum est: *Propter jurgium filiorum Israel, & quod tentassent Dominum, dicendo: An est Dominus in medio nostrum, necne?*

Absolvitur Sectio, quæ inscribitur:
Et proficisci fecit.

SECTIO I.

ET *venit Amalec.* R. Jehosua & R. Eliesér dicunt; Hic textus signatus est, & *Job* ope explicatur: Dictum est enim ibid. VIII. 11. *Nunquid vivere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua?* Quid? Num possibile est, ut crescat scirpus sine humore, & crescat carectum sine aqua? Sic non est possibile, ut Israel vivat sine lege; & quia se a verbis legis separa-

השונא שאין השונא בא אלא על החטא ועל העבירה לכך נאמר ויבא עמלק. רבי אלעזר המודעי אומר ויבא עמלק. לפי שהיה עמלק נכנס תחת כנפי ענן וגונב נפשות מישראל והורגן שנאמר אשר קרך בדרך וגו׳. אחרים אומרים ולא ירא אלהים. אלו ישראל שלא היו בידם מצות. רבי אליעזר אומר ויבא עמלק שבא בגלוי פנים. לפי שכל הביאות שבא לא בא אלא במטמוניות שנאמר אשר קרך בדרך וגו׳ אבל ביאה זו לא בא אלא בגילוי פנים. רבי יוסי בן חלפתא אומר ויבא עמלק שבא בעצה מלמד שכנס כל אומות העולם ואומר להם בואו וסייעוני על ישראל אמרו לו לא נוכל לעמוד כנגדן. פרעה לא עמד כנגדן שטבעו הקדוש ברוך הוא בים סוף שנאמר וניער פרעה וחילו בים סוף אבל אנו היאך נוכל לעמוד כנגדן. אמר להם בואו ואתן לכם עצה מה תעשו אם הם ינצחוני ברחו לכם. ואם לאו בואו וסייעוני על ישראל לכך נאמר ויבא עמלק שבא בעצה. רבי יהודה אומר חמשה עממים פסע עמלק ובא ונלחם עם ישראל שנאמר עמלק יושב בארץ הנגב החתי והחוי והיבוסי והאמורי יושב בהר לפי שהיה לפנים מכולן. רבי נתן אומר לא בא אלא מהררי שעיר. ארבע מאות פרסה פסע עמלק ובא ונלחם עם ישראל. אחרים אומרים יבא עמלק כפויי טובה ויפרע מן העם כפויי טובה שנאמר ואלה המתקשרים עליו וגו׳. יבא אלו כפויי טובה שנאמר ולא זכר יואש המלך החסד וגו׳ ובמותו אמר ירא אלהים וידרוש מה ענשו ויהי לתקופת השנה עלה עליו חיל ארם וגו׳ וכתיב ויהוה נתן בידם חיל לרוב מאד. מפני מה כי עזבו את יהוה אלהים ואת יואש עשו שפטים אל תקרי שפטים אלא שפוטים. ומה שפוטים עשו בו אמרו העמידו עליו

pararunt, venit contra illos inimicus; quoniam non venit inimicus nisi propter peccatum, & delictum; Ideoque dictum est. *Et venit Amalec*. R. Eliefer Amodai dicit: *& venit Amalec*. Quia Amalec ingressus sub alas nubis furabatur animas, & interficiebat; dictum est enim *Deut.* xxv. 18. *Quomodo insidias fecerit tibi in via &c.* Alii dicunt. *Et non timuit Deum*. Ibid. Isti sunt Israelitæ, qui non habebant in manibus suis præcepta. R. Eliefer dicit: *& venit Amalec*; sc. venit facie aperta. Quia in omnibus adventibus, quibus venit, non venit, nisi clam. Dictum est. *Quomodo insidias fecerit tibi in via &c.* Sed in hoc adventu non venit nisi palam. Ideoque dictum est; *& venit Amalec*; sc. venit palam. R. Jose Chalphta dicit: *& venit Amalec*; sc. venit dolo; Docetur, quod collegerit omnes nationes mundi, & dixerit illis; venite, & mihi auxiliamini contra Israel; Responderunt illis; non possumus consistere contra illos; Pharao non potuit consistere contra illos, quia illum demersit Deus S. B. in mare Suph. Dictum est enim: *& projecit Pharaonem, & exercitum ejus in mare Suph*. Quomodo nos poterimus consistere contra illos? Respondit illis; Venite, & dabo vobis consilium; Quid facietis? si me vicerint, advolabunt ad vos; si minus, venite, & auxiliamini mihi contra Israel. Idcirco dictum est; *& venit Amalec*. sc. venit dolo. Rabi Jehuda dicit; Per regiones quinque populorum incessit Amalec, & venit, & pugnavit cum Israel; Dictum est enim *Num.* XIII. 30. *Amalec habitat in terra australi, & Hittæus, & Jebusæus, & Emorræus habitat in monte*. Quia habitabat in terra præ omnibus interiore. R. Nathan dicit; non venit nisi de montibus Seir. Quadringentas Parsas incessit Amalec, & venit, & pugnavit cum Israel. Alii dicunt; Venit Amalec ingratus, & ultus est de populo ingrato; Dictum est enim 2. *Paral.* XXV. 27. *Et tetenderunt ei insidias &c.* Venit iste ingratus, & ultus est de Joas ingrato; Dictum est enim ibid. XXIV. 22. *Et non recordatus est Joas rex misericordiæ &c. Qui cum moreretur, ait: Videat Dominus, & requirat*. Quomodo punitus est? *Et fuit, cum evolveretur annus, adscendit contra eum exercitus Syriæ &c.* Et scriptum est: *& tradidit Dominus in manus eorum infinitam multitudinem*. Qua de causa? *Quod dereliquissent Dominum Deum: In Joas quoque exercuere judicia*. Ne legas שפטים, sed

ברינות קשים אשר לא ידעו אשה מימיהם וענו אותו במשכב זכור כענין שנאמר וענה גאון ישראל וגו׳ ובלכתם ממנו כי עזבו אותו בחלאים רבים התקשרו עליו עבדיו בדמי יהוידע הכהן ויהרגוהו על מטתו וימות וילחם ישראל ברפידים. אמר רבי חנניה דבר זה שאלתי את רבי אלעזר במתיבתא רבא רפידים מהו אמר לי כמשמעו. ועוד אמר רבי חנינא שאלתי את רבי אלעזר מה ראו ישראל לפדות פטרי חמורים ולא פטרי סוסים וגמלים אמר לי גזרת מלך היא שלא היה בידן באותה שעה אלא חמורים בלבד שאין כל אחד ואחד מישראל שלא העלה עמו תשעים חמורים טעונין כסף וזהב. אחרים אומרים אין רפידים אלא רפיון ידים לפי שרפו ישראל ידיהם מדברי תורה לכך בא שונא עליהם לפי שאין השונא בא אלא על רפיון ידים מן התורה. שנאמר ויהי במלכות ירבעם ובחזקתו וגו׳. מה היה ענשו של דבר עלה שישק מלך מצרים וגו׳ וזה אחד משלשה דברים שחזרו למקומן גלות יהודה חזרה למקומה שנאמר בעבר הנהר ישבו אבותיכם וגו׳ ביתא דנא סתריה וגו׳. כתב שמים חזר למקומו שנאמר התעיף עיניך בו ואיננו. ויאמר משה אל יהושע מכאן שהיה עושהו כמותו למדו כל אדם דרך ארץ ממשה שלא אמר ליהושע בחר לי אנשים אלא בחר לנו אנשים מכאן שהיה עושה אותו כמותו מכאן שיהא תלמיד חביב לפני רבו כמותו שנאמר ויאמר אהרן אל משה בי ארוני. והלא אהרן היה גדול ממנו מה תלמוד לומר בי ארוני עשאו כרבו ומנין שמורא רבו כמורא שמים שנאמר

sed שפוטים. Et quæ ignominiosa judicia fecerunt contra illum? Dixerunt; Statuamus super illum homines robustissimos, qui nunquam in diebus suis cognoverint mulierem, & affligant illum concubitu masculino; Sicuti dictum est *Ose.* VII. 9. *Et humiliabitur superbia Israel &c. Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus multis; surrexerunt contra eum servi sui in ultionem sanguinis Joajadæ sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo, & mortuus est.* 2. *Paral.* ibid. *Et pugnavit cum Israel in Rhephidim.* Dicit R. Chananja; Hoc quæsivi a R. Eliesèr in Academia magna; רפידים quid significat? Respondit mihi; juxta sensum suum literalem. Et præterea dicit R. Chananja; quæsivi a R. Eliesèr; quid viderunt Israelitæ, ut redimerent primogenitos asinorum, non autem primogenitos equorum, & camelorum? Respondit illi; Decretum regis est; quod non essent eo tempore in eorum potestate nisi asini tantum, nemo ex Israelitis non fecit secum adscendere nonaginta asinos onustos argento, & auro. Et alii dicunt; non est רפידים nisi רפיון ידים, i. e. *remissio manum*, quia remiserunt Israelitæ manus suas a verbis legis; ideoque venit inimicus contra illos, quia non venit inimicus nisi propter remissionem manuum a lege; Dictum est enim 2. *Paral.* XII. *Et fuit in regno Jeroboam, & cum roboratum esset &c. Ascendit Sesac rex Ægypti &c.* Et hoc est unum ex tribus, quæ in locum suum restituta sunt. Captivitas Judæ restituta est in locum suum; Dictum est enim; *Trans fluvium habitarunt patres vestri &c.* Domus judicii occulta fuit &c. Scriba cœli restitutus est in locum suum. Dictum est enim *Prov.* XXXIII. 5. *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere. Et dixit Mose ad Josue*; Hinc, quod illum sui similem fecerit, addiscimus consuetudinem terræ ex Mose, qui non dixit Josue; *selige mihi viros*, sed *selige nobis viros*; Hinc fecit illum sui similem; Hinc coram magistro suo erit amabilis discipulus sapiens sicut ille; Dictum est enim *Num.* XII. 11. *Et dixit Aharon ad Mosen; obsecro Domine mi.* Atqui Aharon erat illo major; Cur dictum est: *Obsecro Domine mi*? Fecit illum sicut suum magistrum; Unde probatur, quod timor magistri sit sicut timor Dei? Dictum est enim Ibid. XI. 28. *Respondit Josue filius Nun minister Mose ex juvenibus ejus, & dixit illi; Domine mi Mose, prohibe eos*; Sicut Deus prohibuit eos, ita tu quoque

ויען יהושע בן נון משרת משה מבחוריו ארני משה כלאם כשם שהמקום כלאם כך אתה כלאם. וכן אתה מוצא בגחזי בשעה שאמר לו אלישע חגור מתנך וקח משענתי בידך התחיל לסמוך על מקלו ולילך אמרו לו להיכן אתה הולך גחזי. אמר להם להחיות מת. אמרו לו וכי אתה יכול להחיות מת והלא יהוה ממית ומחיה. אמר להם אף רבי ממית ומחיה. בחר לנו אנשים רבי יהושע אומר בחר לנו אנשים גבורים. רבי אליעזר המודעי אומר בחר לנו יראי חטא. וצא הלחם בעמלק רבי יהושע אומר אמר לו משה ליהושע צא מתחת הענן והלחם בעמלק. רבי אליעזר המודעי אומר אמר לו משה יהושע למה אתה משמר את ראשך לא לכתר. צא מתחת הענן והלחם בעמלק. מחר אנכי נצב מחר נהיה עמכם מעתרים ועומדים על ראש הגבעה דברי רבי יהושע. רבי אליעזר המודעי אומר מחר נגזור תענית ונהיה מעתרים על מעשה אבות. ראש אלו מעשה אבות. גבעה אלו מעשה אמהות. ומטה האלהים בידי. אמר משה לפני הקדוש ברוך הוא רבונו של עולם במטה הזה הוצאת ישראל ממצרים. במטה זה קרעת להם הים. במטה זה עשית להם נסים וגבורות. במטה זה תעשה להם נסים וגבורות בשעה הזאת. איסי בן יהודה אומר חמשה דברים יש להם בתורה הכרע. שאת. ארור. מחר. משוקדים. וקם. שאת מניק הלא אם תיטיב שאת. או שאת ואם לא תיטיב. ארור אפם כי עז. או כי באפם הרגו איש וברצונם עקרו שור ארור מחר אנכי נצב על ראש הגבעה. או צא הלחם בעמלק מחר. משוקדים כפתוריה ופרחיה. או במנורה ארבעה גביעים משוקדים. וקם העם הזה וזנה. או הנך שוכב עם אבתיך וקם. אלו חמשה דברים יש בתורה שאין להם הכרע. ויעש יהושע כאשר אמר לו משה. מה שנתפקד לא עבר על גזירת משה ואהרן. ומשה ואהרן וחור. לענין שאמרנו להזכיר מעשה אבות. ומעשה אמהות שנאמר כי מראש צורים אראנו ומגבעות אשורנו. והיה כאשר ירים משה ידו וגבר. וכי ידיו של משה מגבורות ישראל או ידיו

que prohibe eos. Et sic tu invenis in Giezi, quo tempore dixit illi Eliseus; *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade*; Incepit inniti ejus baculo, & incedenti dixerunt; Quo tu vadis Giezi? Respondit illis; ad vivificandum mortuum. Dixerunt illi; Quid? potesne tu vivificare mortuum? Atqui Deus mortificat, & vivificat. Respondit illis; Meus quoque dominus mortificat, & vivificat. *Selige nobis viros*. R. Jehosua dicit; *Selige nobis viros* fortes. R. Elieser Amodai dicit; *Selige nobis viros* timentes peccatum. *Et egredere & pugna cum Amalec*. R. Jehosua dicit; Dixit Mose Josuæ; egredere de nube, & pugna cum Amalec. R. Eliéser Amodai dicit; Dixit Mose Josuæ; Josue cur custodis caput tuum? Num ad coronam. Egredere de nube, & pugna cum Amalec. *Cras ego staturus sum*; Cras erimus vobis oratores, & precatores super verticem jugi; verba R. Jehosua. R. Elieser Amodai dicit; cras constituemus jejunium, & erimus oratores super opera patrum. *Vertice*; hæc sunt merita patrum; *Jugi* hæc sunt merita matrum. *Cum virga Dei in manu mea*. Dixit Mose coram Deo S. B. Domine mundi; hac virga eduxisti Israel de Ægypto; hac virga indurasti illis mare; hac virga fecisti illis miracula, & portenta. Hac virga facies illi hoc tempore miracula & portenta. Isi ben Jehuda dicit; Quinque sunt res, in quibus non est solutio in lege, שאת ארור מחר משוקדים וקם. Unde probatur שאת? *Nonne si benefeceris, remittetur? Aut remittetur, vel si non benefeceris*. Genes. IV. 6. *Maledicta ira eorum, quia fortis est*. Aut *quia in eorum ira occiderunt virum, & in voluntate sua eradicarunt murum*. Ibid. XLIX. 7. *Mane ego staturus sum in vertice jugi*: Aut: *egrediens pugna cum Amalec mane*. *Amygdalata poma ejus, & flores ejus*; aut *in candelabro quatuor cyathi amygdalati*. Exod. XXV. 34. *Et surget populus iste, & fornicabitur*. Aut; *Ecce tu dormiturus es cum patribus tuis, & surget*. Deut. XXXI. 16. Hæ sunt quinque res, in quibus non est solutio in lege. *Et fecit Josue, quemadmodum dixerat ei Mose*. Quod fuerat præceptum. Non violavit decretum Mosis & Aharon. *Mose autem, & Aharon, & Hur*. Eo modo quo diximus. Ad memoranda opera patrum, & opera matrum. Dictum est enim Num. XXIII. 9. *Nam de vertice rupium videbo eum, & de jugis intuebor illum*. *Fuitque cum elevaret* Mo-

שוברות עמלק. אלא כל זמן שמגביה
ידו כלפי מעלה היו ישראל מסתכלין בו
ומאמינין כמי שפקד משה לעשות כן
והקדוש ברוך הוא עשה להם נסים
וגבורות. כיוצא בו ויאמר יהוה אל משה
עשה לך שרף. וכי נחש ממית ומחיה
אלא כל זמן שהיה עושה כן היו ישראל
מסתכלין ומאמינין במי שפקד את משה
לעשות והקדוש ברוך הוא עשה להם
רפואות. כיוצא בו והיה הדם לכם לאות
וגו'. וכי מה הדם מהנה למלאך או מה
מהנה לישראל. אלא כל זמן שהיו ישראל
עושין כן ונותנין מן הדם על פתחיהם
הקדוש ברוך הוא חס עליהם שנאמר
ופסח יהוה על הפתח. רבי אליעזר אומר
מה תלמוד לומר וגבר ישראל. או וגבר
עמלק. אלא כל זמן שהיה משה מגביה
ידיו כלפי מעלה עתידין ישראל להגביר
בדברי תורה שהם עתידין להנתן על ידיו.
וכשהוא ממיך ידיו עתידין ישראל להמיך
בדברי תורה שהן עתידין להנתן על ידיו.
וידי משה כבדין מכאן שלא ישהה אדם
במצות. אולי שאמר משה ליהושע בחר
לנו אנשים לא היה מצטער בו אמרו
יקרו ידיו של משה באותה שעה כאדם
שתלויין לו כדין של מים. ויקחו אבן
וישימו תחתיו. וכי לא היה לו למשה
כר אחד או כסת אחת או קלוקרון שיניח
תחתיו אלא אמר משה וכו'. אהרן וחור
תמכו בידיו שהיה מעלן ומורידן. ויהי ידיו
אמונה עד בא השמש. מגיד שהיה
בתענית. דברי רבי יהושע. רבי אליעזר
המודעי אומר יקר חטא על ידיו של משה
באותה שעה לא היה יכול לעמוד בו.
משה מה עשה. הפנה על מעשה אבות
שנאמר ויקחו אבן וישימו תחתיו. אלו
מעשה אבות וישב עליה. אלו מעשה אמהות
ואהרן וחור מזה אחד ומזה אחד. ומה
תלמוד לומר אחד. אחד שהיה אהרן
מזכיר מעשה יהודה. וחור מעשה לוי.
מכאן אמרו אין פוחתין משלשה בני אדם
עוברין לפני התיבה בתענית צבור. ויהי
ידיו אמונה. בידו אחת שלא קבל בה
מישראל כלום. ובידו אחת אמר משה
לפני הקדוש ברוך הוא רבונו של עולם
על ידי הוצאת את ישראל ממצרים:

Mose manum suam, prævalebat. Quid? Num manus Mosis roborabat Israel, an manus ejus frangebant Amalec? Verum quo tempore extollebat manum suam in altum, Israelitæ aspiciebant in eum, & credebant in eo, quod Mose præceperat, ut ita facerent; & Deus S. B. faciebat illis miracula, & portenta. Huic simile dictum est *Num.* XXI. 8. *Et dixit Dominus ad Mosen: Fac tibi serpentem*. Quid? Num serpens mortificabat, & vivificabat? Verum quo tempore sic faciebat, Israelitæ intuebantur, & credebant in eo, quod præceperat Mose faciendum, & Deus S. B. sanabat illos. Huic simile dictum est *Exod.* XII. 13. *Et erit sanguis vobis in signum*. Quid? Num sanguis inserviebat Angelo, an inserviebat Israelitis? Verum quo tempore Israelitæ sic faciebant, & dabant de sanguine super eorum portas, Deus S. B. illis miserabatur; Dictum est enim ibid. *Transiliet autem Dominus super portam*. R. Eliefer dicit; cur dictum est; *& prævalebat Israel*; aut: *& prævalebat Amalec?* Verum quo tempore elevabat Mose in altum manus suas, futurum erat, ut prævalerent Israelitæ in verbis legis, quæ ejus manibus danda erat; & quando demittebat manus suas, futurum erat, ut Israelitæ se demitterent a verbis legis, quæ ejus manibus danda erat; Hinc non morabitur homo in præceptis vanis; Quia dixit Mose Josuæ; *Selige nobis viros*; de eo non doluit; dixerunt; *Porro manus Mosis erant graves* eo tempore; instar hominis, cui appendunt cados aquæ. *Et acceperunt lapidem, & posuerunt subter eum*. Quid? Num Mosi non erat pulvinar, aut pulvillus, ut illi supponeretur? Sed dixit Mose &c. *Aharon vero & Hur tenebant manus ejus*; Quod erat, ut extolleret, & demitteret? *Et fuerunt manus ejus firmæ usque ad occasum solis*. Ostendit, quod esset in jejunio. Verba R. Jehosua; R. Eliefer Amodai dicit: Aggravabat peccatum manus Mosis eo tempore, neque poterat consistere. Mose quid fecit? Convertit se ad opera patrum. Dictum est enim: *Et acceperunt lapidem, & posuerunt subter eum, & sedit super illum*. Hæc sunt opera matrum. *Et Aharon, & Hur, hinc unus, & inde alter*. Et cur dictum est: *unus, alter?* Quia Aharon memorabat opera Jehuda; & Hur opera Levi. Hinc dixerunt; non erunt pauciores tribus hominibus, qui pertranseant coram arca in jejunio congregationis. *Et fuerunt manus ejus firmæ*. Una manu, ne illa ali-

ועל ידי קרעת להם את הים. ועל ידי עשית להם נסים וגבורות. כך על ידי תעשה להם נסים וגבורות בשעה הזאת. עד בא השמש. לפי שלמדנו על כל המלכיות כלם שאין עושין מלחמה אלא עד שש שעות. אבל מלכות חייבת זו עושה מלחמה משחרית לערבית.

ויחלוש יהושע את עמלק ואת עמו. רבי יהושע אומר ירד וחתך ראשי גבורין שעמו. עומדים בשורות המלחמה. רבי אליעזר אומר בא לשון נוטריקון ויחל וישבר את עמלק. כשמעו את. אלו אשתו ובניו. עמו. אלו חיילות שעמו. וכשהוא אומר את. אלו חיילים שעם בניו. לפי חרב. רבי יהושע אומר לא נלוום. אלא דנם ברחמים. רבי אליעזר אומר לפי חרב למה נאמר. למדנו שהמלחמה הזאת לא היתה אלא על פי הגבורה. אחרים אומרים נתקיים עליהם המקרא הזה. לכן חי אני נאם יהוה אלהים כי לדם אעשך ודם ירדפך אם לא דם שנאת ודם ירדפך.

פרשה ב

ויאמר יהוה אל משה. כתוב זאת זכרון בספר ושים באזני יהושע. זקנים הראשונים אומרים כך מדה מהלכת על פני כל הדורות. שוט שישראל לוקין בו סופו ללקות. ילמדו כל אדם דרך ארץ מעמלק שבא להזיק את ישראל ואבדו הקדוש ברוך הוא מחיי עולם הזה ומחיי עולם הבא שנאמר כי מחה אמחה. וכן פרעה הרשע ששעבד את ישראל טבעו הקדוש ברוך הוא בים סוף שנאמר ונער פרעה וחילו בים סוף. וכן כל אומה ומלכות שבא להזיק את ישראל בו בדין דנן לעולם אמרו במדה שאדם מודד בה מודדין לו שנאמר כי בדבר אשר זדו עליהם. ונאמר כתוב זאת זכרון בספר וגו'. זאת מה שכתוב בספר זה. זכרון מה שכתוב בנביאים. בספר מה שכתוב במגלה. ושים באזני יהושע מגיד שאותו היום נמשח יהושע דברי רבי יהושע. רבי אליעזר המודעי אומר זה אחד מארבעה צדיקים שנתן להם רמז

aliquid acciperet ab Israel; & manu altera dixit Mose coram Deo S. B. Domine mundi; manu mea eduxisti Israel de Ægypto, & manu mea indurasti illis mare; manu mea fecisti illis miracula, & portenta; pariter manu mea facies illis hoc tempore miracula & portenta. *Usque ad occasum solis*. Quia docemur, quod omnia regna non gerant bellum nisi usque ad sextam horam; Sed regnum impium gessit bellum a mane usque ad vesperam.

Et debilitavit Josue Amalec, & populum ejus. R. Jehosua dicit. Depressit, & excidit principes fortium, qui erant cum eo, qui stabant in ordinibus belli. R. Eliezer dicit. Venit sensus notaricus. *Et oravit, & fregit Amalec*; juxta ejus sensum literalem, את; Hi sunt ejus uxor, & filii ejus; עמו; Hi sunt robusti, qui erant cum eo; & quando dicit את; Hi sunt milites, qui erant cum ejus filiis. *Ore gladii*. Rabi Jehosua dicit; Non deturpavit illos, sed cum misericordia judicavit. R. Eliezer dicit; לפי חרב cur dictum est? Docemur, quod hoc bellum non sit gestum nisi ex ore Dei. Alii dicunt; explicatur de illis hic textus. *Propterea vivo ego, dicit Dominus Deus, quoniam sanguini tradam te, & cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te. Ezech.* XXXV. *6.*

SECTIO II.

Et *dixit Dominus ad Mosen. Scribe hoc pro memoriali in libro, & pone in auribus Josuæ*; Veteres senes dixerunt; Hæc est mensura, quæ procedit per omnes generationes. Qui baculo verberant Israel, finis est, ut eo vapulent. Quivis potest addiscere juxta humanam consuetudinem ex Amalec, qui venit ad nocendum Israeli, & Deus S. B. perdidit illum a vita hujus seculi, & a vita seculi futuri; dictum est enim: *Delendo delebo*. Et similiter Pharaonem impium, qui servitute oppressit Israel, Deus S. B. demersit in mare Suph; Dictum est enim: *Et demersit Pharaonem & exercitum ejus in mare Suph*. Et pariter omnem nationem, & regnum, quod veniat ad nocendum Israeli, cum justitia judicabit; semper dixerunt; qua mensura quis metitur, metiuntur illi; dictum est enim *Exod.* XVIII. 11. *Qui ipsa in re, in qua per impudentiam egerunt &c.* Et dictum est. *Scribe hoc pro memoriali in libro &c.* Hoc est quod scribes in isto libro. *Pro memoriali*. Quid scriptum est in prophetis? in libro; Quid scriptum est in

שנים חשו ושנים לא חשו משה נתן לו רמז ולא חש. יעקב נתן לו רמז ולא חש. דוד ומרדכי נתן להם רמז וחשו. משה מנין ושים באזני יהושע. אמר יהושע מנחיל ישראל את הארץ ובסוף משה עומד ומתחנן שנאמר ואתחנן אל יהוה בעת ההיא לאמר. משל למלך שגזר על בנו שלא יכנס עמו לפלטרין שלו נכנס פתח ראשון ושתקו לו. בשני ושתקו לו. בשלישי ונזפו לו. אמרו לו דייך עד כאן. כך כשכבש משה ארץ שני עממים סיחון ועוג ונתנה לראובני ולגדי ולחצי שבט מנשה אמרו לו דומה שלא נגזרה גזרה אלא על תנאי אף אנו אין אנו נידונין אלא על תנאי. אמר משה לפני הקדוש ברוך הוא רבונו של עולם שמא דרכיך כדרכי בשר ודם אפטרופוס גוזר גזירה קלידיקוס מבטל על ידו. קלידיקוס גוזר גזירה דיקוריון מבטל על ידו. דיקוריון גוזר גזרה. הגמון מבטל על ידו. הגמון גוזר גזירה איפיטיקוס מבטל על ידו. איפיטיקוס גוזר גזירה בא המושל הגדול ומבטל על ידי כלם מפני מה שאין ממונין זה למעלה מזה שנאמר כי גבוה מעל גבוה שומר וגו׳ שמא דרכיך כדרכיהם אשר מי אל בשמים ובארץ אשר יעשה כמעשיך וכגבורותיך. כמעשיך על הים. וכגבורותיך על נחלי ארנון. אעברה נא ואראה ואין נא אלא לשון בקשה. את הארץ הטובה זו ארץ ישראל. ההר הטוב זה הר המלך. והלבנון זה בית המקדש שנאמר פתח לבנון דלתיך וכתיב והלבנון באדיר יפול. ויתעבר יהוה בי למענכם רבי אליעזר בן שמוע אומר בי דבר בקשה הוא מה שאי איפשר לבשר ודם לומר כן שמא תאמרו בגיני תלמוד לומר למענכם. בגינכם ולא בגיני. אתם גרמתם לי שלא אכנס לארץ. ויאמר יהוה אלי רב לך אמר לו דייך עד כאן.

volumine? *Et pone in auribus Joſuæ*. Oſtendit, quod eo die unctus fuerit Joſue; Verba R. Jehoſua; R. Elieſer Amodai dicit; Hic eſt unus ex quatuor juſtis, quibus datum eſt ſignum; Duo dubitarunt, & duo non dubitarunt; Moſi datum eſt indicium, & non dubitavit; Jacobo datum eſt indicium, & non dubitavit; Davidi & Mardochæo datum eſt indicium, & dubitarunt. De Moſe unde probatur? Ex eo quod dictum eſt: *Et pone in auribus Joſuæ*. Dixit Joſue; faciam hæreditare Iſraeli terram. Et in fine Moſe ſtans precabatur; Dictum eſt enim *Deuter.* III. 23. *Precatuſque ſum Dominum in tempore illo dicens*. Simile eſt regi, qui decrevit de filio ſuo, ne ingrediatur ſecum in palatium ſuum; Ingreditur januam primam; & ſilent illi; in ſecundam, & ſilent illi; in tertiam, & clamant illi. Dicunt illi; Satis tibi ſit uſque ad hunc locum. Similiter, quando ſubegit Moſe terram duorum populorum, Sehon, & Gog, & dedit Ruben, & Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe; dixerunt illi. Expecta; quia non eſt factum decretum niſi cum conditione; nos quoque non judicabimur niſi cum conditione. Dixit Moſe coram Deo S. B. Domine mundi; Num viæ tuæ ſicut viæ hominis? Præfectus facit decretum, & advocatus abolet manu ſua; & advocatus facit decretum, & decurio abolet manu ſua; Decurio facit decretum, & dux abolet manu ſua; dux facit decretum, imperator abolet manu ſua; imperator facit decretum, venit dominator magnus, & abolet omnia manu ſua. Qua de cauſa? quia alter altero eſt potentior. Dictum eſt enim *Eccleſ.* v. 7. *Quia excelſo excelſior eſt alius*. Num viæ tuæ ſicut viæ hominis? *Quinam enim eſt Deus in cœlo, aut in terra, qui faciat ſicut opera tua, & ſicut fortitudines tuas? Deut.* Ibid. *Tranſeam, quæſo, & videam;* נא non eſt niſi modus precandi. *Terram illam bonam*. Hæc eſt terra Iſrael. *Montem bonum iſtum;* Hic eſt mons regis: *Et Lebanon*. Hæc eſt domus ſanctuarii; Dictum eſt enim *Zachar.* XI. 1. *Aperi Libane portas tuas*. Et dictum eſt *Iſai.* x. 33. *Et Libanus cum excelſis cadet*. *Et iratus eſt Dominus contra me propter vos*. R. Elieſer ben Simeonis dicit; *Contra me*; eſt modus precandi; Quod impoſſibile eſt homini ita loqui? Fortaſſe dicetis; propter me; idcirco dictum eſt; *propter vos*; propter vos, non propter me; vos cauſa eſtis mihi, ne ingrediar in terram. *Et dixit Dominus mihi; Satis ſit tibi;*

רבי יהושע אומר רב לך דייך העולם הבא. עדיין היה עומד ומבקש כל אותן הבקשות אמר משה לפניו רבונו של עולם כלום נגזרה גזירה שלא אכנס לה. לכן לא תביאו את הקהל הזה במלכות. אכנס לה כהדיוט. אמר לו אין המלך נכנס כהדיוט. עדיין היה עומד ומבקש כל הבקשות ההם אמר משה לפני הקדוש ברוך הוא רבונו של עולם הואיל ונגזרה גזרה שלא אכנס לארץ לא כמלך ולא כהדיוט אכנס לה במחילת קסריון שהוא מתחת לפני לפנים. אמר לו ושמה לא תעבור. אמר לפניו רבונו של עולם הואיל ונגזר עלי שלא אכנס לא מלך ולא הדיוט ולא בטחילה של קיסריון שהוא מתחת לפנים מעתה עצמותי יעברו את הירדן. אמר לו כי לא תעבור את הירדן הזה. רבי שמעון בן יוחאי אומר אינו צריך והלא כבר נאמר כי אנכי מת בארץ הזאת ואינני עובר את הירדן וכי איפשר למת לעבור אלא שאמרו לו למשה אך עצמותיך לא יעברו את הירדן. רבי חנניה בן אידי אומר משה היה בוכה על עצמו שנאמר כי אנכי מת בארץ הזאת ואומר כי אתם עוברים ואני איני עובר. אחרים אומרים משה מוטה על רגליו של אלעזר ואומר לו אלעזר בן אחי בקש עלי רחמים כשם שבקשתי על אהרן אביך שנאמר ובאהרן התאנף יהוה להשמידו ואתפלל גם בעד אהרן. אמר לפניו רבונו של עולם אם כן אראנה במראית העין ובדבר זה נאמר עלה ראש הפסגה רבי חנינא בן עקביא אומר חביבה ראייתו של אברהם אבינו יותר מראייתו של משה שבאברהם לא לבטוהו ומשה לבטוהו באברהם מה הוא אומר שא עיניך וראה מן המקום אשר אתה שם צפונה ונגבה וקדמה וימה. ובמשה

tibi; Dixit illi; ſatis ſit tibi uſque ad hunc locum. R. Jehoſua dicit; Satis ſit tibi ſeculum futurum. Adhuc ſtans precabatur omnes iſtas precationes; Dixit Moſe coram eo. Domine mundi; jam factum eſt decretum, ne in illam ingrediar. *Idcirco non introducetis congregationem iſtam in regnum. Num.* XX. 12. Ingrediar in illam ſicut privatus. Reſpondit illi; Rex non ingredietur ſicut privatus. Adhuc ſtans precabatur omnes iſtas precationes; Dixit Moſe coram Deo S. B. Domine mundi; quandoquidem decretum factum eſt, ne ingrediar in terram ſicut rex, & ſicut privatus, ingrediar in illam cum permiſſu regio, qui tendit ad intimam partem. Reſpondit illi; *Et in eam non tranſibis*. Dixit coram eo; Domine mundi, quoniam decretum eſt ſuper me, ne ingrediar ſicut rex, aut ſicut profanus, aut cum permiſſu regio qui tendit ad interiorem partem; Modo oſſa mea tranſeant Jordanem. Reſpondit illi. *Non enim tranſibis Jordanem iſtum*. Rabi Simeon ben Jochai dicit; Non eſt neceſſe; Cum jam dictum ſit *Deut.* VI. 22. *Ego enim morior in terra iſta, nec tranſibo Jordanem*. Quid num poſſibile eſt mortuo tranſire? ſed quia dixerunt Moſi; veruntamem oſſa tua non traſibunt Jordanem. R. Chananja ben Idi dicit; Moſe lugebat de ſeipſo; Dictum eſt enim ibid. *Ego enim morior in terra iſta, nec tranſibo Jordanem*. Et dictum eſt; *Vos autem tranſibitis*; at ego non tranſibo; Alii dicunt; Moſe inclinatus erat ad pedes Eleazaris, & illi dicebat; Eleazar fili fratris mei; pete mihi miſericordiam, ſicut quæſivi pro Aharon patre tuo; dictum eſt enim *Deut.* IX. 20. *Et contra Aharon iratus eſt Dominus vehementer, ut perderet eum, & oravi etiam pro Aharon*. Dixit coram eo: Domine mundi, ſi ita eſt, videbo illam pupilla oculi; & de hoc dictum eſt; *Adſcende verticem jugi*. R. Chanina ben Akiba dicit; Amabilior fuit viſio Abraham, quam viſio Moſe; Quia in Abraham non fuit in vanum, & in Moſe fuit in vanum. In Abraham quid dictum eſt? *Attolle nunc oculos tuos, & vide ab eo loco, in quo tu es, ad aquilonem, & ad meridiem, & ad orientem, & ad occidentem. Geneſ.* XIII. 14. At in Moſe quid dictum eſt? *Adſcende verticem jugi, & eleva oculos tuos ad occidentem, & ad aquilonem, & ad meridiem, & ad orientem, & vide oculis tuis*. Adſcende, & conſidera, & vide; & unde probatur, quod ob omnes pre-

מה הוא אומר עלה ראש הפסגה ושא עיניך ימה וצפונה ותימנה ומזרחה וראה בעיניך עלה והביט וראה ומנין לכל הבקשות כלן שבקש משה הראהו הקדוש ברוך הוא. שנאמר ויראהו יהוה את כל הארץ מן הגלעד עד דן. ארץ ישרא בקש לראות בית המקדש והראהו שנאמר ואת כל הגלעד. ואין גלעד אלא בית המקדש שנאמר גלעד אתה לי ראש הלבנון. מנין שהראהו אף שמשון בן מנוח שנאמר עד דן. ולהלן הוא אומר ויהי איש מצרעה ממשפחת הדני ושמו מנוח. דבר אחר עד דן עדין לא באו שבטים לארץ ולא נתחלקה ארץ ישרא לישרא. ומה תלמוד לומר עד דן אלא שאמר לו לאברהם שנים עשר שבטים עתידין לצאת מחלציך וזה חלקו של אחד מהם. כיוצא בו וירדוף עד דן. עדין לא באו השבטים לארץ. ולא נתחלקה ארץ ישראל ומה תלמוד לומר עד דן. אלא שאמרו לו לאברהם אבינו במקום הזה עתידין בניך לעבוד עבודה זרה ותשש כחו מעליו. ומנין שהראהו לברק שנאמר ואת כל נפתלי ולהלן הוא אומר ותשלח ותקרא לברק בן אבינועם מקדש נפתלי. ומנין שהראהו יהושע במלכותו שנאמר ואת ארץ אפרים ומנשה ולהלן הוא אומר למטה אפרים הושע בן נון. ומנין שהראהו גדעון שנאמר ומנשה ולהלן הוא אומר הנה אלפי הדל במנשה ומנין שהראהו דוד במלכותו שנאמר ואת כל ארץ יהודה. ולהלן הוא אומר ויבחר יהוה בי מכל בית אבי להיות למלך על עמי כי ביהודה בחר לנגיד. ומנין שהראהו את כל המערב כלו תלמוד לומר עד הים האחרון. ומנין

catiores, quas petivit Mose, ostenderit Deus S. B.? Dictum est enim *Deut.* XXXIV. I. *Et ostendit ei Dominus omnem terram de Galead usque ad Dan*; Terram Israel: Petiit videre domum sanctuarii, & ostendit illi: Dictum est enim; *Et omnem Galead*: At Galead non est nisi domus sanctuarii. Dictum est enim *Jerem.* XXII. 6. *Galead mihi caput Libani*. Unde probatur, quod ei ostenderit etiam Samsonem filium Manoach? Ex eo quod dictum est. *Usque ad Dan*. Et dictum est. *Judic.* XIII. 2. *Erat autem quidam vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manoach*. Alia expositio: *Usque ad Dan*. Nondum venerant tribus in terram, & nondum divisa erat terra Israel Israelitis. Et cur dictum est: *usque ad Dan?* Quia dixit Abrahamo. Duodecim tribus egredientur de lumbis tuis, & hæc erit pars unius ex illis: Huic simile dictum est *Genes.* XIV. 14. *Et persecutus est usque ad Dan*. Nondum venerant tribus in terram, & nondum divisa erat terra Israelis; Et cur dictum est: *usque ad Dan?* Quia dixerunt Abrahamo patri nostro; Isto in loco filii tui servituri erunt Idololatriæ; & infirmata est virtus ejus super eum. Et unde probatur quod ostenderit illi Barach? Ex eo quod dictum est: *& universam Nephtali*; & *Judic.* IV. 6. *Quæ misit, & vocavit Barac filium Abinoam de Cedes Nephtali*: Et unde probatur? quod ei ostenderit Josua in regno suo, Ex eo quod dictum est. *Ac terram Ephraim, ac Manasse*. Et dictum est *Num.* XIII. 9. *De tribus Ephraim Hosea filius Nun*. Et unde probatur, quod ei ostenderit Gideonem? ex eo quod dictum est: *& Manasse*. Et dictum est Ibid. VI. 15. *Ecce dux meus infimus Manasse*. Et unde probatur, quod ei ostenderit David in suo regno? ex eo quod dictum est: *& universam terram Juda*. Et dictum est *Paral.* XXVIII. 4 *Sed elegit Dominus Deus Israel me de universa domo patris mei, ut essem rex super populum meum: de Juda enim elegit principes*. Et unde probatur, quod ei ostenderi omnem occidentem? ex eo quod dictum est. *Usque ad mare postremum*. Et unde probatur, quod ei ostenderit sepulcra patrum? ex eo quod dictum est: *& meridiem*. Docemur sepulchra patrum fuisse in meridie: Dictum est enim *Num.* XIII. 23. *Et adscenderunt per meridiem, veneruntque ad Hebron*. Et unde probatur, quod ei ostenderit subversionem Sodomæ & Gomorræ? ex eo quod dictum est: *& omnem*

ד לא אם אמרת בעולת בהמה שהיא באה נדבת צבור תאמר במנחה שאינה באה נדבת צבור. עולת העוף תוכיח שאין באה נדבת צבור ובאה נדבת שנים.

ה אף אתה אל תתמה על המנחה שאף על פי שאינה באה נדבת צבור תבוא נדבת שנים תלמוד לומר קרבנו היחיד מביא מנחה נדבה ואין השותפין מביאים מנחה נדבה.

ו כשם שאין שנים מביאין מנחה נדבה כך אין מביאין לא יין ולא לבונה ולא עצים אבל מתנדבין עולה ושלמים ובעוף אפילו פרידה אחת.

ז ויצק עליה שמן על כולה ונתן עליה לבונה על מקצתה מה ראית לומר כן ויצק עליה שמן על כלה ונתן עליה לבונה על מקצתה שאין רבוי אחר רבוי בתורה אלא למעט:

ח דבר אחר ויצק עליה שמן עד כלה מפני שהוא נבלל עמה ונקמץ עמה ונתן עליה לבונה על מקצתה שאינה לא נבללת עמה ולא נקמצת עמה.

ט ויצק עליה שמן ונתן עליה לבונה ואינו יודע כמה הרי אני דן טעונה קמיצה וטעונה לבונה מה קמיצה מלא הקומץ

ejus; Simila erit, ne ſponte offerat, & ne adducat niſi de frumentis.

II. Ecce ſi quis dicat; Super me munus hordeaceum, afferet triticeum; Si ex farina, afferet de ſimila; Si ſine oleo & thure, afferet cum eo oleum & thus; Si dimidiam decimam, afferet integram decimam; ſi decimam cum dimidio, afferet duas decimas. Rabi Simeon abſolvit, quia non ſponte obtulit juxta morem offerentium.

III. *Sacrificium ejus*. Privatus afferebat munus ſpontaneum, at ſocii non afferebant munus ſpontaneum. Ecce argumentum. Holocauſtum animalis afferebatur ex voto & ſponte, & munus afferebatur ex voto, & ſponte; Sicut holocauſtum animalis, quod afferebatur ex voto & ſponte, afferebatur pariter a duobus ſponte, ita quoque munus, quod afferebatur ex voto & ſponte, poterit a duobus ſponte afferri.

IV. Minime; Si dixiſti de holocauſto animalis, quod ſponte etiam offerebatur a cœtu, dices de munere, quod ſponte a cœtu non offerebatur? Holocauſtum avis probet, quod non afferebatur ſponte a cœtu, & afferebatur ſponte a duobus.

V. Ita pariter ne mireris de munere, quod licet non afferretur ſponte a cœtu, afferetur ſponte a duobus. Idcirco dictum eſt; *Sacrificium ejus*. Privatus afferebat munus ſpontaneum, at ſocii non afferebant munus ſpontaneum.

VI. Sicut duo non afferebant munus ſpontaneum, ita pariter non afferebant nec vinum, nec thus, nec ligna, ſed poterant offerre ſponte holocauſtum, & pacifica, & in volucri vel unum.

VII. *Fundetque ſuper illud oleum*. Super totum. *Et dabit ſuper illud thus*; ſuper ejus partem. Quid vidiſti ut ita diceres; *Fundetque ſuper illud oleum*; ſuper totum; & *dabit ſuper illud thus*; ſuper ejus partem? Quia non eſt incluſio poſt incluſionem in lege, niſi ad excludendum.

VIII. Alia expoſitio. *Fundetque ſuper illud thus*; ſuper omne, quia cum eo miſcebatur, & cum eo pugillus capiebatur. *Et dabit ſuper illud thus*. Super ejus partem; quia non miſcetur cum eo, neque cum eo pugillus capitur.

IX. *Fundetque ſuper illud oleum*, & *dabit ſuper illud thus*. At neſcio quantum. Ecce argumentum; Obligatur ad pugillum, & obligatur ad thus; ſicut pugillus debebat eſſe plenitudo pugilli, ita pariter in thure plenitudo pugilli.

R. Je-

אף לבונה מלא הקומץ רבי יהודה אומר אם מיעט לבונתה כשרה.

י ויצק עליה שמן ונתן עליה לבונה והביאה מלמד שיציקה ובלילה כשרים לכל אדם.

פרשת ט

א והביא והביאה שלא יביאנה חציים הא אם אמר הרי עלי מנחה של שני עשרונות לא יביאנה בשני כלים אלא בכלי אחד. ט בני אהרן אפילו הן רבואות וכך הוא אומר ברב עם הדרת מלך. הכהנים וקמץ מלמד שהקמיצה מצות כהונה. הלא דין הוא מה אם שחיטה שקבע לה צפון לא קבע לו כהן. קמיצה שלא קבע לה צפון. אינו דין שלא יקבע לה כהן. מליקה תוכיח. שלא קבע לה צפון וקבע לה כהן. לא אם אמרת במליקה שקבע לה מזבח. תאמר בקמיצה שלא קבע לה מזבח. הואיל ולא קבע לה מזבח לא יקבע לה כהן. תלמוד לומר הכהנים. וקמץ מלמד שהקמיצה מצוות כהונה.

ב יכול מצוה שיקמצנה הכהן ואם קמצה זר תהא כשרה. תלמוד לומר שוב והרים הכהן קבעה מאם קמצה זר תהא פסולה.

ג וקמץ קומץ אחד לעשרון אחד קומץ אחד לששים עשרון. או וקמץ קומץ אחד לעשרון אחד ששים קומץ לששים עשרון. הרי אני דן טעונה קמיצה וטעונה לבונה מה לבונה קומץ אחד לעשרון אחד קומץ אחד לששים עשרון אף קמיצה קומץ אחד לעשרון אחד קומץ אחד לששים עשרון.

ד או כלך לדרך הזו טעונה קמיצה וטעונה שמן מה שמן לוג אחד לעשרון אחד ששים לוג לששים עשרון אף קמיצה קומץ אחד לעשרון אחד ששים קומץ לששים עשרון.

ה נראה למי דומה דנין דבר שכלו עולה לאישים מדבר שכלו עולה

R. Jehuda dicit; si minuatur ejus thus, legitimum est.

X. *Fundetque super illud oleum*, & *dabit super illud thus*, & *adducet*. Docemur, quod infusio, & commixtio sit legitima per quemvis hominem.

SECTIO IX.

I. *Et adducet*, & *adducet illud*; Ne adducat dimidium; Si dicat; Ecce super me munus duarum decimarum, non adducet duobus vasis, sed uno. *Ad filios Aharon*; quamvis essent myriades; Sic enim dictum est *Prov. In multitudine populi est decor regis*. *Sacerdotes*; & *pugillo capiet*; Docemur, quod pugillandi præceptum incumberet sacerdotio. Atqui est argumentum; Si mactationi, cui statuta est plaga aquilonaris, non statuitur sacerdos, pugillationi, cui non est statuta plaga aquilonaris, non erit æquum ut non statuatur sacerdos? Unguesectio probet, cui quamvis non sit statuta plaga aquilonaris, tamen statuitur sacerdos; Minime, si dixisti de unguesectione, cui statuitur altare, dices de pugillatione, cui non statuitur altare? Quoniam non statuitur illi altare, non statuetur quoque sacerdos. Idcirco dictum est: *Sacerdotes*; & *pugillo capiet*; Docemur, quod pugillationis præceptum incumberet sacerdotio.

II. Crederem præceptum esse, ut pugillaret sacerdos, si vero pugillasset alienus, fuisse legitimum? Idcirco dictum est iterum; & *tollet sacerdos*. Constituit textus, si pugillasset alienus, fuisse illegitimum.

III. *Et pugillabit*; pugillum unum pro una decima; pugillum unum pro sexaginta decimis; Aut pugillabit pugillum unum pro una decima, & sexaginta pugillos pro sexaginta decimis. Ecce mihi argumentum; Requirit pugillum, & requirit thus; sicut in thure unus pugillus pro una decima, pugillus unus pro sexaginta decimis, ita pariter in pugillo pugillus unus pro una decima, & pugillus unus pro sexaginta decimis.

IV. Aut hoc modo: Requirit pugillum, & requirit oleum; sicut olei unus logus pro una decima, sexaginta logi pro sexaginta decimis; ita pariter in pugillo pugillus unus pro una decima, & sexaginta pugilli pro sexaginta decimis.

V. Sed videamus cuinam sit similius: Explicetur res, quæ tota adscendebat in ignem, ab re, quæ tota adscendebat in

לאישים . ואל יוכיח השמן שאין כלו
עולה לאישים . או כלך לדרך הזו דניז
דבר שמיעוטו מעכב את רובו . ואל
תוכיח לבונה שאין מעוטה מעכב את
רובו . תלמוד לומר וקמץ קומץ אחד
לעשרון אחד . קומץ אחד לששים עשרון
וקמץ משם ממקום שרגלי הזר עומדות.
בן בתירה אומר מנין אם קמץ בשמאל
יחזיר ויחזור ויקמוץ בימין . תלמוד לומר
משם ממקום שקמץ כבר.

ו מלא קמצו יכול מלא קמצו מבורץ
תלמוד לומר בקמצו או בקמצו יכול
יקמוץ בראשי אצבעותיו . תלמוד לומר
מלא קמצו . הא כיצד חופה את פס
ידו במחבת ובמרחשת ומוחק בגודלו
באצבעו מלמעלן ולמטן.

ז מלא קמצו סלת יכול מקום
הקמיצה יהא סלת והשאר יהא קמח.
תלמוד לומר מסלת אי מסלת יכול
מקום הקמיצה והצדדין יהא סולת
השאר יהא קמח . תלמוד לומר הסלתה
שתהא כלה סלת ומשמנה שתהא כלה
שמן.

ח מסלתה ומשמנה שתהא הסלת
בלולה בשמן. דבר אחר מסלתה שאם
חיסר סולתה כל שהיא פסולה .
ומשמנה שאם חסר שמן כל שהוא
פסל.

ט מסלתה לא מסלת חברתה .
ומשמנה לא משמן חברתה שלא יביא
שתי מנחות בכלי אחד . מכאן אמרו
שתי מנחות שלא נקמצו ונתערבו זו
בזו אם יכול לקמוץ מזו בפני עצמה
ומזו בפני עצמה כשרות . ואם לאו
פסולות.

י מלא קמצו מסלתה ומשמנה שאם
קמץ ועלה בידו צרור או גרגר מלח או
קורט של לבונה פסל . מסלתה ומשמנה
על כל לבונתה שתהא שם לבונה
בשעת הקמיצה על כל לבונתה .
והקטיר שילקט לבונה ויעלה לאשים.

יא והקטיר הקומץ אף על פי שאין
שירים . נטמא הקומץ . או אבד. יכול
יאכלו הכהנים בשירים . ודין הוא מה
אם במקום שהורע כח המזבח בשתי

in ignem; & non probet oleum, quod totum non adſcendebat in ignem. Aut hoc modo. Explicetur res, cujus minor pars impedit majorem, ab re, cujus minor pars impedit majorem; & non probet thus, cujus minor pars non impediebat majorem. Idcirco dictum eſt: *Et pugillabit*; pugillum unum pro una decima, pugillum unum pro ſexaginta decimis. *Et pugillabit*; ab loco, ubi pedes alieni conſiſtere poterant. Ben Bethera dicit; unde probatur, quod ſi pugillaverit ſiniſtra, debeat iterum dextra pugillare? Ex eo quod dictum eſt; *Inde*; ab loco, unde jam pugillavit.

VI. *Plenitudinem pugilli ſui*; Crederem plenitudinem pugilli ſui accumulati? Idcirco dictum eſt; *pugillo ſuo*. *Levit.* VI. 8. *Si pugillo ſuo*, crederem pugillaſſe extremis digitis ſuis? Idcirco dictum eſt; *plenitudinem pugilli ſui*. Quomodo? extendebat volam manus ſuæ in ſartaginem, & in frixorium, & abradebat pollice ſupra & infra.

VII. *Plenitudinem pugilli ſui de ſimila*; Crederem in loco pugillationis fuiſſe ſimilam, & reliquam fuiſſe farinam? Idcirco dictum eſt. *De ſimila*. Si de ſimila, crederem in loco pugillationis & in ejus lateribus fuiſſe ſimilam, & reliquam fuiſſe farinam? Idcirco dictum eſt; *de ſimila ejus*; ut tota ſit ſimila; *& de oleo ejus*; ut in toto ſit oleum.

VIII. *De ſimila ejus, & de oleo ejus*, ut ſimila ſit commixta oleo. Alia expoſitio. *De ſimila ejus*; ſi deficiens ſit quantulumcunque ejus ſimila, illegitima eſt; *& de oleo ejus*; Si deficiens ſit oleum quantulumcunque, illegitimum eſt.

IX. *De ſimila ejus*. Non de ſimila alterius muneris. *Et de oleo ejus*; Non de oleo alterius muneris; ne adducat duo munera uno vaſe. Hinc dixerunt: Si de duobus muneribus, de quo non fuiſſet acceptus pugillus, & commixta fuiſſent, ſi poſſit accipi pugillus de altero ſeorſim, & de altero ſeorſim, legitima ſunt, ſi minus, ſunt illegitima.

X. *Plenitudinem pugilli ſui de ſimila ejus, & de oleo ejus*; Quod ſi pugillet, & adſcendat in ejus manum lapillus, aut granum ſalis, aut thuris, illegitimum eſt. *De ſimila ejus, & de oleo ejus*; *Super totum thus ejus*; ut ſit in eo thus tempore pugillationis. *Super totum thus ejus*. *Et adolebit*; ut colligat thus, & offerat ſuper altare.

XI. *Et adolebit pugillum*; Quamvis non ſint reliquiæ: Si polluatur pugillus, aut amittatur; crederem ſacerdotes comediſſe reliquias? Et probatur argumento. Si ubi inferior eſt conditio al-

הלחם ובלחם הפנים יפה כח הכהנים בהם מקום שיפה כח המזבח בקומץ אינו דין שיפה כח הכהנים בשירין. מה אני מקיים והנותרת מן המנחה לאהרן ולבניו קודש קדשים מאשה יהוה. אין להם אלא לאחר מתנת האישים.

יא אזכרתה נזכרים בה נזכרים בקמיצה ונזכרים בלבונתה. רבי שמעון אומר נאמר כאן אזכרה ונאמר להלן אזכרה מה אזכרה אמורה להלן מלא קומץ אף כאן מלא קומץ.

פרק יא

א והנותרת אף על פי שלא הומלחה אף על פי שלא הוגשה אף על פי שלא הקטיר את כל לבונתה. מן המנחה פרט לשחסרה היא פרט לשאסר קמצה. ולא הקטיר מלבונתה כלום. לאהרן ולבניו לאהרן תחלה ואחר כך לבנים. לאהרן שלא במחלוקת ולבניו במחלוקת. מה אהרן כהן גדול אוכל שלא במחלוקת אף בני כהנים גדולים אוכלין שלא במחלוקל.

ב לאהרן ולבניו קדש קדשים להתיר מנחות ישראל. וכי מנין יצאו מכלל שנאמר כל האזרח יעשה ככה את אלה להקריב אשה שאם רצה לרבות ירבה. או אינו אומר אלא שיהו מנחות ישראל ניתנות על גבי האישים ומה אני מקיים והנותרת מן המנחה של גרים ושל נשים ושל עבדים תלמוד לומר לאהרן ולבניו קדש קדשים להתיר מנחת ישראל.

ג אין לי אלא מנחותיהן מלוקותיהן מנין אמר רבי שמעון קורא אני נבלה וטרפה לא יאכל לטמאה בה תלמוד לומר לאהרן ולבניו קדש קדשים להתיר מלוקות ישראל.

ד אין לי אלא מלוקות ישראל מלוקות כהנים מנין אמר רבי שמעון ודין הוא מה אם במקום שהתיר סלת

altaris in duobus panibus, & in pane facierum, superior erat in illis conditio sacerdotum, ubi superior erat conditio altaris in pugillo, non erit æquum, ut sit superior conditio in reliquiis? Quomodo ego explicabo quod dictum est. *Et reliquum de munere erit Aharon, & filiorum ejus, sanctitas sanctitatum ex ignitis Domini*? Non est illis pars, nisi postquam sit data pars igni.

XII. *Memoriale ejus*; Memorantur in eo, & memorantur in ejus pugillo, & memorantur in ejus thure. R. Simeon dicit; dictum est hic *memoriale*, & dictum est vers. 9. *Memoriale*. Sicut in memoriali ibi dicto intelligitur plenitudo pugilli, ita pariter in hoc loco.

CAPUT XI.

I. E*T reliquum*; Quamvis non salierit, quamvis non admoverit, quamvis totum thus non adoleverit. *De munere*; Excludit, quando ipsum esset deficiens; excludit, quando ejus pugillus esset deficiens, & non adolevisset totum de ejus thure. *Aharon, & filiorum ejus*. Aharon in principio, & deinde filiorum ejus. Aharon sine partitione; & filii ejus cum partitione. Sicut Aharon, qui est summus sacerdos, comedit sine partitione, ita pariter filii ejus summi sacerdotes comedunt sine partitione.

II. *Aharon & filiorum ejus; sanctitas sanctitatum*; Ad permittendum munera Israelitarum. Quid? unde poterant excludi ab genere? Dictum est enim *Numer.* XV. 13. *Omnis indigena faciet sic ista ad offerendum ignitum*. Si velit augere, augere licet. Aut non dicit, nisi quod munera Israelitarum igni imponerentur. Quomodo ego explicabo; *& reliquum de munere?* sc. proselytorum, & mulierum, & servorum. Idcirco dictum est; *Aharon & filiorum ejus; sanctitas sanctitatum*. Ad permittendum munus Israelitarum.

III. Non probo nisi de eorum muneribus, de eorum unguesectionibus unde probatur? Dicit R. Simeon; Ego lego; *Cadaver & discerptum non comedet ad polluendum se in eis. Lev.* XXII. 8. Idcirco dictum est. *Aharon, & filiorum ejus, sanctitas sanctitatum*; ad permittendum munus Israelitarum.

IV. Non probo nisi de unguesectionibus Israelitarum, de unguesectionibus sacerdotum unde probatur? R. Simeon dicit; Est argumentum; si ubi permisit similam ex arbitrio, prohibet similam præ-

רשורת אסר סלרת מצוה מקום שאסר מלוקרת רשורת. אינו דין שנאסר מלוקרת מצוה. מלוקורת ישרא׳ יוכיחו שאסר בהן מלוקרת רשורת והתיר בהן מלוקת מצוה.

ה מה התיר מלוקרת מצוה של ישראל שהרי התיר סלת מצוה שלהם נתיר מלוקרת מצוה של כהנים שהרי אסר סלרת מצוה שלהן. הואיל ואסר סלרת מצוה שלהן נאסר מלוקרת מצוה שלהן. תלמוד לומר לאהרן ולבניו קדש קדשים מאישי יהוה להתיר מלוקורת הכהנים. מאישי יהוה אין להן אלא לאחר מתנרת האישים.

פרשת י

א וכי תקריב כשתקריב לעשות הדבר רשורת קרבן מנחה. אמר רבי יהודה מניז לאומר הרי עלי מנחרת מאפה לא יביא מחצה חלורת ומחצה רקיקין. תלמוד לומר קרבן. קרבן אחד הוא מביא. ואינו מביא חלורת ורקיקין.

ב אמר רבי שמעון וכי נאמר קרבן קרבן שני פעמים. הא לא נאמר אלא קרבן אחד ונאמר בו חלורת ורקיקין. מעתה רצה להביא חלורת יביא. רקיקין יביא. מחצה חלורת ומחצה רקיקין יביא. וכשהוא קומץ בולל וקומץ משניהם. הא קמץ ולא עלה בידו אלא אחד משניהם דיו.

ג מאפה תנור לא מאפה כופה לא מאפה רעפין ולא מאפה יורות הערביים רבי יהודה אומר מה תלמוד לומר תנור תנור שני פעמים להכשיר את הכופה. רבי שמעון אומר מה תלמוד לומר תנור תנור שני פעמים שיהא הקדשה התנור וכל מעשיה בתנור.

ד סלרת מה סלרת אמורה להלן מן החיטין אף כאן מן החיטין חלורת בלולות ואין הרקיקין בלולין. הלא דין הוא מה אם החלורת שאינן טעונורת משיחה

præcepti, ubi prohibet ungueſectionem ex arbitrio, non erit æquum ut prohibeat ungueſectionem præcepti? Ungueſectiones Iſraelitarum probent, in quibus prohibuit ungueſectiones ex arbitrio, & permiſit ungueſectiones præcepti.

V. Quod permittat ungueſectiones præcepti Iſraelitarum, cauſa eſt, quod permiſit eorum ſimilam præcepti, permittemus ungueſectionem præcepti ſacerdotum, quando prohibuit eorum ſimilam præcepti? Quoniam prohibuit eorum ſimilam præcepti, interdicemus eorum ungueſectionem præcepti. Idcirco dictum eſt: *Aharon, & filiorum ejus, ſanctitas ſanctitatum de ignitis Domini*. Ad permittendum ungueſectiones ſacerdotum. *De ignitis Domini*; Non eſt illis pars, niſi poſtquam ſit data pars igni.

SECTIO X.

I. *ET ſi obtulerit*. Quando offeres; ut ſit ex arbitrio: *ſacrificium muneris*. Dicit R. Jehuda; Unde probatur, ſi quis dicat; Ecce ſuper me munus coctum in furno, quod non poſſit offerre dimidium ex placentis, & dimidium ex laganis? Ex eo quod dictum eſt: *Sacrificium*; unum ſacrificium debet afferre; & non poterit afferre placentas, & lagana.

II. Dicit R. Simeon. Quid? Num hoc loco dictum eſt; *ſacrificium*, *ſacrificium* duabus vicibus? Ecce non dictum eſt niſi ſemel ſacrificium, & in eo memorantur placentæ & lagana; Igitur ſi velit afferre placentas, adducet, ſi velit afferre lagana, adducet, ſi dimidium ex placentis, & dimidium ex laganis, adducet; & quando pugillabit, miſcebit, & pugillabit ex ambobus. Si igitur pugillaret, & non adſcenderet in ejus manus niſi unum, ſatis eſt.

III. *Coctum in clibano*; non coctum in furnulo, non coctum in lateribus, non coctum in ahenis Arabum. Rabi Jehuda dicit; Cur dictum eſt; *Clibanus*, *clibanus* duabus vicibus? Ad permittendum furnulum. Rabi Simeon dicit: Cur dictum eſt; *Clibanus*, *clibanus* duabus vicibus? Ut ejus ſanctificatio fit pro furno, & omnis ejus operationes in furno.

IV. *Ex ſimila*. Sicut ſimila ibi dicta ex frumentis, ita pariter hoc loco ex frumentis. *Placentæ mixtæ oleo erunt*; At lagana non erant oleo commixta. Atqui eſt argumentum; Si placentæ, quæ non requirunt unctionem, requirunt

טעונות בלילה רקיקין שהן טעונין משיחה אינו דין שיטענו בלילה תלמוד לומר חלות בלולות ואין רקיקי בלולין.

ה רקיקין משוחין ואין חלות משוחות. הלא דין הוא מה אם הרקיקין שאינן טעונין בלילה. טעונין משיחה חלות שהם טעונות בלילה אינו דין שיטענו משיחה. תלמוד לומר לרקיקין משוחין ואין חלות משוחות.

ו סלת חלות מצות בלולות בשמן ורקיקי מצות משוחים בשמן. מה תלמוד לומר בשמן בשמן שני פעמים להכשיר בשמן השני ולהכשיר בשמן השלישי. רבי אליעזר בן יעקב אומר מושח את הרקיקין כמין כי שאין רבוי אחר רבוי בתורה אלא למעט. רבי יהודה אומר מצות מצות למצות שוו לא שוו לבלילה.

ז וכיוצא בו אמר רבי יהודה ועשית כיור נחשת וכנו נחשת לרחצה יכול כשם שמרחיצין מן הכיור כך מרחיצין מן הכן. תלמוד לומר נחשת לנחשת שוה לו לא שוה לו לרחיצה. כיוצא בו אמר רבי יהודה ועשית חשן משפט מעשה חושב כמעשה אפוד תעשנו יכול כש' שזה בפול ז ה בפול תלמוד לומר זהב. לזהב שוה לו. לא שוה לכפילו.

פרק יב

א ואם מנחה על המחבת מלמד שהיא טעונה בלי קרבנך קרבנך לגזרה שוה. מה קרבנך אמור כאן טעונה יציקה ובלילה. אף קרבנך אמורה למטן טעונה מתן שמן בכלי קודם לעשייתה אף קרבנך אמורה כאן טעונה מתן שמן בכלי קודם לעשייתה.

ב סלת בלולה מלמד שהוא בוללה סלת. רבי אומר חלות. אמרו לו והלא בתורה נאמר חלות בלולות ואי אפשר לבוללן אלא סלת כיצד הוא עושה נותן

runt commixtionem, lagana, quæ requirunt unctionem, non erit æquum, ut requirant commixtionem? Idcirco dictum est: *Placentæ commixtæ erunt*; at lagana non erant mixta.

V. *Lagana uncta*, At placentæ non erant unctæ. At est argumentum. Si lagana, quæ non requirunt mixtionem, requirunt unctionem, placentæ, quæ requirunt mixtionem; non erit æquum, ut requirant unctionem? Idcirco dictum est: *Lagana uncta*; non autem placentæ unctæ.

VI. *Ex simila placentæ azymæ mixtæ oleo erunt, lagana azyma uncta oleo erunt*. Cur dictum est bis *oleo*, *oleo*. Ad permittendum secundum oleum, & ad permittendum tertium oleum. R. Eliezer ben Jacob dicit; ungebat lagana instar literæ χ Græci. Quia non est inclusio post inclusionem in lege, nisi ad excludendum. R. Jehuda dicit; *azymæ*, *azyma*; Paria erant, ut essent azyma, sed non erant æqualia in mixtione.

VII. Huic simile dicit R. Jehuda. *Facies & labrum æneum, & pelvim ejus æneam ad lavandum*. *Exod.* XXX. 18. Crederem, sicut lavant ex labro, ita pariter lavarent ex pelvi? Idcirco dictum est: נחשת, in ære erant æqualia, & non erant æqualia in lotione. Huic simile dicit R. Jehuda; *Et facies humerale judicii opere artificis, secundum opus pectoralis facies illud*. Ibid. XXVIII. 15. Crederem sicut hoc duplicabatur, ita pariter illud duplicaretur? Idcirco dictum est: *ex auro*. In auro erant æqualia, at non erant æqualia in duplicatione;

CAPUT XII.

I. SIN *autem munus in sartagine*. Docemur, quod requireret vas. *Sacrificium tuum*, *sacrificium tuum* a pari. Sicut sacrificium tuum hoc loco dictum requirit infusionem & mixtionem, ita pariter *sacrificium tuum* infra dictum requirebat infusionem, & mixtionem. Sicut *sacrificium tuum* infra dictum requirebat, ut oleum infunderetur in vas, priusquam perficeretur, ita pariter *sacrificium tuum* hoc loco dictum requirebat, ut infunderetur oleum in vas, priusquam perficeretur,

II. *Ex simila mixta*. Docemur, quod simila misceretur. R. dicit. Placentæ. Dixerunt illi; Atqui in lege dictum est; *placentæ mixtæ*; Impossibile est, quod misceret, placentas, sed similam miscebat. Quomodo faciebat? In-

שמן בסלת ובלולה בכלי ועושה אותה ופותתה ובוללה בשמן . רבי אומר נותן שמן בכלי ועושה אותה ופותתה ובוללה בשמן. וחזר ויוצק עליה. מצה יכול מצוה תלמוד לומר תהיה הכתוב קבעה חובה.

ג פתות יכול שתים תלמוד לומר פתים אי פתים יכול יעשנה כפירורים תלמוד לומר אותה אותה לפתים ואין פתיה לפתים.

ד מכאן אמרו מנחת ישרא׳ כופל אחד לשנים ושנים לארבעה ומבדיל מנחות כהנים כופל אחד לשנים ושנים לארבעה ואינו מבדיל מנחת כהן משיח לא היה מכפלה . רבי שמעון אומר מנחת כהנים ומנחת כהן משיח אין בהן פתיחה מפני שאין בהן קמיצה וכל שאין בה קמיצה אין בה פתיחה וכל פתיתין בכזתים.

ה פתות אותה פתים מנחה לרבות את כל המנחות לפתיתה . יכול אף שתי הלחם ולחם הפנים. תלמוד לומר אותה מה ראית לרבות כל המנחות ולהוציא שתי הלחם ולחם הפנים אחר שריבה הכתוב מיעט . מה אלו מיוחדות שיש מהן לאישים אף כל שיש מהן לאישים . יצאו מהן שתי הלחם ולחם הפנים שאין מתן לאישים.

ו ויצקת עליה שמן מנחה לרבות את כל המנחות ליציקה יכול אף מנחה מאפה תלמוד לומר עליה אוציא את החלות ולא אוציא את הרקיקין תלמוד לומר היא.

ז ואם מנחת מרחשת קרבנך מה בין מחבת למרחשת אלא שהמרחשת יש לה כסוי והמחבת אין לה כסוי דברי רבי יוסי הגלילי . רבי חנניה בן גמליאל אומר מרחשת עמוקה ומעשיה רוחשין ומחבת צפה ומעשיה קשים סלת בשמן תעשה מלמד שהיא טעונה מתן שמן בכלי קודם לעשייתה.

Indebat oleum in similam, & illam miscebat oleo in vase, & subigebat, & concidebat in frusta, & miscebat oleo. Rabi dicit; Indebat oleum in vas, & subigebat, & in frusta concidebat, & miscebat oleo; atque iterum super eam infundebat. *Azyma*; Crederem tantum ex præcepto? Idcirco dictum est; *erunt:* Textus ex debito constituit.

III. *Concidens*; Crederem in duo frusta? Idcirco dictum est; *frusta*; si frusta; crederem quasi in minutissimas partes? Idcirco dictum est; *illud*; Illud in frusta, non autem ejus frusta in frusta.

IV. Hinc dixerunt; munus Israelitæ duplicabat unum in duo, & duo in quatuor, & separabat; munus sacerdotum duplicabat unum in duo, & duo in quatuor, & non separabat; Munus sacerdotis uncti non duplicabatur. R. Simeon dicit; munus sacerdotum, & munus sacerdotis uncti non concidebatur, quia non obligatur ad pugillum; & ubi non erat pugillatio, non erat concisio; & omnia ejus frusta erant magna, sicut oleæ.

V. *Concidens illud in frusta munus.* Ad includendum, quod omnia munera conciderentur. Crederem vel duos panes, & panem facierum? Idcirco dictum est; *illud*. Quid vidisti, ut includeres omnia munera, & excluderes duos panes, & panem facierum? Postquam inclusit textus, excludit; Sicut hæc peculiaria sunt, ut ex his pars aliqua detur igni; ita pariter ea omnia, ex quibus pars aliqua detur igni; excluduntur ex his duo panes, & panes facierum, ex quibus nulla pars dabatur igni.

VI. *Et effundat super illud oleum*: *Munus*; ad includendum omnia munera, ad infusionem; Crederem vel munus coctum in furno? Idcirco dictum est: *super illud*. Excludam placentas, & non excludam lagana? Idcirco dictum est; *illud*.

VII. *Et si munus in frixorio sacrificium tuum*; Quod est discrimen inter sartaginem, & frixorium? Frixorio est operculum; verba R. Jose Galilæi. R. Chananjah ben Gamaliel dicit; Frixorium est profundum; & quæ in eo fiunt, sunt tenera; At sartago est extensa, & quæ in ea fiunt, sunt dura. *Ex simila cum oleo fiet*. Docemur, quod requireret infusionem olei in vas priusquam perficeretur.

פרשת יא

א ת״ל אומר והבאתה אשר יעשה מ״ח ליהוה והקריבה אל הכהן והגישה אל המזבח יכול אין לטעון הגשה אלא הקומץ בלבד ומנין לרבות את המנחה תלמוד לומר מנחה. מנין לרבות את כל המנחות תלמוד לומר ואת המנחה.

ב יכול אין לטעון הגשה אלא מנחת נדבה מנחת חובה מנין ודין הוא נאמר הבא מנחת נדבה והבא מנחת חובה מה מנחת נדבה טעונה הגשה אף מנחת חוטא תטען הגשה.

ג לא אם אמרת במנחת נדבה שהיא טעונה שמן ולבונה תאמר במנחת חוטא שאינה טעונה שמן ולבונה. מנחת שוטה תוכיח שאינה טעונה שמן ולבונה וטעונה הגשה.

ד לא אם אמרת במנחת שוטה שהיא טעונה תנופה תאמר במנחת חוטא שאינה טעונה תנופה הרי את דן מבנין אב לא מנחת נדבה שהיא טעונה שמן ולבונה כהרי מנחת שוטה שאינה טעונה שמן ולבונה. לא מנחת שוטה שהיא טעונה תנופה כהרי מנחת נדבה שאינה טעונה תנופה.

ה הצד השוה שבהן ששוו לקמיצה ושוו להגשה אף אני אביא מנחת חוטא ששוו להן לקמיצה שתשוה להם להגשה.

ו או מה להצד השוה שבהן ששוו לבא בעשיר בבעני וטעונות הגשה יצאה מנחת חוטא שלא שוה לבא בעשיר כבעני שלא תטען הגשה. תלמוד לומר מנחה. אחד מנחת נדבה ואחד מנחת חוטא זו וזו טעונות הגשה. רבי שמעון אומר והבאת לרבות מנחת העומר להגשה שנאמר והבאתם את עמר

SECTIO XI.

I. Si diceret; *Et adduces quod fiet ex iis Domino, offeretque illud sacerdoti, & admovebit illud ad altare.* Crederem non fuisse admovendum altari nisi pugillum duntaxat? Et unde probatur ad includendum munus? Ex eo quod dictum est: *munus*. Unde probatur ad includendum omnia munera? Ex eo quod dictum est: *& munus*.

II. Crederem non fuisse admovendum nisi munus spontaneum, munus ex debito unde probatur? Argumento. Dictum est; Affer munus spontaneum, & affer munus ex debito; sicut munus spontaneum requirebat admotionem, ita pariter munus peccatoris requiret admotionem.

III. Minime si dixisti de munere spontaneo, quod requirit oleum, & thus; dices de munere peccatoris, quod non requirebat neque oleum, neque thus? Munus mulieris adulterii suspectæ probet, quod licet non requireret neque oleum, neque thus, tamen requirebat admotionem.

IV. Minime: si dixisti de munere mulieris adulterii suspectæ, quod requirebat ventilationem, dices de munere peccatoris, quod non requirebat veutilationem? Probabitur ex constitutione principii. Non est munus spontaneum, quod requirebat oleum, & thus, sicut munus mulieris adulterii suspectæ quod non requirebat neque oleum, neque thus; non erat munus mulieris adulterii suspectæ, quod requirebat ventilationem, sicut munus spontaneum, quod non requirebat ventilationem.

V. Paritas quæ inter illa intercedit, hæc est, quod cum æqualia sint in pugillo, sint qnoque æqualia in admotione; Ita pariter includam munus peccatoris, quod cum illi sit simile in pugillo, sit quoque illi simile in admotione.

VI. A paritate, quæ inter illa intercedit quod æqualia sint, ut afferantur tam a divite, quam a paupere, & requirant admotionem, excluditur munus peccatoris, quod cum non æqualiter adducatur a divite, & paupere, non erit admovendum. Idcirco dictum est: *Munus*: Sive sit munus spontaneum, sive munus peccatoris, omnia requirunt admotionem. R. Simeon dicit; *Et adduces*. Ad includendum munus manipuli, ut sit admovendum: Dictum est enim *Levit.* XXIII. 10. *Et adducetis manipulum, principium mes-*

ראשית קצירכם אל הכהן והקריבה לרבות מנחת שוטה להגשה שנאמר והקריב אותה אל המזבח.

פרק יג

א הלא דין הוא מה אם מנחת חוטא שאינה טעונה תנופה טעונה הגשה מנחת שוטה שהיא טעונה תנופה אינו דין שתטען הגשה. לא אם אמרת במנחת חוטא שהיא מן החיטין תאמר במנחת שוטה שאינה מן החיטין. מנחת העומר תוכיח שאינה באה מן החיטין וטעונה הנשה.

ב לא אם אמרת במנחת העומר שהיא טעונה שמן ולבונה. תאמר במנחת שוטה שאינה טעונה שמן ולבונה. הרי את דן מבנין אב לא מנחת חוטא שהיא מן החטין כהרי מנחת העומר שאינה מן החטין. לא מנחת העומר שהיא טעונה שמן ולבונה כהרי מנחת חוטא שאינה טעונה שמן ולבונה.

ג הצד השוה שבהן ששוו לקמיצה ושוו להגשה. אף אני אביא מנחת שוטה ששוה להן לקמיצה שתשוה להן להגשה.

ד או מה הצד השוה שבהן שלא כשרו לבא קמח אלא סולת וטעונות הגשה. יצאת מנחת שוטה שכשרה לבא קמח שלא תטען הגשה תלמוד לומר והקריבה לרבות מנחת שוטה להגשה.

ה רבי יהודה אומר והבאת לרבות מנחת שוטה להגשה שנאמר והביא את קרבנה עליה. או אינו אומר והבאת אלא שיהא היחיד מתנדב מנחה אחרת חוץ מטו שבענין. ודין הוא ציבור מביא מנחה מן החיטין חובה ויחיד מביא מנחה מן החיטין נדבה. מה צבור שהוא מביא מנחה מן החיטין חובה מביא מנחה מן

messis vestræ ad sacerdotem, *& admovebit illud*. Ad includendum munus mulieris adulterii suspectæ, quod sit admovendum. Dictum est *Num.* v. 25. *Et admovebit illud ad altare*.

CAPUT XIII.

I. ATQUI est argumentum: si munus peccatoris, quod non requirit ventilationem, requirit admotionem, munus mulieris adulterii suspectæ, quod requirit ventilationem, non erit æquum, ut requirat admotionem? Minime: si dixisti de munere peccatoris, quod erat triticeum, dices de munere mulieris adulterii suspectæ quod non erat triticeum? Munus manipuli probet, quod non erat triticeum, tamen requirebat admotionem.

II. Minime; si dixisti de munere manipuli, quod requirebat oleum, & thus, dices de munere mulieris adulterii suspectæ, quod non requirebat neque oleum, neqe thus? Probabo igitur a principii constitutione; non est munus peccatoris, quod erat triticeum, sicut munus manipuli, quod non erat triticeum, neqne munus manipuli, quod requirebat oleum & thus, sicut munus peccatoris, quod non requirebat neque oleum neque thus.

III. Paritas, quæ inter illa intercedit, hæc est, quod cum æqualia sint in pugillo, sint quoque æqualia in admotione; ita pariter ego includam munus mulieris adulterii suspectæ, quod cum sit illis æquale in pugillo, sit quoque æquale in admotione.

IV. Aut paritas, quæ inter illa intercedit, hæc est, quod non possint legitime afferri de farina, sed de simila, & requirant admotionem, excluditur munus mulieris adulterii suspectæ, quod cum legitime afferatur de farina, non requirat admotionem. Idcirco dictum est; *& admovebit illud*; Ad includendum, quod munus mulieris adulterii suspectæ requireret admotionem.

V. R. Jehuda dicit: *& adduces*; Ad includendum, quod munus mulieris adulterii suspectæ requirat admotionem; dictum est enim *Num.* v. 15. *Et adducet sacrificium ejus pro illa*. Aut non dictum est; *& adduces*; nisi quod privatus possit offerre munus spontaneum aliud exceptis his, quæ in subiecto sunt memorata. Et probatur argumento. Cœtus offert munus triticeum ex debito, & privatus affert munus triticeum spontaneum; Sicut cœtus qui affert munus triticeum ex debito, af-

השעורין חובה . אף יחיד שהוא מביא מנחה מן החטין נדבה . יביא מנחה מן השעורין נדבה . תלמוד לומר אלה אין לך אלא אלה בלבד . או אינו אומר אלה אלא האומר הרי עלי מנחה יביא חמשתן תלמוד לומר מאלה יש מביא אחרת מהן ויש מביא חמשתן.

ו רבן שמעון אומר מנחה לרבות את כל המנחות להגשה . יכול אף שתי הלחם ולחם הפנים תלמוד לומר מאלה מה ראית לרבות כל המנחות ולהוציא שתי הלחם ולחם הפנים . אחר שריבה הכתוב מיעט מה אלו מיוחדות שיש מהן לאישים אף כל שיש מהן לאישים . יצאו שתי הלחם ולחם הפנים שאין מהן לאישים.

ז והלא מנחת נסכין כלה לאישים יכול תטען הגשה תלמוד לומר והקריבה. מה ראית לרבות כל המנחות ולהוציא מנחת נסכין. אחר שריבה הכתוב מיעט מה אלו מיוחדות שהן באות בגלל עצמן. יצאת מנחת נסכים שאין באה בגלל עצמה .

ח והלא מנחת כהנים ומנחת כהן משיח באות בגלל עצמן יכול יטענו הגשה תלמוד לומר והגישה מה ראית לרבות את כל המנחות ולהוציא מנחת כהנים ומנחת כהן משיח . אחר שריבה הכתוב מיעט. מה אלו מיוחדות שיש מהן לאישים . ובאות בגלל עצמן . ויש מהן לכהנים . יצאו שתי הלחם ולחם הפנים שאין מהן לאישים . יצאת מנחת נסכים שאינה באה בגלל עצמה . יצאו מנחות כהנים ומנחת כהן משיח שאין מהם לכהנים. והרים יכול בכלי תלמוד לומר להלן בקמצו מה הרמה אמורה להלן בקמצו אף כאן בקמצו.

פרשת יב

א אלו אשר תקריבו ליהוה לא תעשה חמץ יכול אין לי בלא תעשה. חמץ אלא הקומץ בלבד ומנין לרבות את המנחה

affert muuus hordeaceum ex debito, ita pariter privatus, qui affert munus triticeum ſpontaneum, affert quoque munus hordeaceum ſpontaneum. Idcirco dictum eſt: *Ex iis*: Tibi non ſunt niſi iſta duntaxat. Aut non dicit; *ex iis*; niſi quod ſi quis dicat, ecce ſuper me munus, quod quinque hæc omnia debeat afferre? Idcirco dictum eſt: *Ex iis*; eſt qui affert unum ex iis, & eſt qui hæc quinque omnia afferat.

VI. Raban Simeon dicit: *Munus*; Ad includendum, quod omnia munera eſſent admovenda. Crederem vel duos panes, & panem facierum? Idcirco dictum eſt: *Ex iis*. Quid vidiſti, ut includeres omnia munera, & excluderes duos panes, & panem facierum? Poſtquam incluſit textus, excludit; Sicut hæc peculiaria ſunt, quod ex iis pars aliqua detur igni, excluduntur duo panes & panis facierum, de quibus nulla pars datur igni.

VII. Atqui eſt munus libaminum, quod totum dabatur igni, crederem fuiſſe admovendum? Idcirco dictum eſt: *& offeret illud*. Quid vidiſti, ut includeres omnia munera, & excluderes munus libaminum? Poſtquam incluſit textus, excludit; Sicut iſta ſunt peculiaria, & ſeorſim afferuntur, excluditur munus libaminum, quod ſeorſim non afferatur.

VIII. Atqui eſt munus ſacerdotum, & munus ſacerdotis uncti, quæ ſeorſim adducuntur, crederem fuiſſe admovenda? Idcirco dictum eſt: *& admovebit illud*. Quid vidiſti, ut includeres omnia munera, & excluderes munus ſacerdotum, & munus ſacerdotis uncti? Poſtquam incluſit textus, excludit; Sicut iſta ſunt peculiaria, quod ex iis pars aliqua detur igni, & ſeorſim afferantur, & de iis pars aliqua datur ſacerdotibus; Excluduntur duo panes & panis facierum, de quibus nulla pars datur igni, excluditur munus libaminum, quod ſeorſim non afferatur; excluduntur munera ſacerdotum, & munus ſacerdotis uncti, de quibus nulla pars datur ſacerdotibus. *Et tollet ſacerdos*. Crederem vaſe? Idcirco ibi dictum eſt; *pugillo ſuo*; ſicut ibi ſuo pugillo, ita pariter hoc loco ſuo pugillo.

SECTIO XII.

I. SI diceret: *Quod offeretis Domino non fiet fermentatum*; Crederem in hoc præcepto negativo; *non fiet fermentatum*, unum tantum pugillum com-

תלמוד לומר מנחה ומנין לרבות את כל המנחות תלמוד לומר וכל המנחה.

ב אין לי אלא מנחות ששיריהן נאכלין מנחות שאין שיריהן נאכלין מנין תלמוד לומר וכל המנחה אשר תקריבו ליהוה לא תעשה חמץ. רבי יוסי הגלילי אומר להביא את לחם הפנים רבי עקיבא אומר להביא מנחת נסכים.

ג לא תעשה חמץ יכול לאו אחד לכלם. תלמוד לומר לא תאפה חמץ אפייה בכלל הייתה. ולמה יצאת להקיש ליה ולומר מה אפייה מיוחדת ומעשה יחידי וחייבין עליה בפני עצמה אף אני ארבה לישתה ועריכתה וכל מעשה ומעשה שיש בה לחייב עליו בפני עצמו.

ד שאור לא תקטירו אין לי אלא המרובה המסועט מנין תלמוד לומר כל שאור אין לי אלא הוא עצמו עירובו מנין תלמוד לומר כי כל שאור. יכול מנחות שהן במצה תהיה יהו בבל ותקטירו חמץ. מנחות שאינן במצה תהיה לא יהו בבל תקטירו חמץ. תלמוד לומר כי כל שאור וכל דבש לא תקטירו. אין לי אלא המרובה המסועט מנין תלמוד לומר וכל דבש אין לי אלא הוא עצמו עירובו מנין תלמוד לומר וכל דבש אין לי אלא דברים שאין הדבש יפה להן דברים שהדבש יפה להן מנין שהפטמין אומרין יפה הדבש לקטרת מנין תלמוד לומר וכל דבש.

ה מה תלמוד לומר כל שאור ומה תלמוד לומר וכל דבש לפי שיש בשאור מה שאין בדבש. ובדבש מה שאין בשאור. שאור הותר מכללו למקדש. ודבש לא הותר מכללו למקדש דבש הותר בשירי מנחות שאור לא הותר בשירי מנחות. הא לפי שיש בשאור מה שאין בדבש ובדבש מה שאין בשאור

comprehendi? Unde probatur ad includendum munus? Ex eo quod dictum est; *munus*: & unde probatur ad includenda omnia munera? ex eo quod dictum est: *& omne munus*.

II. Non probo nisi de illis muneribus, quorum reliquiæ comedebantur, de muneribus quorum reliquiæ non comedebantur, unde probatur? Ex eo quod dictum est: *& omne munus, quod offeretis Domino, non fiet fermentatum*. R. Jose Galilæus dicit ad includendum panem facierum; R. Akiba dicit; ad includendum munus libaminum.

III. *Non fiet fermentatum*. Crederem unum præceptum negativum pro toto? Idcirco dictum est; *non coquetur fermentatum*: *Levit.* VI. 17. Coctio erat in genere, & cur exiit? ad arguementandum, & docendum; sicut coctio est opus peculiare, & opus unum, & pro illa rei sunt seorsim, ita pariter ego includam subactonem, & ordinationem, & reliquas omnes operationes, quæ in illo sunt, ut teneantur seorsim.

IV. *Fermentatum non adolebitis*; non probo nisi de multo, de pauco unde probatur? Ex eo quod dictum est. *Omne fermentum*; non probo nisi de ipsomet, de ejus mixtione unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Quod omne fermentum*; Crederem munera quæ azyma esse debebant, comprehendi præcepto: *Non adolebitis fermentatur*; at munera, quæ azyma esse non debebant, non comprehendi præcepto. *Non adolebitis fermentatum?* Idcirco dictum est: *Quod omne fermentum & omne mel non adolebitis*; non probo nisi de multo, de pauco unde probatur? Ex eo quod dictum est; *& omne mel*; non probo nisi de ipsomet, de ejus mixtione unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Et omne mel*. Non probo nisi de rebus, quibus non convenit mel, de rebus, quibus mel convenit, unde probatur? Quia aromatorii dicunt; convenit mel suffitui: Ex eo quod dictum est: *& omne mel*.

V. Cur dictum est: *Omne fermentum*; Et cur dictum est: *& omne mel*? Quia est in fermento, quod non est in melle & in melle quod non est in fermento; Fermentum ab suo genere permissum est sanctuario; mel ab suo genere non est permissum sanctuario. Mel permissum est in reliquiis munerum, fermentum non est permissum in reliquiis munerum; Ecce quia est in fermento, quod non est in melle, & in melle, quod non est in fermento; dicendum erat;

צריך לומר כל שאור וצריך לומר כל דבש.

ו ומנין המעלה מבשר חטאת ומבשר אשם ומבשר קדשי קדשים ומבשר קדשים קלין ומותר העומר ושתי הלחם ולחם הפנים ושירי מנחות והקטירם. מן השאור ומן הדבש עובר בלא תעשה תלמוד לומר כי כל שאור וכל דבש לא תקטירו. אשה ליהוה. הא כל שיש ממנו לאישים הרי הוא בל תקטירו.

ז קרבן ראשית שיהא ראשית לכל המנחות וכן הוא אומר והקרבתם מנחה חדשה ליהוה שתהא חדשה לכל המנחות אין לי אלא מנחת חיטין מנחת שעורין מנין וכשהוא אומר וביום הבכורים בהקריבכם מנחה חדשה ליהוה בשבועותיכם אם אינו ענין למנחת חטין תנהו ענין למנחת שעורין.

ח ומנין שיקדימו לבכורים תלמוד לומר בכורי קציר חטים אין לי אלא של חטין של שעורים מנין תלמוד לומר אשר תזרע. אין לי אלא שיזרע עלה מאיו מנין תלמוד לומר אשר בשדה. אין לי אלא שבשדה שבגג ושבחצר ושבחרבה מנין תלמוד לומר בכורי כל אשר בארצם. ומנין שיקדימו לנסכין ולפירות האילן תלמוד בכורי מעשיך ואומר באספך את מעשיך מן השדה.

ט יכול אם קדמן דבר אחר לא יקרבו תלמוד לומר תקריבו. יכול אם לא קרבו בעצרת יקרבו לאחר עצרת תלמוד לומר אותם יכול יביא היחיד כיוצא בהן נדבה תלמוד לומר אותם. יכול לא יביא היחיד כיוצא בהן נדבה שכן אינו מביא כיוצא בהן חובה אבל יביא צבור כיוצא בהן נדבה שכן הוא מביא כיוצא בהן חובה תלמוד לומר

erat; *omne fermentum*. Pariterque dicendum erat: *Omne mel*.

VI. Et unde probatur, quod si afferat de carne sacrificii pro peccato, & de carne sacrificii pro delicto, & de carne sanctissimorum, & de carne sanctitatum levium, & de residuo manipuli, & de duobus panibus, & de pane facierum, & de reliquiis munerum, & adoleat, transgrediatur præceptum negativum? Ex eo quod dictum est: *Quod omne fermentum, & omne mel non adolebitis ignitum Domino*. Igitur omnia, de quibus pars dabatur igni, comprehendebantur præcepto; *Non adolebitis*.

VII. *Sacrificium principii*. Ut sit principium omnibus muneribus; Idcirco dictum est *Levit.* XXIII. 16. *Et offeretis munus novum Domino*, ut sit novum omnibus muneribus; Non probo nisi de munere triticeo, de munere hordeaceo unde probatur? Quando vero dicit *Num.* XXVIII. 26. *Et in die primitiæ, quando offeretis munus novum Domino in hebdomadis vestris*. Si non potest explicari respectu muneris triticei, explicetur respectu muneris hordeacei.

VIII. Et unde probatur, quod præcederent primitiva? Ex eo quod dictum est *Exod.* XXXVI. 22. *Primitiis messis triticeæ*. Non probo nisi de primitiis triticeis, de primitiis hordeaceis unde probatur? Ex eo quod dictum est *Exod.* XXIII. 16. *Quæ seminaveris*. Non probo nisi de eo quod seritur, de eo quod sponte crescit, unde probatur? *Quæ sunt in agro*. Non probo nisi de eo quod sit in agro, de eo quod est in tecto, in atrio, & in deserto, unde probatur? Ex eo quod dictum est *Num.* XVIII. 13. *Primitiæ omnes, quæ in terra eorum*. Et unde probatur, quod præcedant libamina, & fructus arboris? Ex eo quod dictum est *Exod.* XXIII. 16. *Primitiam operis tui*. Et similiter dictum est. *In colligendo opere suo ex agro*. Ibid.

IX. Crederem si aliud præcessisset, non fuisse offerendas? Idcirco dictum est: *offeretis*. Crederem si in festo hebdomadarum non fuissent oblatæ, fuisse offerendas post Pentecostem? Idcirco dictum est: *illas*. Crederem, quod privatus his similes in munus spontaneum posset offerre? Idcirco dictum est; *illas*. Crederem, quod privatus his similes non posset afferre in munus spontaneum, quia his similes ne ex debito quidem poterat afferre, sed cœtus his similes in munus spontaneum posset afferre; quia his similes ex debito afferebat? Id-

אותם . המזבח אין לי אלא המזבח ומנין לרבות את הכבש תלמוד לומר ואל המזבח לא יעלו יכול לעבודה ושלא לעבודה תלמוד לומר לריח ניחוח לא אמרתי אלא לעבודה.

פרק יד

א הוא אומר ועל כל קרבנך תקריב מלח יכול אף על העצים אף על הדם תלמוד לומר קרבן מנחתך מה קרבן מנחתך דבר שאחרים באין חובה לו . יצאו העצים והדם שאין אחרים באין חובה להן.

ב אי מה קרבן מנחתך דבר שהוא מתיר אף אני אביא את הדם שהוא מתיר . תלמוד לומר מעל מנחתך לא מעל דמך. אי מעל מנחתך יכול תהא מנחה כולה טעונה מלח תלמוד לומר קרבן הקומץ טעון מלח ואין מנחה כלה טעונה מלח.

ג אין לי אלא הקומץ ומנין לרבות את הלבונה תלמוד לומר על כל קרבנך תקריב מלח. ארבה את הלבונה הבאה עם המנחה מנין לבונה באה בפני עצמה ולבונה הבאה עם לחם הפנים ואימורי חטאת ואימורי אשם ואימורי קדשי קדשים . ואימורי קדשים קלים. מנחת כהנים ומנחת כהן משיח ומנחת נסכים ואיברים עולה . ועולת העוף מנין תלמוד לומר וכל קרבן.

ד רבי ישמעאל בנו של רבי יוחנן בן ברוקא אומר ומה קרבן מנחתך דבר שיש בו טומאה ועולה לאישים על מזבח החיצון . יצאו העצים שאין בהן טומאה. יצא הדם שאינו עולה לאישים יצאת הקטרת שאינה על מזבח החיצון . במלח יכול תבונהו תלמוד לומר תמלח אי תמלח יכול במי מלח תלמוד לומר במלח . לא תשבית מלח להביא מלח שאינה שובתת ואי זו זו סרומית ומנין אם לא מצא סרומית יביא סלקונדריס. תלמוד לוסר תקריב מלח ריבה יכול המתנרב מנחה יהא עמה מלח

Idcirco dictum est : *illas*. *Altare* non probo nisi ad altare, & unde probatur ad includendum collem? Ex eo quod dictum est. *Et ad altare adscendet*. Crederem tam pro ministerio, quam præter ministerium? Idcirco dictum est. *In odorem suavitatis*. Non dixi nisi ad ministerium.

CAPUT XIV.

I. Quoniam dicitur: *Et super sacrificium tuum offeres salem*. Crederem vel super ligno, vel super sanguinem? Idcirco dictum est: *Sacrificium muneris tui*; sicut sacrificium muneris tui illud est, cujus causa ex debito alia adducuntur; excluduntur ligna, & sanguis, quorum alia ex debito non adducebantur.

II. Aut sicut sacrificium muneris tui est illud, quod permittat, ita pariter ego includam sanguinem, qui permittit. Idcirco dictum est; *De super munere tuo*; non autem de super sanguine tuo. Si *de super munere tuo*, crederem totum munus fuisse saliendum? Idcirco dictum est: *sacrificium*. Pugillus erat saliendus, at munus totum non erat saliendum.

III. Non probo nisi de pugillo, unde probatur ad includendum thus? Ex eo quod dictum est: *Super omne sacrificium tuum offeres salem*. Includam ego thus, quod affertur cum munere, unde probatur thus, quod seorsim affertur, & thus quod adducebatur cum pane facierum, & adipes sacrificii pro peccato, & adipes sacrificii pro delicto & adipes sanctissimorum, & adipes sanctitatum levium, munus sacerdotum & munus sacerdotis uncti, & munus libaminum, & membra holocausti, & membra volucris? Ex eo quod dictum est; *& omne sacrificium*.

IV. R. Ismael ben R. Jochanan ben Berocha dicit; sicut *sacrificium muneris tui*; est illud, quod poterat immundari, & dabatur igni super altare exterius; excluduntur ligna, quæ non poterant immundari; excluditur sanguis, qui non dabatur igni; excluditur suffitus, quod non adolebatur super altare exterius. *Sale*. Crederem sale fuisse operiendum? Idcirco dictum est: *Salies* Si *salies*, crederem aquis salsis; Idcirco dictum est; *Sale*. *Non facies cessare salem*. Ad includendum salem incessabilem; & quinam est? Sal Sodomæus; Et unde probatur, si non inveniatur sal Sodomæus, quod adduceret salem Salkondrimum? Ex eo quod dictum est. Of-

כדרך שהוא מביא לבונה מתוך ביתו ודין הוא נאמר הבא מנחה והבא לבונה הבא מנחה והבא מלח . מה לבונה משל בעל המנחה אף המלח משל בעל המנחה.

ה או כלך לדרך הזו נאמר הבא מנחה והבא עצים הבא מנחה והבא מלח. מה עצים משל ציבור אף המלח משל צבור.

ו נראה למי דומה דנים דבר שהוא קרב עם כל הזבחים מדבר שהוא קרב עם כל הזבחים . ול׳ תוכיח לבונה שאינה קרבה עם כל הזבחים . או כלך לדרך הזו דנין דבר שהוא קרב עם מנחה עצמה מדבר שהוא קרב עם מנחה עצמו . ואל יוכיחו עצים שאינן קרבין מנחה לעצמן. תלמוד לומר ולא תשבית מלח ברית א׳היך מעל מנחתך ולהלן הוא אומר מאת בני ישר׳ ברית עולם מה ברית אמורה להלן משל צבור אף כאן משל צבור.

ז תקריב אף בשבת תקריב אף בטומאה תקריב מלח כל שהוא תקריב מלח מכל מקום.

פרשת יג

א ואם תקריב מנחת בכורים ליהוה רבי יהודה אומר עתידה מנחת בכורים לפסוק ולחזור . וכן הוא אומר אם יהיה היובל לבני ישראל עתיד היובל לפסוק ולחזור.

ב רבי שמעון אומר ואם תקריב מנחת בכורים ליהוה זו מנחה באה חובה יכול נדבה בשהוא אומר והבאתם את עומר ראשית קצירכם אל הכהן לימד שאינה באה אלא חובה.

ג ואם כן למה נאמר ואם לומר אם אתם מביאין אותה לרצון מעלה אני עליכם כאילו נדבה הבאתם אותה ואם אין אתם מביאין אותה לרצון מעלה אני עליכם כאילו לא הבאתם אותה אלא לצורך עצמכם.

ד וכן הוא אומר ולחם וקלי וכרמל לא תאכלו עד עצם היום הזה עד הביאכם את קרבן א׳היכם . ואם תקריב מנחת ביכורים ליהוה זו מנחת העומר

Offeres ſalem; includit. Crederem, ſi quis offerret munus, cum illo quoque offerret ſalem, ſicut afferebat thus de domo ſua? Et probari poteſt argumento. Dictum eſt enim; *Affer munus, & affer thus, affer munus, & affer ſalem*; ſicut thus ex bonis domini muneris, ita pariter ſal de bonis domini muneris.

V. Aut hoc modo; dictum eſt: afſer munus, & affer ligna, affer munus, & affer ſalem; ſicut ligna de bonis cœtus, ita pariter ſal de bonis cœtus.

VI. Videamus cuinam ſit ſimilius; explicetur res, quæ offertur cum omnibus ſacrificiis, ab re, quæ offertur cum omnibus ſacrificiis; & non probet thus, quod non offertur cum omnibus ſacrificiis. Aut hoc modo: explicetur res, quæ offertur cum ipſo munere, ab re, quæ offertur cum ipſo munere; & non probent ligna, quæ non offerebantur cum ipſo munere. Idcirco dictum eſt: *Et non facies ceſſare ſalem fœderis Dei tui de ſuper munere tuo*. Et *Levit.* XXIV. 8. *Et filiis Iſrael pacto æterno*. Sicut pactum eo loco dictum de bonis cœtus, ita pariter hoc loco de bonis cœtus.

VII. *Offeres*; vel in Sabbatho; *Offeres* vel in immunditie. *Offeres ſalem*; Quantulumcunque; *Offeres*. Omnimode.

SECTIO XIII.

I. *Et ſi offeres munus primitiarum Domino*. R. Jehuda dicit; futurum eſt, ut munus primitiarum ceſſet, & innovetur. Et ſimiliter dictum eſt *Numer.* XXXI. 4. *Si fuerit Jubilæus filiis Iſrael*. Futurum eſt, ut Jubilæus ceſſet, & innovetur.

II. R. Simeon dicit: *Et ſi offeres munus primitiarum Domino*. Hoc eſt munus, quod adducitur ex debito, crederem fuiſſe ſpontaneum? Quando vero dicit *Levit.* XXIII. 10. *Et adduceris manipulum principii meſſis veſtræ ad ſacerdotem*. Docetur, quod non adduceret niſi ex debito.

III. Si ita eſt; cur dictum eſt; *Et ſi*? ut dicat, ſi vos ſponte adducetis, ego vobis imputabo æque ac ſi ſponte offeratis; Si vero vos non ſponte offeratis, vobis imputabo æque ac ſi non adduxeritis niſi neceſſitatis veſtræ cauſa.

IV. Et ſimiliter dictum eſt l. c. *Levit.* verſ. 14. *Panem vero, & toſtum, & triticum recens non comedetis uſque ad iſtum diem ipſum, donec obtuleritis ſacrificium Dei veſtri*. *Et ſi offeres munus*

מנין היא באה מן השעורין או יכול מן החטין. אמר רבי אליעזר נאמר כאן אביב ונאמר אביב במצה מה אביב אמור במצה שעורין אף כאן שעורין. רבי עקיבא אומר נאמר לציבור הבא בכורים בפסח והבא בכורים בעצרת כמה מצינו שממין שהיחיד מביא חובתו ממנו יהא הקבור מביא בכוריו בפסח. אף ממין שהיחיד מביא חובתו ממנו יהא הצבור מביא בכוריו בעצרת. מאי זה מן היחיד מביא חובתו מן השעורין אף צבור לא יביא אלא מן השעורין. אם תאמר מן החטין אין שתי הלחם בכורים.

ה רבי ישמעאל בנו של רבי יוחנן בן ברוקה אומר יכול תבוא מן הכוסמין ושבולת שועל ושיפון ודין הוא מה אם החטין שכשרו לשאר כל המנחות לא כשרו למנחת העומר. כוסמים ושבולת שועל ושיפון שלא כשרו לשאר כל המנחות אינו דין שלא יכשרו למנחת העומר השעורין יוכיחו שלא כשרו לשאר כל המנחות וכשרו למנחת העומר. לא אם אמרת בשעורים שמנחת סוטה באה מהם תאמר בכוסמין ושבולת שועל ושיפון שאין מנחת סוטה באה מהם. יצאו החטין מן הכתוב. וכוסמין ושבולת שועל ושיפון מקל וחומר.

ו אביב קלוי באש גרש כרמל מלמד שמהבהבין אותו באור כדי לקיים בו מצות קלוי דברי רבי מאיר. וחכמים אומרים אין לשון קלוי אלא לשון אבוב של קלאים היה שם ומנוקב כמין נפה כדי שיהא האור שולט בכולו.

ז אביב אלו נאמר אביב קלוי גרש הדבר שקול. אפשר יקלנו גרש כשהוא אומר אביב קלוי באש גרש תלמוד לומר באש הפסיק הענין ויקלנו אביב.

ח כרמל רך מל וכן הוא אומר ואיש בא מבעל שלישה ויבא לאיש האלהים לחם בכורים עשרים לחם

nus primitiarum Domino; Hoc eſt munus manipuli; Unde afferebatur? De hordeis. Aut crederem ex tritico? Dicit Rabi Elieſer; Dictum eſt hic אביב ſc. ſpica, & dictum eſt in placenta ſpica, ſicut ſpica dicta in placenta erat ex hordeis, ita pariter hoc loco ex hordeis. R. Akiba dicit; Dictum eſt cœtui; Affer primitias in Paſchate, & affer primitias in Pentecoſte; Quid invenimus? Quod ex ea ſpecie, unde privatus adducebat debitum ſuum, inde cœtus adduceret ſuas primitias in Paſchate; ita pariter ex ea ſpecie, unde privatus adducebat debitum ſuum, inde cœtus adduceret primitias ſuas in Pentecoſte. Quænam erat ſpecies, unde privatus adducebat debitum ſuum? Ex hordeis; ita pariter cœtus non adducebat niſi ex hordeis. Si dices ex tritico; Duo panes non erant primitiæ.

V. R. Iſmael ben R. Jochanan ben Berocha dicit; Crederem potuiſſe adduci de ſpelta, avena, & ſecali? Atqui eſt argumentum; Si frumenta, quæ permittuntur in ceteris omnibus muneribus, non permittuntur in munere manipuli; Spelta, avena, & ſecale, quæ non permittuntur in ceteris omnibus muneribus, non erit æquum, ut non permittantur in munere manipuli? Hordea probent, quæ non ſunt legitima in ceteris omnibus muneribus, & legitima ſunt in munere manipuli. Minime; ſi dixiſti de hordeis, ex quibus adducitur munus mulieris adulterii ſuſpectæ, dices de ſpelta, avena, & ſecali, ex quibus non adducitur munus mulieris adulterii ſuſpectæ? Excluduntur frumenta ab textu, & ſpelta, avena, & ſecale argumento a minori ad majus.

VI. *Spicam toſtam igne, triticum contuſum, tenerum;* Docemur, quod igne torreretur, ad obſervandum præceptum, quod dictum eſt; *Spicam toſtam*. Verba R. Meir; At ſapientes dicunt; Hæc vox קלוי non deſignat niſi vas torrentium, quod ibi erat, & erat perforatum inſtar cribri, ut undequaque ignis dominaretur.

VII. אביב *ſpicam* ſi dixiſſet; ſpicam toſtam, contuſam; res eſſet dubia; credi poterat, quod tenera torreretur; Quando vero dicit; *ſpicam toſtam igne, contuſam*; Hoc dicit, cum interponatur *igne*, quo ſpica torreretur.

VIII. כרמל, ſc. ſpica tenera. Et ſimiliter dictum eſt 2. *Reg.* IV. 42. *Vir autem venit de Baalſcialiſcia deferens viro Dei panem primitiarum viginti panes hordeaceos, & triticum tenerum cum*

שעורים וכרמל בצקלונו. כרמל רך ומל בצקלונו בא ויצק לנו ואכלנו ונאוה היה.

ט וכן הוא אומר כנף רננים נעלסה נושא ועולה ומתחטא. וכן הוא אומר נתעלסה באהבים נישא וניתן ונעלה ונתחטא באהבים וכן הוא אומר כי ירט הדרך לנגדי יראתה ראתה נטתה.

פרשת טו

ד ועשה אחת יכול עד שיכתוב את כל השם עד שיארוג את כל הבגד עד שיעשה את כל הנפה תלמוד לומר מאחת. אי מאחת יכול אפילו כתב אות אחת אפילו ארג חוט אחד אפילו עשה בית אחד בנפה ובכברה תלמוד לומר ועשה אחת. הכיצד עד שיכתוב שם קטן משם גדול שם משמעון ומשמואל ונח מנחור ודן מדניאל וגד מגדיאל.

ה רבי יהודה אומר אפילו כתב שתי אותיות והן שם אחד חייב כגון שש תת רר גג חח אמר רבי יוסי וכי משם כותב הוא חייב והלא איננו חייב אלא משם רושם שהן רושמין על קרשי המשכן לידע אי זהו בן זוגו לפיכך אם שרט שירטה אחת על שני נסריו או שתי שריטות על נסר אחד חייב.

ו רבי שמעון אומר ועשה אחת עד שיכתוב את כל השם עד שיארג את כל הבגד עד שיעשה את כל הנפה תלמוד לומר מאחת. אי מאחת יכול אפילו כתב אות אחת אפילו ארג חוט אחד אפילו עשה בית אחד בנפה ובכברה תלמוד לומר ועשה אחת. הכיצד עד שיעשה מלאכה שכיוצא בה מתקיימת. רבי יוסי אומר ועשה אחת ועשה שני פעמים שהוא חייב אחת על כלם ופעמים שהוא חייב על כל אחת ואחת.

ז הכיצד מי שאין יודע עקר שבת ועשה מלאכות הרבה בשבתות הרבה אף על פי שמעין אבות מלאכות עשה אינו חייב אלא חטאת אחת כל ימיו והיודע עקר שבת ועשה ואמר אין זו שבת אין זו שבת ועשה מלאכות הרבה בשבתות הרבה אם מעניז אבות מלאכות ועשה חייב על כל מלאכה ומלאכה ואם מעין מלאכה אחת חייב על כל העלם והעלם.

ח אמר רבי עקיבא שאלתי את רבן

cato, ita pariter includam omne opus, cujus causa per contumaciam teneantur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato.

IV. *Et fecerit unum*; Crederem donec scriberet nomen integrum, donec texeret integram vestem, donec perficeret integrum cribrum? Idcirco dictum est: *De uno*. Si *de uno*; crederem, vel si scribat unam literam, vel si texat unum filum, vel si faciat unum ordinem in cribro, & in ventilabro? Idcirco dictum est; *& fecerit unum*. Quomodo? Donec scribat nomen parvum ex nomine magno, Sem ex Simeone, Dan ex Daniele, & Gad ex Gadiel.

V. R. Jehuda dicit; vel si scribat duas literas unius nominis, reus est; e. g. שש תת גג חח. Dicit R. Jose; Quid? Num ob unam scriptionem reus est? Atqui non est reus nisi causa signandi, quia sic signabant super asseribus tabernaculi, ad cognoscendum, quinam similes essent; Idcirco si faciat unum signum super duabus tabulis, aut duo signa super una tabula reus est.

VI. Rabi Simeon dicit: *Et fecerit unum*; Crederem; donec scriberet integrum nomen, donec texeret integram vestem, tonec faceret totum cribrum? Idcirco dictum est; *Ex uno*. Si *ex uno*; crederem, vel si scriberet unam literam, vel si texeret unum filum, vel si faceret unum ordinem in cribro, & in ventilabro? Idcirco dictum est: *Et fecerit unum*. Quomodo? Donec faciat opus, cui simile conservatur. R. Jose dicit; *& fecerit unum*; *& fecerit*: bis, quod aliquando teneatur uno pro omnibus, & aliquando pro omnibns & singulis.

VII. Quomodo? Qui ignorat fundamentum Sabbathi, & facit multa opera in multis Sabbathis, quamvis varia opera principalia faciat; non tenetur nisi uno tantum sacrificio pro peccato cunctis diebus vitæ suæ. Qui cognoscit fundamentum Sabbathi, & operatur, & dicit; Hoc non est Sabbathum, hoc non est Sabbathum, & facit multa opera in multis Sabbathis, tenetur pro singulis Sabbathis. Qui cognoscat esse Sabbathum, & errans dicat, hoc non est opus, hoc non est opus; & faciat multa opera in multis Sabbathis, si sint variæ species operum principalium, tenetur pro singulis operibus, si sint ex una specie principalium operum, tenetur pro omnibus, & singulis erroribus.

VIII. Dicit Rabi Akiba; Quæsivi a Ra-

נמליא ואת רבי יהושע באטלס של
אמאוס שהלכו ליקח בהמה למשתה בנו
הבא על אחותו ועל אחות אביו ועל
אחות אמו בהעלם אחד מהו חייב אחת
על כלם או אחת על כל אחת
ואחת. אמרו לו לא שמענו אבל
שמענו בבא על חמש נשים נדות
בהעלם אחד שהוא חייב על כל אחת
ואחת ורואין אנו שהדברים קל וחומר.

ט שאל רבי עקיבא אבר המדולדל
בבהמה מהו אמרו לו לא שמענו אבל
שמענו באבר המדולדל באדם שהוא
טהור וכך היו מוכי שחין שבירושלים
עושין הולך לו ערב פסחים אצל הרופא
וחותכו עד שהוא מניח בו כשערה ותוחבו
בסירה, ונמשך ממנו והלה עושה פסחו
והרופא עושה פסחו ורואין אנו שהדברים
קל וחומר.

י ועוד שאל רבי עקיבא השוחט
חמשה זבחין בחוץ בהעלם אחת מהו
חייב אחת על כלם או אחת על כל
אחת ואחת אמרו לו לא שמענו. אמר
רבי יהושע שמעתי באוכל מזבח אחד
בחמשה תמחויין בהעלם אחד שהוא
חייב על כל אחד ואחד משום מעילה
ורואה אני שהדברים קל וחומר.

יא אמר רבי שמעון וכי מה ראייה
האוכל לשחוט לא כך שאל באוכל נותר
מחמשה זבחין בהעלם אחד מהו חייב
אחת על כלם או אחת על כל
אחת ואחת אמר ליה לא שמענו.
אמר רבי יהושע שמעתי באוכל מזבח
אחד בחמשה תמחויין בהעלם אחד
שהוא חייב על כל אחד ואחד משם
מעילה ורואה אני שהדברים קל
וחומר.

יב אמר רבי עקיבא אם הלכה
נקבל ואם לדין יש תשובה אמר ליה
השב אמר ליה לא אם אמרת במעילה
שעשה בה את המאכיל כאוכל ואת

Raban Gamaliele, & a R. Simeone in foro carnario Emmauntis, quo iverunt ut emerunt bestiam pro convivio sui filii; si quis congreditur cum sua sorore, & cum sorore patris sui, & cum sorore matris suæ in una ignorantia, qua pœna tenetur? unone tantum sacrificio pro omnibus, an singulis sacrificiis pro singulis? Responderunt illi; non audivimus, at audivimus, quod si quis congrediatur cum quinqe uxoribus suis menstruatis in una ignorantia, teneatur pro singulis; & videntur hæc probari posse argumento a minori ad majus.

I X. Quæsivit ab illis R. Akiba. Membrum pendulum in bestia quidnam est? Responderunt illi; Non audivimus, at audivimus de membro pendulo in homine, quod sit mundum; nam sic percussi ulcere Hierosolymæ faciebant: Adibat vespera Paschatis medicum, & abscindebat illud, ut in eo relinqueret instar capilli; & infigebat illud spina, ut ille a se avelleret; & ille faciebat suum sacrificium Paschale, & medicus faciebat suum sacrificium Paschale, & videntur hæc probari posse argumento a minori ad majus.

X. Et præterea quæsivit ab illis R. Akiba; Si quis mactet quinque sacrificia foris in una ignorantia, qua pœna tenetur? unone sacrificio pro omnibus, an singulis pro singulis? Responderunt illi: Non audivimus; Dicit R. Simeon; Audivi; quod si quis comedat de sacrificio uno ex quinque patinis in una ignorantia, teneatur pro singulis nomine prævaricationis; & mihi videntur hæc demonstrari posse argumento a minori ad majus.

XI. Dixit R. Simeon; Quæ demonstratio adduci posset de comedente pro mactante? Sed ita eos interrogavit; si quis comedat residuum de quinque sacrificiis in una ignorantia, qua pœna tenetur? unone sacrificio pro omnibus, an singulis pro singulis? Responderunt illi; Non audivimus. Dixit R. Jehusua; Audivi; quod si unus comedat de uno sacrificio ex quinque patinis in una ignoratia, tenetur pro singulis nomine prævaricationis; & mihi videntur hæc demonstrari posse argumento a minori ad majus.

XII. Respandit R. Akiba, si est constitutio accipiemus, se si deducatur ex consequentia, est argumentum in contrarium. Dixit illi. Argumentare; Respondit; Minime probat; si dixisti de prævaricatione, in qua consideratur cibans sicut comedens, qui dat ad fruen-

המהנה כנהנה צרף את המעילה לזמן המרובה תאמר בנותר שאין בו אחת מכל אלו.

יג אמר רבי עקיבא שאלתי את רבי אליעזר העושה מלאכות הרבה בשבתות הרבה מעין מלאכה אחת בהעלם אחד מהו חייב אחת על כלם או אחת על כל אחת ואחת אמר לי חייב על כל אחת ואחת מקל וחומר מה אם הנדה שאין בה תוצאות הרבה וחטאות הרבה חייב על כל אחת ואחת. שבת שיש בה תוצאות הרבה וחטאות הרבה אינו דין שיהא חייב על כל אחת ואחת. אמרתי לו לא אם אמרת בנדה שיש בה שתי אזהרות שהוא מוזהר על הנדה והנדה מוזהרת עליו תאמר בשבת שאין בה אלא אזהרה אחת. אמר לי הבא על הקטנות יוכיח שאין בהן אלא אזהרה אחת וחייב על כל אחת ואחת. אמרתי לו לא אם אמרת בבא על הקטנות שאף על פי שאין בהן עכשו יש בהן לאחר זמן. תאמר בשבת שאין בה לא עכשו ולא לאחר זמן. אמר לי הבא על הבהמה יוכיח ואמרתי לו הבהמה כשבת.

פרשת ב

א נפש בני ישראל הרי ציבור כיחיד מה יחיד אינו מביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת אף ציבור לא יביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת.

ב הלא דין הוא מה אם היחיד שהוא מביא על שגגת המעשה אינו מביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת. צבור שאין מביא על שגגת המעשה אינו דין שלא יביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת. לא אם אמרת ביחיד שאין מביא חטאת על לא הודע. תאמר בצבור שהוא מביא חטאת על לא הודע. משיח יוכיח שהוא מביא חטאת על לא

fruendum, sicut ille qui fruitur, quod conjungit prævaricationem in tempus longum, dices de residuo, in quo ne unum quidem ex his omnibus deprehenditur?

XIII. Dicit R. Akiba; Quæsivi a R. Eliesero, si quis faciat multa opera in multis Sabbathis ejusdem speciei operis in una ignorantia, qua pœna tenetur? unone sacrificio pro omnibus, an singulis pro singulis? Respondit mihi; tenetur pro singulis; Quod probatur argumento a minori ad majus: Si propter menstruatam, in qua non sunt multæ egressiones, & multa peccata, tenetur pro singulis; Pro Sabbatho, in quo sunt multæ egressiones, & multa peccata, non erit æquum ut teneatur pro singulis? Dixi illi; Non probat; Si dixisti de menstruata, in qua sunt duæ admonitiones, quod ipse per menstruatam admoneatur, & menstruata per ipsum admoneatur, dices de Sabbatho, in quo una tantum præmonitio deprehenditur? Respondit mihi; Congrediens cum minorennibus probet, in quibus licet sit una præmonitio, tamen pro singulis tenetur. Dixi ei; non probat; si dixisti de congrediente cum minorennibus, in quibus licet adhuc non sint, tamen in posterum erunt duæ præmonitiones? Respondit mihi; Congrediens cum bestia probet. Dixi illi; Bestia ut Sabbathum se habet.

SECTIO II.

I. Anima; *filios Israel*; Ecce cœtus sicut privatus; sicut privatus non affert propter rem, cujus causa per contumaciam excidio teneatur & propter errorem sacrificio pro peccato, ita pariter cœtus non afferet nisi propter rem, cujus causa per contumaciam teneatur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato.

II. Probatur argumento; Si privatus qui affert propter errorem operis, non affert nisi propter rem, cujus causa per contumaciam teneatur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato; cœtus, qui non affert propter errorem operis, non erit æquum ut non afferat nisi propter rem cujus causa per contumaciam teneatur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato? Minime; si dixisti de privato, qui non affert sacrificium pro peccato pro eo quod non cognoscit, dices de cœtu, qui affert sacrificium pro peccato pro eo quod non cognoscit? Unctus probet, qui affert sacrificium pro peccato pro eo quod non

co-

הורע ואינו מביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת.

ג לא אם אמרת במשיח שאין מביא חטאת על לא הורע במזבח החיצון. תאמר בצבור שהוא מביא חטאת על לא הורע במזבח החיצון. הואיל והוא מביא חטאת על לא הורע על מזבח החיצון יביא על דבר שזדונו כרת ועל דבר שאין זדונו כרת. תלמוד לומר נפש בני ישראל הרי ציבור כיחיד. מה יחיד אינו מביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת אף ציבור לא יביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת.

ד הוא הדין למשיח הלא דין הוא מה אם היחיד שהוא מביא על שגגת המעשה אינו מביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת. משיח שאין מביא אלא על שגגת המעשה אינו דין שלא יביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת. לא אם אמרת ביחיד שאין מביא חטאת על לא הורע. תאמר במשיח שהוא מביא חטאת על לא הורע. צבור יוכיח שהוא מביא חטאת על לא הורע ואינו מביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת.

ו לא אם אמרת הציבור שאין מביא אשם ודאי תאמר במשיח שהוא מביא אשם ודאי. נשיא יוכיח שהוא מביא אשם ודאי ואינו מביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאתו. לא אם אמרת בנשיא שאין מביא חטאת על לא הורע תאמר במשיח שהוא מביא חטאת על לא הורע. הואיל והוא מביא חטאת על לא הורע יביא על

cognoscit, & non affert nisi propter rem, cujus causa per contumacia teneatur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato.

III. Minime; Si dixisti de uncto, qui non affert sacrificium pro peccato pro eo quod non cognoscit super altare exterius, dices de cœtu, qui afferebat sacrificium pro peccato pro eo quod non agnoscebat, super altare exterius? Quoniam affert sacrificium pro peccato pro eo quod non cognoscit, super altare exterius, afferet quoque propter rem, cujus causa per contumaciam teneatur excidio, & propter rem cujus causa non teneatur excidio. Idcirco dictum est; *Anima; filios Israel*; Ecce cœtus sicut privatus; sicut privatus non affert nisi propter rem, cujus causa per contumaciam teneatur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato, ita pariter cœtus non afferet nisi propter rem, cujus causa per contumaciam teneatur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato.

IV. Idem de uncto probatur argumento; Si privatus, qui non affert propter errorem operis, non affert nisi propter rem, cujus causa per contumaciam tenetur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato; Unctus, qui non affert propter errorem operis, non erit æquum ut non afferat nisi propter rem, cujus causa per contumaciam teneatur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato? Minime; si dixisti de privato, qui non afferebat sacrificium pro peccato pro eo quod non cognoscebat, dices de uncto, qui afferebat sacrificium pro peccato pro eo quod non cognoscebat? Cœtus probet, qui licet afferret sacrificium pro peccato pro eo quod non cognoscebat, tamen afferebat sacrificium pro peccto propter rem, cujus causa per contumaciam tenebatur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato.

V. Minime; si dixisti de cœtu, qui non afferebat sacrificium pro delicto certo, dices de uncto, qui afferebat sacrificium pro delicto certo? Princeps probet, qui afferebat sacrificium pro delicto certo, & non afferebat nisi propter rem, cujus causa per contumaciam tenebatur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato. Minime; si dixisti de principe, qui non afferebat sacrificium pro peccato pro eo quod non cognoscebat, dices de uncto, qui afferebat sacrificium pro peccato pro eo quod non cognoscebat? Quoniam afferebat sacrificium pro peccato pro eo quod non cognoscebat, afferet quoque propter rem, cu-

דבר שזדונו כרת ועל דבר שאין זדונו כרת תלמוד לומר נפש . אם הכהן המשיח הרי המשיח כיחיד מה יחיד אינו מביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת אף משיח לא יביא אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת.

ו משיח יכול זה המלך תלמוד לומר הכהן אי כהן יכול המרובה בבגדים . תלמוד לומר משיח המשיח שאין על גביו משיח . משיח יחטא מה תלמוד לומר שיכול יביא על הקודמות ודין הוא מה אם הנשיא שהוא מביא על שגגת המעשה אינו מביא על הקודמות . משיח שאין מביא על שגגת המעשה . אינו דין שלא יביא על הקודמות . לא אמרת בנשיא שאין מביא חטאתו משעבר תאמר במשיח שהוא מביא חטאתו משעבר . הואיל והוא מביא חטאתו משעבר יביא על הקודמות . תלמוד לומר משיח יחטא בשיחטא והוא משיח לא כשיחטא ועודנו הדיוט.

ז רבי שמעון אומר אם נודע לו עד שלא נתמנה ואחר כך נתמנה חייב . ואם משנתמנה נודע לו פטור . משיח יחטא יכול גזרה עליו שיחטא תלמוד לומר אם יחטא כשיחטא.

פרק ב

א לאשמת העם הרי משיח כציבור מה צבור אינו מביא אלא על העלם דבר ועם שגגת המעשה . אף משיח לא יביא אלא על העלם דבר עם שגגת המעשה. הלא דין הוא צבור מוצא מכלל היחיד ומשיח מוצא מכלל היחיד . מה ציבור אינו מביא אלא על העלם דבר ועם שגגת המעשה אף משיח לא

cujus causa per contumaciam teneatur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato; Idcirco dictum est; *Anima; Si sacerdos unctus*; Ecce unctus, sicut privatus; sicut privatus non afferebat nisi propter rem, cujus causa per contumaciam tenebatur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato, ita pariter unctus non afferet nisi propter rem, cujus causa per contumaciam teneatur excidio, & per errorem sacrificio pro peccato.

V. *Unctus*; crederem esse regem? Idcirco dictum est; *sacerdos*; si *sacerdos*; crederem multiplicatum vestibus? Idcirco dictum est; *unctus*; unctus, cui nemo unctus sit superior. *Unctus peccaverit*. Crederem, quod afferret pro peccatis quæ ejus inaugurationem præcessissent? Atqui est argumentum; si princeps, qui afferebat propter errorem operis, non afferebat pro peccatis, quæ suam electionem præcessissent, unctus qui non afferebat propter errorem operis, non erit æquum, ut non afferret pro peccatis, quæ suam inaugurationem præcessissent? Minime: si dixisti de principe, qui non afferebat sacrificium pro peccato post suam abdicationem, dices de uncto, qui afferebat sacrificium pro peccato, post suam abdicationem? Quoniam afferebat sacrificium pro peccato post suam abdicationem, afferet quoque pro peccatis, quæ suam inaugurationem præcesserunt. Idcirco dictum est; *unctus peccaverit*; quando peccat, & sit unctus; non autem quando peccat, & sit adhuc sacerdos vulgaris.

VII. R. Simeon dicit, si innotuerit illi peccatum, priusquam præficiatur summo sacerdotio, & deinde præficiatur, tenetur; si postquam præfectus fuerit, innotuerit, liber est: *Unctus peccaverit*; Crederem quod ex decreto peccare deberet? Idcirco dictum est; *si peccaverit*.

CAPUT II.

I. *Propter delictum populi*. Ecce unctus sicut cœtus; sicut cœtus non affert nisi propter ignorantiam rei cum errore operis, ita pariter unctus non afferet nisi propter ignorantiam rei cum errore operis. Et est argumentum; Cœtus eductus est de genere privati, & unctus pariter eductus est de genere privati; sicut cœtus non afferebat nisi propter ignorantiam rei cum errore operis, ita pariter unctus non

יביא אלא על העלם דבר ועם שגגת המעשה.

ב או כלך לדרך הזו נשיא מוצא מכלל הצבור ומשיח מוצא מכלל הציבור . מה נשיא מביא על שגגת המעשה אף משיח יביא על שגגת המעשה.

ג נראה למי דומה אם דומה לציבור נלמדנו מן הציבור . ואם דומה לנשיא נלמדנו מן הנשיא . ציבור בפר ואינו מביא אשם תלוי ומשיח בפר ואינו מביא אשם תלוי . מה צבור אינו מביא אלא על העלם דבר עם שגגת המעשה אף משיח לא יביא אלא על העלם דבר עם שגגת המעשה.

ד או כלך לדרך הזו נשיא מביא שעירה לעבודה זרה ומביא אשם ודאי ומשיח מביא שעירה לעבודה זרה ומביא אשם ודאי . מה נשיא מביא על שגגת המעשה אף משיח יביא על שגגת המעשה תלמוד לומר לאשמת העם . הרי משיח כציבור מה ציבור אינו מביא אלא על העלם דבר עם שגגת המעשה . אף משיח לא יביא אלא על העלם דבר עם שגגת המעשה.

ה אי מה צבור אם הורו ועשו אחרים על פיהם חייבין . יכול אף משיח אם הורה ועשו אחרים על פיו יהא חייב. תלמוד לומר אשר חטא על מה שחטא הוא מביא ואינו מביא על מה שחטאו אחרים.

ו והקריב על חטאתו מלמד שהוא מביא חטאתו משעבר . הלא דין הוא מה אם הנשיא שהוא מביא על שגגת המעשה אינו מביא חטאתו משעבר . משיח שאין מביא על שגגת המעשה אינו דין שלא יביא חטאתו משעבר . תלמוד לומר והקריב על חטאתו מלמד שהוא מביא חטאתו משעבר.

ז יכול חטא עם הציבור יביא פר לעצמו ודין הוא נשיא מוציא מכלל הציבור . ומשיח מוצא מכלל הצבור . מה נשיא חטא לעצמו מביא לעצמו . חטא עם הצבור מתכפר לו עם הצבור.

non afferet nisi propter ignorantiam rei cum errore operis.

II. Aut hoc modo: Princeps eductus est de genere cœtus, & unctus eductus est de genere cœtus; sicut princeps afferebat propter errorem operis, ita pariter unctus afferet propter errorem operis.

III. Videamus cuinam sit similius; si similius cœtui, docebimur ex cœtu, si principi, docebimur ex principe. Cœtus expiabatur juvenco, & non afferebat sacrificium pro delicto dubio. Et unctus expiabatur juvenco, & non afferebat sacrificium pro delicto dubio; sicut cœtus non afferebat nisi propter ignorantiam rei cum errore operis, ita pariter unctus non afferet nisi propter ignorantiam rei cum errore operis.

IV. Aut hoc modo. Princeps afferebat capellam pro peccato Idololatriæ, & afferebat sacrificium pro delicto certo, & unctus afferebat capellam pro peccato Idololatriæ, & afferebat sacrificium pro delicto certo. Sicut princeps afferebat propter errorem operis, ita pariter unctus afferet propter errorem operis. Idcirco dictum est; *Propter delictum populi*. Ecce unctus sicut cœtas; sicut cœtus non affert nisi propter ignorantiam rei cum errore operis, ita pariter unctus non afferet nisi proper ignorantiam rei cum errore operis.

V. Aut dicam; Si cœtus doceret, & alii ex ejus dicto agerent, tenebatur; crederem, quod si unctus doceret, & alii ex ejus dicto agerent, teneretur? Idcirco dictum est; *Quod peccavit*. Propter id quod peccavit, afferebat, sed non afferebat propter id, quod alii peccaverunt.

VI. *Offeret pro peccato suo*; Docetur, quod afferret sacrificium pro peccato suo post suam abdicationem. At est argumentum; si princeps, qui afferebat propter errorem operis, non afferebat sacrificium pro peccato suo post suam abdicationem; unctus, qui non afferebat propter errorem operis, non erit æquum, ut non afferret sacrificium pro peccato suo post suam abdicationem? Idcirco dictum est; *Et afferet pro peccato suo*. Docetur, quod afferret sacrificium pro peccato suo post suam abdicationem.

VII. Crederem, si peccaret cum cœtu, quod pro seipso seorsim afferet juvencum? Et est argumentum. Princeps eductus est de genere cœtus, & unctus eductus est de genere cœtus; Sicut princeps, si seorsim peccat, pro se seorsim affert, si cum cœtu peccat, cum

אף משיח חטא לעצמו מביא לעצמו. חטא עם הצבור מתכפר לו עם הציבור.

ח לא אם אמרת בנשיא שמתכפר לו עם הצבור ביום הכפורים. תאמר במשיח שאין מתכפר לו עם הצבור ביום הכפורים. הואיל ואין מתכפר לו עם הצבור ביום הכפורים יביא פר לעצמו. תלמוד לומר אשר חטא. הא כיצד חטא לעצמו מביא לעצמו. חטא עם הצבור מתכפר לו עם הצבור.

פרק ג

א פר יכול זקן תלמוד לומר בן אי בן יכול קטן. תלמוד לומר פר הא כיצד בן שלש כדברי חכמים. רבי מאיר אומר אף בני ארבע ובני חמש כשרין. ﭏ שאין מביאין זקנים מפני הכבוד.

ב רבי יוסי הגלילי אומר מה תלמוד לומר ופר שני בן בקר תקח לחטאת אם ללמד שהן שנים והלא כבר נאמר ועשה את האחד חטאת ואת האחד עולה ליהוה. אם כן למה נאמר ופר שני בן בקר תקח לחטאת ﭏ לפי שנאמר ועשה את האחד חטאת ואת האחד עולה ליהוה. יכול תקדום חטאת לעולה בכל מקום ובכל מעשיה תלמוד לומר ופר שני בן בקר תקח לחטאת. אי ופר שני בן בקר לחטאת יכול תקדים עולה לחטאת בכל מעשיה תלמוד לומר ועשה את האחד חטאת ואת האחד עולה ליהוה. הא כיצד דם חטאת קודם לדם עולה מפני שהיא מרצה איברי עולה קודמין לאימורי חטאת מפני שהן כליל לאישים.

ג רבי שמעון אומר מה תלמוד לומר ופר שני בן בקר תקח לחטאת אם ללמד שהן שנים והלא כבר נאמר ועשה את האחד חטאת ואת האחד עולה ליהוה

cum cœtu expiatur, ita pariter unctus, ſi ſeorſim peccaverit, ſeorſim pro ſe afferet, ſi cum cœtu peccaverit, cum cœtu expiabitur.

VIII. Minime; ſi dixiſti de Principe qui expiatur cum cœtu in die expiationum, dices de uncto, qui non expiatur cum cœtu in die expiationum? Quoniam non expiatur cum cœtu in die expiationum, afferet ſeorſim pro ſe ipſo juvencum? Idcirco dictum eſt: *Quod peccavit*. Quomodo? Si peccaverit ſeorſim, ſeorſim pro ſe affert, ſi peccaverit cum cœtu, expiabitur cum cœtu.

CAPUT III.

I. J*Uvencum*. Crederem ſenem? Idcirco dictum eſt; *Filium bovis*; Crederem parvulum? Idcirco dictum eſt; *Juvencum*. Quomodo? Triennem; juxta verba ſapientem; R. Meir dicit vel quadriennes, & quinquennes legitimi ſunt; ſed non afferebantur ſenes decoris gratia.

II. R. Joſe Galilæus dicit. Cur dictum eſt *Num.* VIII. 8. *Et juvencum ſecundum filium bovis capies in ſacrificium pro peccato?* Ad docendum, quod eſſent duo; Atqui jam dictum eſt Ibid. *Et facies unum ſacrificium pro peccato, & unum holocauſtum Domino*. Si ita eſt; cur dictum eſt; *Et juvencum ſecundum filium bovis capies in ſacrificium pro peccato?* Niſi quod dictum ſit; *& facies unum ſacrificium pro peccato, & unum holocauſtum Domino*; Crederem omnimode in omnibus ſeparationibus ſacrificium pro peccato præceſſiſſe holocauſtum? Idcirco dictum eſt: *Et juvencum ſecundum filium bovis capies in ſacrificium pro peccato*. Si *juvencum ſecundum filium bovis capies in ſacrificium pro peccato*: Crederem holocauſtum in omnibus operationibus præceſſiſſe ſacrificium pro peccato? Idcirco dictum eſt; *Et facies unum ſacrificium pro peccato, & unum holocauſtum Domino*. Quomodo? Sanguis ſacrificii pro peccato præcedebat ſanguinem holocauſti, quia conciliabat, membra holocauſti præcedebant adipes ſacrificii pro peccato, quia tota integra igni comburebantur.

III. R. Simeon dicit; Cur dictum eſt; *Et juvencum ſecundum filium bovis capies in ſacrificium pro peccato?* Si ad docendum fuiſſe duos; jam dictum eſt; *& facies unum ſacrificium pro peccato, & unum holocauſtum Domino*. Si ita eſt; cur dictum eſt; *& ju-*

אם כן למה נאמר ופר שני תקח לחטאת
שיכול שתהא נאכלת חטאת זו תלמוד
לומר ופר שני שני לעולה . מה עולה
לא נאכלת אף חטאת זו לא נאכלת .

ד כיוצא בו אמר רבי יוסי הבאים
מחשבי בני הגולה הקריבו עולות לאהי
ישראל פרים שנים עשר על כל ישראל
אלים תשעים וששה . כבשים שבעים
ושבעה צפירי חטאת שנים עשר הכל
עולה ליהוה אפשר חטאת עולה אלא
מה עולה לא נאכלת אף חטאת לא
נאכלת . רבי יהודה אומר על עבודה
זרה הביאום.

ה רבי שמעון אומר כל מקום שנאמר
עגל בתורת סתם בן שנה שנאמר
ועגל וכבש בני שנה בן בקר בן שתי
שנים שנאמר קח לך עגל בן בקר
לחטאת ואיל לעולה תמים תמימים
אף בשנים פר סתם בן שלש אף בני
ארבע ובני חמש כשרין אלא שאין מביאין
זקנים מפני הכבוד.

פרשה ג

א והביא אף לאחר יום הכפורים
פר פר הוא מביא ואינו מביא חלופין.

ב הלא דין הוא מה אם היחיד
שלא שוה קרבנו לכל מצות לקרבנו
ליום הכפורים שוה קרבנו לכל מצות
לקרבנו למצוה יחידית . משיח ששוה
קרבנו לכל מצות לקרבנו ליום הכפורים
אינו דין שישוה קרבנו לכל מצות
לקרבנו למצות יחידית . נשיא יוכיח
ששוה קרבנו לכל מצות לקרבנו ליום
הכפורים ולא שוה קרבנו לכל מצות
לקרבנו למצוה יחידית.

ג אף אתה אל תתמה על המשיח
שאף על פי ששוה קרבנו לכל מצות
לקרבנו ליום הכפורים לא ישוה קרבנו

juvencum secundum capies in sacrificium pro peccato? Crederem, quod hoc sacrificium pro peccato comederetur? Idcirco dictum est; *& juvencum secundum;* secundum holocausto; sicut holocaustum non comedebatur, ita pariter hoc sacrificium pro peccato non comedebatur.

IV. Huic simile dixit R. Iose: *Sed & qui venerant filii captivitatis, obtulerunt holocausta Deo Israel juvencos duodecim pro omni Israel, arietes nonaginta sex, agnos septem & septuaginta, hircos in sacrificium pro peccato duodecim; omnia in holocaustum Domino. Ezr.* VIII. 35. Potesne fieri, ut sit sacrificium pro peccato, & holocaustum? Verum sicut holocaustum non comestum, ita pariter hoc sacrificium pro peccato non fuit comestum. R. Jehuda dicit. Pro peccato Idololatriæ adduxerunt.

V. R. Simeon dicit; Ubicunque dicitur in lege vitulus simpliciter, est anniculus; dictum est enim *Leuit.* IX. 3. *Et vitulum, & agnum anniculos.* Filius bovis simpliciter, est biennis; Dictum est enim Ibid. vers. 2. *Tolle tibi vitulum bovis in sacrificium pro peccato, & arietem in holocaustum perfectos.* Perfectos, vel annis. Juvencus simpliciter est triennis, vel quadriennes, vel quinquennes legitimi sunt; sed non adducuntur senes decoris gratia.

SECTIO III.

I. ET *adducet*, vel post diem expiationum; *Juvencum*. Juvencus adducebatur, at non potest adduci commutatum.

II. Est argumentum. Si sacrificium privati pro omnibus præceptis non est æquale suo sacrificio diei expiationum, est tamen ejus sacrificium pro omnibus præceptis æquale sacrificio suo pro præcepto particulari (sc. Iodololatriæ.) In uncto, cujus sacrificium pro omnibus præceptis est æquale sacrificio suo diei expiationum, non erit æquum ut ejus sacrificium pro omnibus præceptis sit æquale sacrificio suo pro præcepto particulari? Princeps probet, cujus sacrificium pro omnibus præceptis licet sit æquale sacrificio suo diei expiationum tamen sacrificium ejus pro omnibus præceptis non erat æquale sacrificio suo pro præcepto particulari.

III. Tu quoque ne mireris de uncto, cujus sacrificium pro omnibus præceptis licet sit æquale sacrificio suo diei expiationum, tamen sacrificium ejus pro

לכל מצורת לקרבנו למצוה יחידית אלא לפי שנאמר והביא יכול יביא חלופין תלמוד לומר פר פר הוא מביא ואינו מביא חלופין.

ד וסמך ידו על ראש הפר לרבות פר יום הכפורים לסמיכה . הלא דין הוא מה אם זה שאין טעון שני וידויין ואינו טעון אנא טעון סמיכה . פר יום הכפורים שהוא טעון שני וידויין וטעון אנא אינו דין שיטעון סמיכה . לא אם אמרת בזה שהוא בא על עבירת מצוה ידועה . תאמר בפר יום הכפורים שאין בא על עבירת מצוה ידועה . הואיל ואין בא על עבירת מצוה ידועה. לא יטעון סמיכה. תלמוד לומר. וסמך ידו על ראש הפר לרבות פר יום הכפורים לסמיכה . ושחט את הפר לפני יהוה בצפון.

ה ולקח נאמר כאן לקיחה ונאמרה להלן לקיחה מה לקיחה אמורה להלן בכלי אף כאן בכלי.

ו ולקח המשיח אין לי אלא המשוח בשמן המשחה המרובה בבגדים מנין תלמוד לומר הכהן . אם סופנו לרבות כהן אחר מה תלמוד לומר ולקח הכהן המשיח . אלא מצוה שיקבל כהן משיח ואם קבל כהן אחר עבודתו כשרה.

ז מדם הפר מדם הנפש לא מדם הבשר ולא מדם התמצית . מן הפר יקבל . והביא אותו כשר ולא פסול . אותו אל אהל מועד למעט קרבנו למצוה יחידית שלא ינתן מדמו על מזבח הזהב.

ח וטבל לא המספג . וטבל והזה על כל הזיה טבילה . אצבעו נאמר כאן אצבעו ונאמר להלן אצבעו מה אצבעו אמורה להלן הימנית המיומנת שבימין אף אצבעו אמורה כאן הימנית המיומנת שבימין.

ט בדם שיהא בדם כדי טבילה.

pro omnibus præceptis non erat æquale sacrificio suo pro præcepto particulari. Eo quod textus dicat; *Et adducet*; crederem quod posset adducere commutatum? Idcirco dictum est; *juvencum*; Juvencum ipse adducet, & non adducet commutatum.

IV. *Et imponet manum suam super caput juvenci*; Ad includendum juvencum diei expiationum, quod essent illi manus imponendæ. Quod probatur argumento; Si iste, qui non requirebat duas confessiones, neque requirebat orationem; *Ab Domine*, requirebat tamen impositionem manuum; juvencus diei expiationum, qui requirebat duas confessiones, & orationem; *Ab Domine*; non erit æquum, ut illi manus essent imponendæ? Minime; si dixisti de hoc, qui adducebatur propter peccatum præcepti cogniti, dices de juvenco diei expiationum, qui non adducebatur propter peccatum præcepti cogniti? Quoniam non adducebatur propter peccatum præcepti cogniti, non erunt illi manus imponendæ. Idcirco dictum est; *& imponet manum suam super caput juvenci*. Ad includendum juvencum diei expiationum, quod illi essent manus imponendæ. *Et mactabit juvencum coram Domino*: in aquilone.

V. *Et accipiet*. Memoratur hic acceptio, & memoratur *Exod.* XXIV. *6. acceptio*; sicut ibi vasis, ita pariter hic vasis.

VI. *Et accipiet unctus*; Non probo nisi de uncto oleo unctionis, de vestibus multiplicato unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Sacerdos*. Si finis ejus est, ut includatur alius sacerdos; cur dictum est: *Et accipiet sacerdos unctus*? Verum præceptum est, ut accipiat sacerdos unctus; si vero accipiat alius sacerdos, ministerium ejus legitimum est.

VII. *De sanguine juvenci*; de sanguine vitali; non de sanguine carnis; neque de sanguine expresso; De juvenco accipiet; *& adducet illum*; legitimum, non illegitimum. *Illum in tentorium conventus*: Ad excludendum ejus sacrificium pro præcepto particulari, cujus sanguis non spargebatur super altare aureum.

VIII. *Et intinget*; non autem quasi spongia abstergat. *Et intinget, & sparget*; in singulis adspersionibus fiat infusio. *Digitum suum*. Dictum est hic אצבעו, & dictum est in Leproso אצבעו, sicut ibi intelligitur aptissimus manus dextræ, ita pariter hoc loco.

IX. *In sanguinem*; ut satis sit sangui-

והזרה לא המטיף והזרה לא הזורק מן הדם. מן הדם שבענין. שבע פעמים לא שבע טיפים. שבע פעמים שיהא מונה שבע פעמים לא אחת ושבע.

י לפני יהוה. יכול על כל הבית תלמוד לומר אל פני הפרכת או אל פני הפרוכת. יכול אל פני הפרכת כלה. תלמוד לומר הקדש מלמד שהוא מכוון כנגד הבדים.

יא ונתן הכהן מן הדם. מן הדם שבענין. על קרן קרנות הרי שתים ולמטן הוא אומר על קרן קרנות הרי ארבע דברי רבי שמעון. רבי יהודה אומר אשר באהל מועד לרבות כל קרנות שבאהל מועד מזבח הקטרת שיתחנך המזבח בקטרת. קטרת שתהא משל צבור. סמים שהיו סממניה לתוכה. לפני יהוה מה תלמוד לומר אמר רבי נחמיה לפי שמצינו בפר הבא ביום הכפורים שהוא עומד לפנים מן המזבח ומזה על הפרכת בשעה שהוא מזה, יכול אף זה כן. תלמוד לומר מזבח קטרת. הסמים לפני יהוה. ואין הכהן לפני יהוה.

יב את כל דם הפר ישפך לרבות דם פר יום הכפורים לשפיכה ישפך לא יטיף. ישפך ולא יזה. ישפך ולא יזרק אל יסוד מזבח העלה. לא על יסוד מזבח הפנימי. הלא דין הוא מזבח החיצון זכה במתן דמים. ומזבח הפנימי זכה במתן דמים. מה מזבח החיצון מקום מתן דם קרניו. שם מתן דם יסודו. אף מזבח הפנימי מקום דם קרניו שם מתן דם יסודו.

יג כשהוא אומר בעדה אל יסוד מזבח העולה שאין תלמוד לומר אלא ללמד שאין יסוד לפנימי עצמו. וכשהוא אומר בנשיא אל יסוד מזבח העולה שאין תלמוד לומר אם את שיריו לא קבל מזבח הפנימי. שירי מזבח החיצון הוא מקבל. דבר אחר וכי יש יסוד לפנימי עצמו. ואם כן למה

guinis, ut possit infundi; *& sparget*; non distillabit; *& sparget*; non effundet: *De sanguine*. De sanguine, de quo agitur. *Septies*; non septem guttas; *Septies*; ut numeret septies, non semel & septies.

X. *Coram Domino*. Crederem per universam domum? Idcirco dictum est: *Ante velum*; Si *ante velum*, crederem ante totum velum? Idcirco dictum est; *Sanctuarii*. Docemur, ut recta dirigeret contra vectes.

XI. *Et dabit sacerdos de sanguine*; de sanguine, de quo agitur; *Super cornua*. Ecce duo; & infra dicit; *Super cornua*; Ecce quatuor: verba R. Simeonis. R. Jehuda dicit: *Quod est in tentorio conventus*. Ad includendum omnia cornua, quæ erant in tentorio conventus; *Altaris suffitus*; ut altare dedicetur suffitu. *Suffitus*; ut sit de bonis cœtus. *Aromatum*; ut sint in eo aromata. *Coram Domino*; cur dictum est? Dicit Rabi Nehemia; quia invenimus quod in juvenco, qui adducebatur in die expiationum, consisteret in spatio interiori post altare, & spargeret super velum, quando spargebat; Crederem in hoc quoque idem factum fuisse? Idcirco dictum est: *altaris suffitus aromatum coram Domino*; at sacerdos non stabat coram Domino.

XII. *Totum vero sanguinem juvenci effundet*. Ad includendum sanguinem juvenci diei expiationum, quod esset effundendus: *Effundet*; non distillabit; *effundet*; non sparget; *effundet*; non adsperget: *Ad fundamentum altaris holocausti*; non ad fundamentum altaris interioris. At probari potest argumento. Altare exterius dignum habitum est adspersione sanguinum, & altare interius dignum habitum est adspersione sanguinum; sicut in altari exteriori, ubi adspergebatur sanguis super cornua, ibi quoque ad ejus fundamentum erat effundendus sanguis: Ita pariter in altari interiori, ubi aspergebatur sanguis super cornua, ibi quoque ad ejus fundamentum erat sanguis effundendus.

XIII. Quando vero dicit in juvenco cœtus; *ad fundamentum altaris holocausti*; quod non erat dicendum; venit solum ad docendum, quod ipsi altari interiori non esset fundamentum. Et quando dicit in principe; *ad fundamentum altaris holocausti*; quod non erat dicendum; Si suas reliquias non recepit altare interius, reliquias altaris exterioris recipiet? Alia expositio. Quid? num erat fundamentum altari interiori? Si ita est; cur dictum est: *Ad fundamentum*

נאמר אל יסוד מזבח העולה שיהא יסוד מזבח . של עולה אל יסוד מזבח העולה אשר פתח אהל מועד זה יסוד מערבי.

פרק ד

א ואת כל חלב פר לרבות חלב פר יום הכפורים לשתי כליות וליותרת הכבד . החטאת לרבות שעירי עבודה זרה לכל האמור בענין ירים ממנו מן המחובר.

ב כאשר יורם משור זבח השלמים וכי מה מפורש בזבח השלמים שאין מפורש כאן . אלא מה שלמים לשמן אף זה לשמו . מה שלמים מביאין שלום לעולם אף זה מביא שלום לעולם.

ג אי מה שלמים טעונים הפרש אליה אף זה יטען הפרש אליה תלמוד לומר משור זבח . לשלמי שור הקשתיו . לא הקשתיו לשלמי כבש . רבי יהודה בן שמען אומר מה שלמים מביאים שלום לעולם אף זה מביא שלום לעולם.

ד או מה זבחי שלמי צבור דוחין את השבת ואת הטומאה אף זה ידחה את השבת ואת הטומאה תלמוד לומר משור זבח לשלמי שור הקשתיו לא הקשתיו לשלמי כבש.

ה והקטירם הכהן על מזבח העולה לא על מזבח הפנימי . הלא דין הוא מזבח החיצון ובהמתן דמים ומזבח הפנימי זכח במתן דמים . מה מזבח החיצון מקום מתן דמים דם קרניו שם הקטר חלכיו. אף מזבח הפנימי מקום מתן דם קרניו שם הקטר חלביו.

ו מה אני מקיים לא תעלו עליו קטרת זרה ועלה בקדשין שלא זכה במתן דמן . אבל קדשים שזכה במתן דמן הואיל וזכה במתן דמן יזכה בהקטר

tum altaris holocausti? Ut sit fundamentum altari holocausti. *Ad fundamentum altaris holocausti, quod est ad ostium tentorii conventus;* Hoc est fundamentum occidentale.

CAPUT IV.

I. *Et omnem adipem juvenci.* Ad includendum adipem juvenci diei expiationum ad duos renes, & ad augumentum jecoris: *Sacrificii pro peccato.* Ad includendum hircos Idololatriæ ad ea omnia, quæ hoc loco dicta sunt. *Removebit*: de conjuncto.

II. *Sicut removetur a bove sacrificii pacificorum.* Quid explicatur in sacrificio pacificorum, quod hoc loco non sit explicatum? Verum, sicut pacifica nomine suo offeruntur, ita pariter hoc suo nomine erat offerendum. Sicut pacifica afferebant pacem mundo, ita pariter hoc afferebat pacem mundo.

III. Aut dicam: Sicut pacifica obligabantur ad separationem caudæ, ita pariter hoc obligabitur ad separationem caudæ. Idcirco dictum est: *A bove sacrificii.* Pacificis bovis æquiparavi, at non æquiparavi pacificis agni. R. Jehuda ben Simeon dicit: sicut pacifica afferebant pacem mundo, ita hoc pariter afferebat pacem mundo.

IV. Aut dicam; Sicut sacrificia pacifica cœtus pellebant Sabbathum, & immunditiam; ita pariter hoc pellebat Sabbathum & immunditiam. Idcirco dictum est; *A bove sacrificii.* Pacificis bovis æquiparavi, at non æquiparavi pacificis agni.

V. *Et adolebit ea sacerdos super altare holocausti*; non super altare interius. At est argumentum. Altare exterius dignum habitum est adspersione sanguinum, & altare interius dignum habitum est adspersione sanguinum; Sicut in altari exteriori, ubi adspergebatur sanguis super ejus cornua, ibi adolebantur ejus adipes, ita pariter in altari interiori, ubi adspergebatur sanguis super ejus cornua, ibi quoque ejus adipes erant adolendi.

VI. Quomodo ergo explicabo, quod dictum est *Exod.* xxx. 9. *Non offeretis super illud suffimentum alienum, & holocaustum?* sc. pro iis sanctitatibus, in quibus non fuit dignum habitum adspersione sanguinum; sed in sanctitatibus, in quibus dignum fuit habitum adspersione sanguinum. Quoniam dignum habitum est adspersione earum sanguinum, dignum quoque habebitur adolitione earum adipum. Idcirco dictum

חלבם תלמוד לומר והקטירם הכהן על מזבח העולה לא על מזבח הפנימי.

פרק ה

א ואת עור הפר ואת כל בשרו על ראשו ועל כרעיו וקרבו ופרשו והוציא מלמד שהוא מוציאו כלו כשהוא שלם.

ב יכול יוציאנו שלם וישרפנו שלם תלמוד לומר ראשו וכרעיו. מה ראשו וכרעיו אמורים להלן על ידי נתוח. אף כאן על ידי נתוח. או מה ראשו וכרעיו אמורין להלן על ידי הפשט אף כאן על ידי הפשט תלמוד לומר וקרבו ופרשו.

ג והוציא את כל הפר ט מחוץ למחנה חוץ לשלש מחנות או יכול חוץ למחנה אחת. וכשהוא אומר בעדה ט מחוץ למחנה שאין תלמוד לומר שכבר נאמר ושרף אותו כאשר שרף את הפר הראשון ואם כן למה נאמר ט מחוץ למחנה ליתן לו מחנה שנייה.

ד וכשהוא אומר בדשן ט מחוץ למחנה שאין תלמוד לומר שכבר נאמר אל מקום טהור ט שפך הדשן. ואם כן למה נאמר ט מחוץ למחנה ליתן לו מחנה שלישית.

ה ט מקום טהור שיהא מקומו טהור ואם טמא יטהרנו שיהא מקום מתוקן להם לכך. ט שפך הדשן שיהא שם דשן שיקדום את הדשן ששם יהו נותנין את הדשן. רבי אליעזר בן יעקב אומר שיהא מקומו משופך.

ו ושרף אותו כשר לא הפסול. על עצים באש מה תלמוד לומר שיכול הואיל ונאמרה שריפה בפנים ונאמר שריפה בחוץ מה שריפה אמורה בפנים בעצים כשרין למערכה אף שריפה אמורה בחוץ בעצים כשרין למערכה תלמוד לומר עצים לרבות כל משמע עצים אפילו בקש אפילו בתבן אפילו בגבבה. באש ולא בסיד ולא ברמץ ישרף אף על פי שאין שם דשן. ישרף עד שמצית האור בגופו.

ctum est : *Et adolebit ea sacerdos super altare holocausti* . Non super altare interius.

CAPUT V.

I. P*Ellem bovis* , *& omnem carnem ejus cum capite ejus* , *& cruribus ejus* , *cum intestinis ejus* , *& fimo ejus* . Docemur , quod totum , quando erat integrum , educeret.

II. Crederem , integrum educendum , & integrum fuisse comburendum ? Idcirco dictum est ; *cum capite ejus* , *& cruribus ejus* ; Sicut caput ejus , & crura ejus in holocausto dicta per dissectionem , ita pariter hoc loco ; Aut sicut caput ejus & crura ejus ibi dicta per decorticationem , ita pariter hoc loco per decorticationem ; Idcirco dictum est : *Cum capite ejus* , *& cruribus ejus*.

III. *Educetque totum juvencum extra castra*. Extra tria castra ; aut crederem extra una castra ? Quando dictum est in juvenco cœtus : *extra castra* ; Quod non egat dicendum ; Quia jam dictum erat ; *& comburet illum* , *sicut combussit juvencum primum* ; Si ita est ; cur dictum est *extra castra?* ad assignanda illi secunda castra.

IV. Et quando dicit in cinere ; *extra castra* ; quod non erat dicendum ; quia jam dictum erat ; *Ad locum mundum* , *ubi est effusio cineris* : Si ita est ; cur dictum est ; *extra castra ?* ad assignanda illi tertia castra.

V. *Ad locum mundum* ; ut locus ejus sit mundus ; & si fuerit immundus , purificetur , ut sit illis locus accomodatus ad hunc usum. *Ubi est effusio cineris* ; ut ibi sit cinis , qui præcedat cinerem , qui ibi reponebatur . R. Eliesser ben Jacob dicit ; ut sit ejus locus declivis.

VI. *Et comburet eum* ; Legitimum , non illegitimum : *Super ligna igne* ; Cur dictum est ? Quia dici poterat ; quoniam memoratur combustio intus , & memoratur combustio foris , sicut combustio intus memorata facienda erat lignis idoneis strui , ita pariter combustio foris memorata facienda erit lignis strui idoneis. Idcirco dictum est ; *Lignis* ; Ad includendum omnia , quæ comprehenduntur in lignis , vel palea , vel fœno. *Igne* ; non calce , non cinere ignito ; quamvis non esset ibi cinis . *Comburetur* ; donec accendatur ignis in ejus corpore.

SE-

פרשה ד

א ואם הרי זה מוסף על ענין הראשון שתימצא אומר פר משיח ופר עדה עומדין. פר משיח קודם לפר עדה לכל מעשיו.

ב עדת ישראל יכול בכל העדה הכתוב מדבר תלמוד לומר כאן עדה ולהלן נאמר עדה. מה עדה אמורה להלן בית דין. אף כאן בית דין. או מה עדה אמורה להלן בכהן גדול אף כאן בכהן גדול תלמוד לומר עדת ישראל. העדה המיוחדת שבישראל ואי זו זו סנהדרי גדולה היושבת בלשכת הגזית.

ג היה אחד מהם גר או ממזר או נתין או זקן שלא ראה לו בנים יכול יהו חייבים תלמוד לומר כאן עדה ולהלן נאמר עדה מה עדה אמורה להלן כלם ראויים להוריה אף עדה אמורה כאן עד שיהו כלם ראויים להוריה.

ד ולא היה מופלא של בית דין שם או אמר אחד מהם איני יודע או שאמר להם טועין אתם. יכול יהו חייבין תלמוד לומר עדת ישראל ישגו עד שיורו כלם.

ה ישגו יכול יהו חייבין על שגגת המעשה תלמוד לומר ישגו ונעלם דבר. הא אינן חייבין אלא על העלם דבר. ועל שגגת המעשה.

ו מתוך שיצאת עבודה זרה לידון בעצמה יכול יהו חייבים על שגגת המעשה שלה. תלמוד לומר כאן מעיני ולהלן נאמר מעיני. מה עיני האמור להלן בית דין. אף כאן בית דין. ומה מעיני האמור להלן העלם דבר ועם שגגת המעשה אף מעיני האמור כאן העלם דבר ועם שגגת המעשה.

ז ונעלם דבר לא שתעלם מצוה כלה. כיצד אמרו אין נדה בתורה אין שבת בתורה אין עבודה זרה בתורה

SECTIO IV.

I. Et *si*: Ecce addit primo subjecto; deprehenditur enim, quod dicat; Si adstent juvencus uncti, & juvencus congregationis; juvencus uncti præcedet juvencum congregationis in omnibus suis operationibus.

II. *Congregatio Israel*; Crederem quod de tota congregatione textus loquatur? Dictum est hic; *congregatio*, & dictum est *Num.* XXXV. 24. *Congregatio*; sicut congregatio ibi memorata est Synhedrium, ita pariter congregatio hic commemorata est Synhedrium; aut sicut congregatio ibi dicta est Synhedrium 73. virorum, ita pariter hoc loco Synhedrium 73. virorum. Idcirco dictum est; *Congregatio Israel*; congregatio quæ sit peculiaris in Israel; & quænam est? Synhedrium magnum, quod considebat in conclavi cæsi lapidis.

III. Si ex iis quis fuerit proselytus, aut spurius, aut Nethinæus, aut senex, qui non vidisset filios, crederem, quod tenerentur? Idcirco dictum est hic *congregatio*, & dictum est illic *congregatio*, sicut in congregatione ibi dicta omnes idonei sunt ad docendum, ita pariter in congregatione hoc loco dicta omnes idonei sunt ad docendum.

IV. Si ibi non adesset maximus Synhedrii, aut si unus ex iis diceret; ignoro; aut illis diceret; vos erratis; crederem quod tenerentur? Idcirco dictum est: *Congregatio Israel erraverint*, Donec omnes docuerint.

V. *Erraverint*. Crederem quod tenerentur propter ignorantiam operis? Idcirco dictum est; *Erraverint*, & *abscondita fuerit res*. Ecce non sunt rei nisi propter ignorantiam rei, & errorem operis.

VI. Quoniam exiit Idololatria ad docendum de seipsa, crederem quod tenerentur propter ignorantiam ejus operis? Dictum est hic: *ab oculis*, & ibi dictum est *ab oculis*; sicut oculi ibi dicti designant Synhedrium, ita pariter oculi hoc loco dicti designant Synhedrium; & sicut *ab oculis* eo loco dictum designat ignorantiam rei cum errore operis, ita pariter *ab oculis* hoc loco dictum designat ignorantiam rei cum errore operis.

VII. *Et abscondita fuerit res*; non quod fuerit absconditum totum præceptum. Quomodo? Si dixerint; non est præceptum mulieris menstruatæ in lege, non est præceptum Sabbathi in lege, non est præceptum de Idololatria

in

יכול יהו חייבים תלמוד לומר ונעלם דבר לא שתעלם מצוה כלה.

ח אבל אמרו יש נדה בתורה אבל הבא על שומרת יום כנגד יום פטור. יש שבת בתורה אבל המוציא מרשות לרשות ומרשות היחיד לרשות הרבים פטור. יש עבודה זרה בתורה אבל המשתחוה פטור. יכול יהו פטורים תלמוד לומר ונעלם דבר לא כל הגוף.

ט מתוך שיצאת עבודה זרה לידון בעצמה יכול יהו חייבים על העלם מצוה כלה תלמוד לומר כאן מעיני ולהלן נאמר מעיני. מה מעיני אמור כאן פרט לכל גוף אף מעיני האמור להלן פרט לכל הגוף.

י הורו בית דין ועשו יכול יהו חייבים תלמוד לומר הקהל ועשו ההוריה תלויה בבית דין והמעשה תלוי בקהל.

יא מצות יהוה לא מצות המלך ולא מצות בית דין. מצות האמורים במשיח הן מצות האמורות כאן. מכל מצות יהוה לא כל מצות יהוה פרט לשמיעת הקול ולבטוי שפתים ולטומאת מקדש וקדשיו. אשר לא תעשנה ואשמו כשם שנפרעים מן היחיד כך נפרעים מן הצבור.

יב ידעו שהורו וטעו ולא ידעו מה הורו יכול יהו חייבים תלמוד לומר ונודעה החטאת לא שיודעו החוטאים.

יג אשר חטאו והקריבו חטאו שני שבטים מביאין שני פרים. חטאו שלשה מביאין שלשה. או אינו אומר לא חטאו שני יחידים מביאין שני פרים. חטאו שלשה מביאין שלשה תלמוד לומר הקהל הקהל חייב. וכל קהל וקהל חייבין.

יד הכיצד חטאו שני שבטין מביאין שני פרים חטאו שלשה מביאין שלשה ושאר שבטים שלא חטאו מביאין על ידיהן פר שאף לו שלא חטאו מביאין על

in lege, crederem quod sacrificio pro peccato tenerentur? Idcirco dictum est: *Et abscondita fuerit res*; Non quod fuerit absconditum totum præceptum.

VIII. Si vero dixerint: Est præceptum in lege de muliere menstruata; at qui congreditur cum ea, quæ observat de die in diem, liber est; est præceptum in lege de Sabbatho, sed qui educit de loco in locum, & de loco privato in publicum, liber est. Est præceptum de Idololatria in lege, sed qui se incurvat coram illa, liber est; Crederem esse liberos? Idcirco dictum est; *& abscondita fuerit res*. Non totum fundamentum præcepti.

IX. Quoniam exiit Idololatria ad docendum de se ipsa, crederem quod rei essent propter ignorantiam totius præcepti? Idcirco dictum est *ab oculis*, & ibi dictum est *ab oculis*; sicut hic, ubi dicitur *ab oculis*, excluditur totum fundamentum præcepti, ita pariter illic ubi dicitur *ab oculis*, excluditur totum fundamentum præcepti.

X. Si docuerit Synhedrium, & fecerit, crederem quod teneretur? Idcirco dictum est: *Congregatio, & fecerint*. Doctrina dependebat ab Synhedrio, & opus a congregatione.

XI. *Ex præceptis Domini*; Non ex præceptis regis, neque ex præceptis Synhedrii. Præcepta, quæ dicta sunt in uncto, hoc loco memorantur. *Ex omnibus præceptis Domini*; non ex omnibus præceptis Domini; Excludit auditionem vocis, & pronunciationem labiorum, & immunditiem sanctuarii & ejus sanctitatum; *Quæ non sunt facienda, & deliquerint*; Sicut ulciscitur de privato, ita pariter ulciscitur de cœtu.

XII. Si scirent, quod docuerint, & erraverint, & nescirent, quid docuerint, crederem, quod tenerentur? Idcirco dictum est: *Et innotuerit peccatum*; Non quod cognoscant peccatores.

XIII. *Quod peccarunt, & offerent*; Si duæ tribus peccassent, afferebant duos juvencos, si tres, tres afferebant; Aut dicam; si duo privati peccassent, afferebant duos juvencos, si tres, tres afferebant: Idcirco dictum est; *Congregatio*; Congregatio tenetur; & omnes & singulæ congregationes tenentur.

XIV. Quomodo? Si duæ tribus peccassent, duos juvencos afferebant, si tres, tres afferebant, & reliquæ tribus, quæ non peccarunt earum causa afferebant juvencum; etenim vel illæ quæ non peccarant, peccatorum causa afferebant; Idcirco dictum est; *Congregatio*. Ad obligandum omnes, & singu-

ידי החוטאין לכך נאמר הקהל לחייב על כל קהל וקהל דברי רבי יהודה.

טו רבי שמעון אומר שבעה שבטים שחטאו מביאין שבעה פרים ובית דין מביאין עליהם פר. שנאמר כאן קהל ולהלן נאמר קהל. מה קהל אמור להלן בית דין אף כאן בית דין.

יו רבי מאיר אומר חטאו שבעה שבטים או רובן ובית דין מביאין עליהם פר כלם פטורים שנאמר כאן קהל ולהלן נאמר קהל מה קהל אמור להלן בית דין אף כאן בית דין.

יז רבי שמעון בן ﭏעזר אומר משמו חטאו ששה והן רובו או שבעה אף על פי שאינן רובו הרי ﭏו חייבין.

פרק ו

א וסמכו זקני יכול זקנים מן השוק תלמוד לומר זקני עדה אי זקני עדה יכול כל הזקנים שבעדה תלמוד לומר העדה המיוחדים שבעדה.

ב וכמה הן וסמכו שנים זקני שנים אין בית דין שקול הרי חמשה דברי רבי יהודה. רבי שמעון אומר וסמכו זקני שנים אין בית דין שקול הרי שלשה.

ג ידיהם ידי כל יחיד ויחיד ידיהם על ראש הפר פר טעון סמיכה ואין שעירי עבודה זרה טעונין סמיכה דברי רבי יהודה. רבי שמעון אומר פר טעון סמיכה בזקנים אין שעירי עבודה זרה טעונין סמיכה בזקנים. שרבי שמעון אומר כל חטאת צבור שדמה נכנס לפנים טעונה סמיכה.

ד ושחט את הפר לפני יהוה בצפון נאמר כאן פני פרכת ונאמר להלן פני פרכת מה פני פרכת אמור להלן פני פרכת הקדש אף פני פרכת האמור כאן פני פרכת הקדש.

ה ועשה כאשר עשה וכפר מה

gulas congregationes; verba Rabi Jehuda.

XV. Rabi Simeon dicit: Si ſeptem tribus peccaſſent, ſeptem afferebant juvencos, & pro illis Synhedrium afferebat juvencum; Dictum eſt enim hic *congregatio*, & dictum eſt illic *congregatio*; Sicut congregatio ibi dicta loquitur de Synhedrio, ita pariter congregatio hoc loco dicta loquitur de Synhedrio.

XVI. R. Meir dicit; Si peccaſſent ſeptem tribus, aut eorum major pars, ſi pro illis Synhedrium afferret juvencum, omnes erant liberæ; dictum eſt enim hoc loco *congregatio*, pariterque dictum eſt illic *congregatio*; ſicut congregatio ibi dicta loquitur de Synhedrio, ita pariter congregatio hoc loco dicta loquitur de Synhedrio.

XVII. Rabi Simeon ben Elieſer dicit ſuo nomine; Si ſex peccaſſent, & illæ eſſent major pars, aut ſeptem, vel ſi non eſſent major pars, tenentur.

CAPUT VI.

I. ET *imponent ſeniores*. Crederem ſenes de foro? Idcirco dictum eſt; *Seniores congregationis*; Si *ſeniores congregationis*, crederem omnes ſeniores congregationis? Idcirco dictum eſt; *Congregationis*: Optimates congregationis.

II. Et quot ſunt? *Et imponent*: Ecce duo; *Seniores*; Ecce duo; Non ſtatuebatur Synhedrium æquilibratum; Ecce quinque. Verba R. Jehuda. R. Simeon dicit; *Et imponent ſeniores*; duo; non conſtituebatur Synhedrium æquilibratum; Ecce tres.

III. *Manus ſuas*. Manus ſingulorum; *Manus ſuas ſuper caput juvenci*. Juvencus requirebat impoſitionem manuum, at hirci Idololatriæ non requirebant impoſitionem manuum; verba R. Jehuda. R. Simeon dicit; Juvencus requirebat impoſitionem manuum faciendam a ſenioribus, at hirci Idololatriæ non requirebant impoſitionem manuum faciendam a ſenioribus; etenim dicit R. Simeon; Omne ſacrificium pro peccato cœtus, cujus ſanguis inferebatur, requirebat impoſitionem manuum.

IV. *Et mactabit juvencum coram Domino*; in aquilone. Dictum eſt hic *ante velum*, & dictum eſt ibi *ante velum*, ſicut ibi intelligitur ante velum ſanctuarii, ita pariter hoc loco ante velum ſanctuarii.

V. *Et faciet*, *ſicut fecit*, *& expiabit*. Cur dictum eſt? Ad duplicandum ad-

תלמוד לומר לכפול את ההזות וללמד שאם חיסר אחת מן המתנות לא עשה כלום. יכול אף מתן שבע שאם חיסר אחת מהן לא עשה כלום שכן מתן שבע מעכבות בכל מקום. ומנין למתן ארבע אם חיסר אחת מהן לא עשה כלום תלמוד לומר וכן יעשה.

ג ויאמר אל אהרן קח לך עגל בן בקר לחטאת מלמד שאמר לו משה לאהרן אהרן אחי אף על פי שנתרצה המקום לכפר על עונותיך צריך אתה ליתן לתוך פיו של שטן שלח דורון לפניך עד שלא תיכנס למקדש שמא ישנאך בביאתך למקדש ושמא תאמר אין צריך כפרה לא אני. והלא אף ישראל צריכים כפרה שנאמר ואל בני ישראל תדבר לאמר קחו שעיר עזים לחטאת וכי מה ראו ישראל להביא יותר מאהרן . לא אמר להם אתם יש בידכם בתחלה ויש בידכם בסוף. ישי בידכם בתחלה וישחטו שעיר עזים.

niens erat præceptum illi, cui præcipiebatur.

SECTIO, quæ inscribitur: *In die octavo.*

I. **F***Uit autem die octavo*; Hic textus est ex iis, qui exponendus est. Dictum est hic; *Fuit autem die octavo*; Et dictum est illic *Exod.* XIX. 16. *Et fuit in die tertia*. Ignoramus utrum fuerit tertia hebdomadæ, an tertia enumerationis. Quando vero dicit; *Quia die tertia descendet Dominus in conspectu oculorum universi populi super montem Sinai*; *& fuit die tertia, cum esset mane*; Dicenda est fuisse tertia enumerationis, quæ erat sexta mensis. Et hoc loco dictum est; *& fuit in die octavo*; Ignoramus utrum fuerit octavus enumerationis, an octavus mensis; Quando vero dicit; *Quia septem diebus implebitur manus vestra*; Ecce dicendus est octavus enumerationis, non vero octavus mensis. Iste dies insignitus fuit decem coronis; fuit primus operis creationis, primus principum, primus sacerdotii, primus ministerii, primus descensus ignis, primus comestionis sanctitatum, primus interdicti excelsorum, primus Neomeniarum, primus, in quo habitavit Divinitas in Israel, primus benedictionis Israelis.

II. *Vocavit Mose Aharon & filios ejus*. Quia Deus honoravit Aharon in principio, Mose quoque honoravit in fine; Et unde probatur, quod honoraverit in principio Aharon? Ex eo quod dictum est *Exod.* XIX. *Et adscendes tu & Aharon tecum*. Mose quoque honoravit in fine; Dictum est enim. *Vocavit Mose Aharon, & filios ejus*. Et deinde: *Seniores Israel*.

III. *Et dixit ad Aharon*; *Tolle tibi vitulum filium bovis in sacrificium pro peccato*; Docemur, quod Mose dixerit Aharon; Aharon mi frater, quamvis conciliatus sis Deo, quod expiaverit tua peccata, necesse est, ut obseras os Satan; mitte munus præ te, donec ingrediaris in sanctuarium; fortasse te oderit, quando ingredieris in sanctuarium; & fortasse dices, non est necessaria expiatio nisi mihi? Atqui etiam Israelitæ indigent expiatione; Dictum est enim; *& ad filios Israel loqueris, dicendo*; *Tollite hircum ex capris in sacrificium pro peccato*; & quid viderunt Israelitæ ut afferrent plusquam Aharon? Nisi quod illis dixerit; Fuit in manibus vestris in principio, & fuit in fine; Fuit in principio. *Et mactarunt hœdam ca-*

pra-

ויש בירכם בסוף עשו להם עגל מסכה. יבא שעיר עזים ויכפר על מעשה שעיר עזים. יבא עגל ויכפר על מעשה עגל.

ד ושור ואיל לשלמים לפי שנרמית עבירה לשני מינים שנאמר עשו להם עגל מסכה ולהלן הוא אומר וימירו את כבודם בתבנית שור אוכל עשב. יבוא שור ויכפר על מעשה שור. יבא עגל ויכפר על מעשה עגל. תרעו שנתרצה המקום לכפר על עונותיכם עבירה שאם מיראים ממנה כבר נזבחה לפני המקום שנאמר לזבוח לפני יהוה אמרו ישרﭏ לפני משה וכי היאך מקלסת מדינה את המלך ואינה רואה פני המלך אמר להם על מנת כן כי היום יהוה נראה ﭏיכם.

ה ויקחו את אשר צוה משה בזריזות. ויקרבו כל העדה ויעמדו לפני יהוה קרבו כולם בשמחה ועמדו לפניו. ומשל למלך שכעס על אשתו והוציאה. לאחר ימים נתרצה לו מיד חגרה מתניה קשרה כתיפיה והיתה משמשת אותו יותר מראי. אף כך ישראל כיון שראו שנתרצה המקום לכפר על עונותיהם קרבו כולם בשמחה ועמדו לפניו לכך נאמר ויקרבו כל העדה ויעמדו לפני יהוה.

ו ויאמר משה זה הדבר אשר צוה יהוה תעשו אמר להם משה לישראל אותו יצר הרע העבירו מלבכם. ותהיו כולם ביראה אחת ובעצה אחת לשרת לפני המקום כשם שהוא יחידי בעולם כן תהא עבודתכם מיוחדת לפניו שנאמר ומלתם את ערלת לבבכם. מפני מה כי אני יהוה ﭏהיכם הוא ﭏהי האﭏהים ואדוני הארונים עשיתם כן וירא ﭏיכם כבוד יהוה.

ז ויאמר משה ﭏ אהרן זהו שאמר הכתוב משה ואהרן בכהניו ושמוﭏ בקוראי שמו קוראים ﭏ יהוה והוא יענם בעמוד ענן ידבר ﭏיהם כלמר ששלשתן שקולים זה בזה.

ח קרב ﭏ המזבח משל למה הדבר דומה למלך בשר ודם שנשא אשה

prarum. *Genes.* XXXVII. 30. Et fuit in fine, quia fecerunt sibi vitulum fusilem. Veniat hircus caprarum, & expiet pro opere hirci caprarum; veniat vitulus & expiet pro opere vituli.

IV. *Bovem quoque & arietem pro pacificis;* Cuinam assimilatum fuit eorum peccatum? duabus speciebus; Dictum est enim *Exod.* XXXII. 8. *Fecerunt sibi vitulum fusilem*. Et dictum est *Psalm.* CVI. 19. *Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem bovis comedentis herbam*. Veniat bos, & expiet pro opere bovis. Scitote, quod conciliatus sit Deus, ut expiaret peccata vestra; Peccatum, cujus causa timetis, jam mactatum est coram Deo; Dictum est enim; *Ad sacrificandum coram Domino*. Dixerunt Israelitæ coram Mose; quomodo potest laudare provincia regem, si non videat faciem regis? Respondit illis; *Hodie Dominus apparebit vobis*.

V. *Tulerunt itaque quæ præcepit Mose;* Festinanter; *& accesserunt universus cœtus, & steterunt coram Domino;* Omnes lætantes accesserunt, & steterunt coram eo. Simile est regi, qui iratus uxori suæ, ab se illam ejecit; post aliquot dies placatur; illa statim præcingit lumbos suos, sibique colligat humeros, illique plusquam consuevit, ministrat. Ita pariter Israelitæ, postquam viderunt, quod placatus esset Deus, ut expiaret eorum peccata, accesserunt omnes lætantes, & steterunt coram eo; Idcirco dictum est; *& accesserunt universus cœtus, & steterunt coram Domino*.

VI. *Et dixit Mose: Hoc est verbum, quod præcepit Dominus, ut faciatis*. Dixit Mose Israelitis; Ejicite de cordibus vestris malum desiderium; & estote omnes uno timore, & una mente, ut serviatis coram Deo; sicut ille est unicus in mundo, ita pariter ministeria vestra sint peculiaria coram eo: Dictum est enim *Deuter.* X. 15. *Et circumcidetis præputium cordis vestri;* Qua de causa? *Quia ego Dominus Deus vester;* Ipse est Deus Deorum, & Dominus Dominorum. Si ita feceritis. *Apparebit vobis gloria Domini*.

VII. *Et dixit Mose ad Aharon*. Hoc est quod dicit textus: *Mose & Aharon in sacerdotibus ejus, & Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus; invocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos. Psal.* XCIX. 6. Docemur, quod tres omnes sibi mutuo æquipararentur.

VIII. *Accede ad altare*. Cuinam est simile? simile regi terrestri, ducenti uxo-

והיתה מתבישת מלפניו ונכנסה אחותה אצלה אמר לה על מה נכנסת לדבר זה אלא שתשמשי את המלך הניסי דעתיך ובואי ושמשי את המלך. כך אמר משה לאהרן אחי על מה נתבחרת להיות כהן גדול אלא שתשרת לפני הקדוש ברוך הוא הגיס דעתך ובוא ועבוד עבודתך. ויש אומרים היה אהרן רואה את המזבח כתבנית שור והיה מתיירא ממנו. הגיס דעתך וקרב אליו לכך נאמר קרב אל המזבח.

ט ויקרב אהרן אל המזבח בזריזות. וישחט את עגל החטאת אשר לו. בקרבנו התחיל תחלה. ויקרב את קרבן העם משנפנה מקרבנותיו. בא לו לקרבן העם תדע שקרבנו מכפר יותר מקרבן העם. שקרבן העם אינו מכפר על הכהנים. וקרבנו מכפר על ידו ועל יד העם שנאמר ועשה את חטאתך ואת עולתך וכפר בעדך ובעד העם ועשה את קרבן העם וכפר בעדם שנאמר וישחטהו ויחטאהו כראשון. מה הראשון טעון חיטוי אף זה טעון חיטוי. מה הראשון טעון שתי מתנות שהם ארבע אף זה טעון שתי מתנות שהם ארבע. ויקרב את העלה ויעשה כמשפט מה עולה כולה כליל לאישים אף זו כולה כליל לאישים. מה עולה עומד בצד המזבח וזורק. אף זו עומד בצד המזבח וזורק. מה עולה פקעו איברים מעל המזבח מחזירם למערכה. אף זו פקעו איברים מעל המזבח מחזירם למערכה.

י ויקרב את המנחה וימלא כפו ממנה נאמר כאן מילוי ונאמר להלן מילוי מה מילוי האמור להלן מלא קומצו אף מילוי האמור כאן מלא קומצו. ומה מילוי האמור להלן קמץ ועלה בידו צרור או גרגיר מלח או קורט של לבונה פסול אף מילוי האמור כאן קמץ ועלה בידו צרור או גרגיר מלח או קורט של לבונה פסול.

uxorem, quæ erubescit, ut ad eum egrediatur, & ingreditur ejus soror prope eam, eique dicit; quare huc ingressu es? nulla alia de causa, quam ut ministres regi; Confide, & ingredere, & ministra regi. Sic dixit Mose ad Aharon; Aharon mi frater; qua de causa electus es, ut sis summus sacerdos? nulla alia ratione, nisi ut ministres coram Deo S. B. confide, & ingredere, & operare ministerium tuum. Et alii dicunt; Aharon videbat altare in similitudinem bovis, & ab eo timebat; & dixit ad illum Mose; mi frater, ne timeas ab eo; confide, & accede ad illud. Idcirco dictum est: *Accede ad altare*.

IX. *Et accessit Aharon ad altare*; festinanter. *Et mactavit vitulum sacrificii pro peccato, qui ejus erat*. A sacrificio suo a principio incepit. *Et obtulit sacrificium populi*; Postquam cessavit ab suis sacrificiis, venit ad sacrificium populi; Scito, quod ejus sacrificium expiaret plusquam sacrificium populi; quia sacrificium populi non expiabat sacerdotes; at ejus sacrificium expiabat pro se & pro populo; Dictum est enim: *Et fac sacrificium tuum pro peccato, & holocaustum tuum, & expia pro te, & pro populo; Fac quoque sacrificium populi, & expia pro eis*. Et dictum est: *& mactavit eum, & purificavit per ipsum, sicut primum*. Sicut primus requirebat expurgationem, ita pariter iste requirebat expurgationem; Sicut primus requirebat duas adspersiones, quæ erant quatuor, ita pariter iste requirebat duas adspersiones, quæ erant quatuor: *Et obtulit holocaustum, & fecit juxta institutum*. Sicut holocaustum requirebat decorticationem, & dissectionem, ita pariter hoc requirebat decorticationem & dissectionem; Sicut holocaustum totum absumebatur igne, ita pariter hoc totum absumebatur igne; Sicut in holocausto stans prope altare adspergebat, ita pariter in hoc stans prope altare adspergebat; Sicut in holocausto, si exsiliissent ejus membra ex altari, restituebantur in struem, ita pariter in hoc, si exsiliissent ejus membra ex altari, restituebantur in struem.

X. *Et obtulit munus, implevitque manum suam ex eo*: Dictum est hic implere, & dictum est in pugilatione implere; sicut ibi designat plenitudinem pugilli sui, ita pariter hoc loco; sicut ibi si pugillet, & adscendat in ejus manum lapillus, aut granum salis aut thuris, profanatur, ita pariter & hoc loco.

XI.

יא ויקטר על המזבח מלבד עולת הבוקר מה זה בא ללמרנו אם ללמד שאם לא מצא מנחה יביא בהמה כבר נאמר ויקרב את העולה. ויעשה כמשפט. אם כן למה נאמר ויקטר על המזבח. מלבד עולת הבוקר. מלמד ששתי מנחות היו שם אחת עם העולה ואחת בפני עצמה.

יב וישחט את השור ואת האיל זבח השלמים אשר לעם מכאן למדו שלמים לציבור. ואת החזות ואת שוק הימין הניף אהרן תנופה להגיד גדולתו של אהרן ושל בניו שבשעה קלה למדו שבעה עבודות שחיטה וקבלה זריקה והזאה וחיטוי יציקה וכפרה.

יג ויהי ביום השמיני הוא יום שמיני לקרושת אהרן ובניו. או יכול שמיני בחודש כשהוא אומר ויהי בחודש הראשון בשנה השנית הוקם המשכן. מלמד שבראש חודש הוקם המשכן. יכול הוקם בראש חודש ושרתה שכינה בשמיני בחודש. תלמוד לומר וביום הקים את המשכן כסה הענן. מלמד שביום הוקם המשכן בו ביום שרת שכינה על מעשה ידי אהרן. שכל מעשה שבעת ימי המילואים היה משה משמש ולא שרת שכינה על ידו. עד שבא אהרן ושימש בבגדי כהונה גדולה ושרתה שכינה על ידיו שנאמר כי היום יהוה נראה אליכם.

יד מה תלמוד לומר ויהי מלמד שהיתה שמחה לפניו במרום כיום שנבראו בו שמים וארץ. במעשה בראשית הוא אומר ויהי ערב ויהי בוקר וכאן הוא אומר ויהי כיון שכילו ישראל את מלאכת המשכן בא משה וברכם. שנאמר וירא את כל המלאכה ויברך אותם משה מה ברכה ברכן אמר להם תשרה השכינה במעשה ידיכם רבי מאיר אומר כך בירכן יהוה אלהי אבותיכם יוסף עליכם ככם אלף פעמים והם אמרו לו ויהי

XI. *Et adolevit super altare; præter holocaustum matutinum.* Quid venit hoc ad nos docendum? Si ad docendum, quod si non inveniat munus, afferat animal, jam dictum est; *Et obtulit holocaustum, fecitque juxta institutum.* Si ita est; Cur dictnm est; *Et adolevit super altare, præter holocaustum matutinum?* Docemur, quod ibi adstarent duo munera, alterum cum holocausto, & alterum seorsim.

XII. *Et mactavit bovem, & arietem, sacrificium pacificorum, quod erat populi;* Hinc docemur pacifica cœtus. *Pectusculum vero & crus dextrum ventilavit Aharon ventilatione.* Ad demonstrandum dignitatem Aharon, & filiorum ejus, quod brevi tempore didicerint septem ministeria, mactationem, & acceptionem, & distillationem, & expurgationem, effusionem, & expiationem.

XIII. *Et fuit die octavo;* Hic est dies octavus sanctificationis Aharon & filiorum ejus; aut crederem octavum mensis? Quando vero dicit *Exod.* XLI. 17. *Fuit mense primo, anno secundo uno mensis erectum est tabernaculum.* Docemur, in principio mensis fuisse erectum tabernaculum. Crederem erectum fuisse in principio mensis, & Divinitatem habitasse io octavo mensis? Idcirco dictum est: *Et die, quo erectum est tabernaculum operuit nubes.* Docemur, quod eo die, quo erectum fuit tabernaculum, habitaverit Divinitas propter opera Aharon; quia omnia opera septiduo impletionum Mose ministravit, neque per eum habitavit Divinitas, donec venit Ahron, & ministravit vestibus summi sacerdotii, & per eum habitavit Divinitas; Dictum est enim; *Quia hodie Dominus apparebit vobis.*

XIV. Cur dictum est: *Et fuit?* Docemur quod fuerit lætitia coram eo in cœlo, sicut in die, quo creati sunt coeli & terra; In opere creationis dictum est; *Et fuit vespera, & fuit mane;* & hoc loco dictum est; *& fuit.* Postquam perfecerunt Israelitæ opus tabernaculi, venit Mose, & benedixit illis; Dictum est enim *Exod.* XXXIX. 43. *Viditque Mose universum opus, & benedixit illis Mose.* Qua benedictione benedixit illis? Habitet Divinitas in opere manuum vestrarum. R. Meir dicit; ita benedixit. *Dominus Deus patrum vestrorum addat super vos, sicut estis, mille vicibus.* Et illi responderunt: *Sit jucunditas Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super*

nos,

נועם יהוה אלהינו עלינו ומעשה ידינו כוננה עלינו ומעשה ידינו כוננהו. ועל אותה שעה הוא אומר צאינה וראינה בנות ציון. בנים המצויינים במלך שלמה במלך שהשלום שלו בעטרה שעטרה לו אמו זה אהל מועד שמצוייר בתכלת ובארגמן ובתולעת שני ובשש. אמו אין אמו אלא ישראל שנאמר ולאומי אלי האזינו.

טו ביום חתונתו ביום ששרתה שכינה בבית וביום שמחת לבו ביום שירדה אש חדשה ממרום וליחכה על המזבח את העולה ואת החלבים.

יו וישא אהרן את ידיו אל העם ויברכם באותה שעה זכה במתנות כהונה וזכה בנשיאות כפים לו ולדורותיו עד שיחיו המתים.

יח וירד מעשות החטאת והעולה והשלמים משנפנה מקורבנותיו ירד לו מן המזבח בשמחה.

יח ויבא משה ואהרן אל אהל מועד כיון שראה אהרן שקרבו כל הקורבנות ונעשו כל המעשים ולא ירדה שכינה לישראל היה עומד אהרן ומצטער אמר יודע אני שכעס עלי המקום בשבילי לא ירדה שכינה לישראל כך עשה לי משה אחי שנכנסתי ונתביישתי ולא ירדה שכינה לישראל מיד נכנס משה עמו ובקשו רחמים וירדה שכינה לישראל לכך נאמר ויבא משה ואהרן אל אהל מועד.

יט ותצא אש לפני יהוה כיון שראו אש חדשה שירדה משמי מרום וליחכה על המזבח את העולה ואת החלבים פתחו פיהם ואמרו שירה ועל אותה שעה הוא אומר רננו צדיקים ביהוה לישרים נאוה תהלה.

כ באותה שעה קפצה פורענות על נדב ואביהוא. ויש אומרים מסיני נטלו להם שראו את משה ואת אהרן שהיו מהלכים תחלה הן באין אחריהם וכל ישראל אחריהם אמר לו נדב לאביהוא עוד שני זקנים הללו מתים ואנו ננהוג את הקהל. אמר הקדוש ברוך הוא נראה מי קובר את מי הם קוברים אתכם ויהיו הם מנהיגים את הקהל.

nos, & opera manuum nostrarum dirige. *Psal.* CX. 17. Et de eo tempore dictum est: *Egredimini & videte filiæ Sion. Cantic.* III. 11. Filiæ illustres. *Regem Salomonem*; Regem, cujus est pax; *Cum corona, qua coronavit mater ejus*; Hoc est tentorium conventus, quod efformatum erat hyacintho, purpura, & coccino bis tincto, & bysso: *Mater ejus*; non designat אמו nisi Israel; Dictum est enim *Isai.* LI. 4. *Gens mea audite me*.

XV. *In desponsatione illius*. In die quo habiravit Divinitas in domo. *Et in die lætitiæ cordis ejus*. In die quo descendit ignis novus de coelo, & absumsit super altare holocaustum & adipes.

XVI. *Et elevavit Abaron manus suas ad populum, & benedixit eis*. Illa hora factus est dignus donis sacerdotii, & acquisivit elevationem manuum sibi & ejus generationi usque ad resurrectionem mortuorum.

XVII. *Descenditque a faciendo sacrificium pro peccato, & holocaustum, & pacifica*; Postquam cessavit a suis sacrificiis, descendit ab altari cum lætitia.

XVIII. *Et venit Mose & Abaron ad tentorium conventus*. Postquam vidit Aharon, quod jam oblata essent omnia sacrificia, & omnia opera peracta essent, & non descendisset Divinitas super Israel, stans Aharon angebatur, dixitque; Sciebam, quod mihi indignatus esset Deus, mea causa non descendit Divinitas super Israel; sed hoc mihi fecit Mose frater meus, ut ingressus erubescerem, & nondum descendit Divinitas. Confestim ingressus est Mose cum eo, & petierunt misericordiam & descendit Divinitas super Israel; Idcirco dictum est. *Et venit Mose & Abaron ad tentorium conventus*.

XIX. *Egressusque ignis de conspectu Domini*. Quando viderunt, quod descendisset ignis novus de altitudine coelorum, & absumsisset super altare holocaustum, & adipes, aperuerunt ora sua, & dixerunt canticum; & de eo dictum est *Psalm.* XXXIII. 1. *Exultate justi in Domino, rectos decet collaudatio*.

XX. Eo tempore exsiliit poena super Nadab & Abihu; & alii dicunt; A Sinai sibi meruerunt; Postquam viderunt, quod Moses & Aharon primi incederent, & ipsi illis, & sibi universi Israelitæ succederent, dixit Nadab ad Abihu; quando morientur isti duo senes, & nos regemus congregationem? Dixit Deus S. B. Videbimus, quis sepeliet; Ipsi vos sepelient, & ipsi regent congregationem.

XXI.

כא דבר אחר כיון שראו בני אהרן שקרבו כל הקרבנות ונעשו כל המעשים ולא ירדה שכינה לישראל אמר לו נדב לאביהוא וכי יש לך אדם שמבשל תבשיל בלא אש . מיד נטלו אש זרה ונכנסו לבית קודשי הקדשים שנאמר ויקחו שני בני אהרן נדב ואביהוא איש מחתתו ויתנו בהם אש אמר להם הקדוש ברוך הוא אני אכבד אתכם יותר ממה שכבדתם אותי אתם הכנסתם לפני אש טמאה אני אשרוף אתכם באש טהורה.

כב כיצד היתה מיתתן שני חוטים של אש יצאו מבית קודשי הקדשים ונחלקו לארבעה שנים נכנסו בחוטמו של זה ושנים בחוטמו של זה ונשרף גופם ובגדיהם קיימים שנאמר ותצא אש לפני יהוה היה אהרן עומד ותוהא אומר אוי לי כך עבירה בידי וביד בני שכך הגעתני נכנס משה אצלו והיה מפייסו אמר לו אהרן אחי מסיני נאמר לי עתיד אני לקדש את הבית הזה באדם גדול אני מקדשו הייתי סבור או בי או בך הבית מתקדש. עכשיו נמצאו בניך גדולים ממני וממך שבהם הבית נתקדש . כיון ששמע אהרן כך צדק עליו את הדין שתק שנאמר וידום אהרן ולמודים צדיקים שמצדיקים עליהם את הדין . אברהם צידק עליו את הדין שנאמר ואנכי עפר ואפר יעקב צידק עליו את הדין שנאמר קטנתי מכל החסדים ומכל האמת אשר עשית את עבדך.

כג דוד צידק עליו את הדין שנאמר הבאישו נמקו חבורותי מפני אולתי.

כד ויקרא משה אל מישאל ואל אלצפן בני עוזיאל דוד אהרן ויאמר אליהם קרבו שאו את אחיכם.

כה מיכאן אמרו אין מטמאים למתים שהרי אלעזר ואיתמר כהנים חיו ולא נטמאו להם מי נטמאו להם הלוים.

כו ויקרבום וישאום בכותנותם מלמד שחס המקום עליהם במותתן יותר מבחייהם שאילו נשרפו גופן ואין בגדיהם קיימים

XXI. Alia expositio; Quando viderunt filii Aharon oblata fuisse omnia sacrificia, & perfecta esse omnia opera, & nondum descendisse Divinitatem super Israel, dixit Nadab ad Abihu; Quid? Num est homo, qui possit coquere decocta sine igne? Confestim acceperunt ignem alienum, & ingressi sunt in domum sancti sanctorum. Dictum est enim; *Et acceperunt duo filii Aharon Nadab & Abihu quisque thuribulum suum, & dederunt in ea ignem*. Dixit illis Deus S. B. Ego vos honorabo plusquam vos me honorastis; Vos intulistis coram me ignem immundum, at ego vos comburam igne mundo.

XXII. Quomodo fuit eorum mors? Duo fila ignis egressa de domo sancti sanctorum in quatuor divisa sunt, duo ingressa sunt in alterius narices, totidemque in narices alterius ingressa sunt, & combustum est eorum corpus, & conservatæ sunt eorum vestes; Dictum est enim; *& egressus ignis de conspectu Domini*; Aharon stans obstupuit; & dixit; Væ mihi; Tantum est in me peccatum, tantumque est in meis filiis, ut hoc mihi contigerit. Ingressus Mose ad eum, sedavit illum; dicens, Aharon mi frater; In Sinai dictum est mihi; Sanctificaturus sum hanc domum, viro maximo sanctificaturus sum; Ego putabam aut per me aut per te sanctificatum in domum. Nunc inventi sunt filii tui me, & te majores, quod iis domus sanctificata sit. Quando hoc audivit Aharon, justificavit in se judicium, & tacuit; Dictum est enim: *& siluit Aharon*: Assueti sunt justi justificare in se judicium. Abraham justificavit in se judicium; Dictum est enim *Genes.* XVIII. 27. *Et ego pulvis, & cinis*. Jacob justificavit in se judicium; Dictum est enim ibid. XXXII. 10. *Parvus sum ego præ omnibus beneficiis*.

XXIII. David justificavit in se judicium; Dictum est enim *Psal.* XXXVIII. 6. *Corruptæ & liquefactæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ*.

XXIV. *Et vocavit Mose Mishael, & Elsaphan filios Uzziel, patrui Aharon, & dixit eis; accedite, & exportate fratres vestros*.

XXV. Hinc dixerunt; quod sacerdotes non se polluerent mortuis; quia Eleasar, atque Ithamar erant sacerdotes, & non se polluerunt pro illis; quinam se polluerunt? Levitæ.

XXVI. *Et accedentes exportarunt tunicis suis*; Docemur, quod misertus sit Deus illis mortuis magis, quam viventibus; quia si fuisset corpus combustum,

היו מפורסמים ומבוזים לא נשרף גופן ובגדים קיימים והרי דברים קל וחומר ומה אם אילו שהכעיסו את המקום שנכנסו לפניו שלא ברצונו כך עשה להם קל וחומר לשאר צדיקים.

כז ויאמר משה אל אהרן ואל אלעזר ואל איתמר. מכאן אמרו הרוגי בית דין אין מתעסקים עליהם לכל דבר שמא תאמרו אנו הולכים לבתינו ומתאבלים ואוננים ובוכים הלא פיקדנו המקום שלא נצא מבית הקדש שנאמר ומפתח אהל מועד לא תצאו מיכאן אמרו כהן גדול שמת לו מת אינו יוצא אחר המטה הם נכסים והוא נגלה. הם נגלים והוא נכסה. ויעשו כדבר משה צידקו עליהם את הדין ושתקו.

כח וישא אהרן את ידיו אל העם ויברכם זה מקרא מסורס זה ראוי לומר אלא וירד מעשות החטאת העולה והשלמים וישא אהרן את ידיו ויברכם שבירידתו נשא את כפיו ובירך את העם. ויברכם אתה אומר בעמידה ושלא בעמידה תלמוד לומר לעמוד לפני יהוה לשרתו ולברך בשמו. מקיש ברכה לשירות. מה שירות בעמידה אף ברכה בעמידה. וכן הוא אומר ויקומו הכהנים והלוים ויברכו את העם וישמעו את קולם ותבוא את תפילתם למעון קרשו השמימה. ברורו של חזקיהו מלך יהודה שהיו עוסקים בתורה מה נאמר בהם ותבוא תפילהם למעון קרשו השמימה ברורות האחרונים שהיו עובדים עבודה זרה מה נאמר בהם ובפרשכם כפיכם.

כט ויברכם זו ברכה סתומה שאין אתה יודע. וחזר הכתוב ופירש להלן יברכך יהוה וישמרך עד וישם לך שלום. ויבוא משה ואהרן אל אהל מועד. למה נכנס משה ואהרן ביחד ללמד אהרן על מעשה הקטורת. או לא נכנס אלא לדבר אחר. הריני דן ירידה טעונה ברכה. וביאה

ſtum, & veſtes non fuiſſent conſervatæ, omnium oculis expoſiti contemti fuiſſent; Verum eorum corpus combuſtum, eſt eorum veſtes conſervatæ ſunt. Ecce argumentum a minori ad majus; Si his, qui ad iram provocarunt Deum, quod ingreſſi ſint in locum interiorem contra ejus voluntatem, ſic fecit, multo magis ceteris juſtis.

XXVII. *Et dixit Moſe ad Aharon, & Elcazar, & Ithamar.* Hinc dixerunt; quod nullo modo ſint ſoliciti in iis, qui occiduntur a Synhedrio. Fortaſſe dicetis. Ibimus in domos noſtras, & mœrebimus, & plangemus, & lugebimus: Atqui Deus nobis præcepit, ne egrediamur de domo ſanctuarii; Dictum eſt enim. *Et de oſtio tentorii conventus ne egrediamini:* Hinc dixerunt; Si ſummo ſacerdoti moriatur mortuus, non egredietur poſt lectum; Illi ſe operiebant, & ipſe ſe diſcooperiebat; Ipſe ſe operiebat, & illi ſe diſcooperiebant. *Et fecerunt juxta verbum Moſe;* Juſtificarunt in ſe judicium, & tacuerunt.

XXVIII. *Et elevavit Aharon manus ſuas ad populum, & benedixit illis.* Hic textus tranſpoſitus eſt; ſed videtur dicendum; & deſcendit a faciendo ſacrificium pro peccato, & holocauſtum, & pacifica, & elevavit manus ſuas, & benedixit illis; quia in ejus deſcenſu elevavit manus ſuas, & benedixit populo. *Et benedixit illis;* Tu dicis tam ſtando, quam non ſtando. Idcirco dictum eſt *Deut.* x. 8. *Ad ſtandum coram Domino, ad miniſtrandum ei, & benedicendum in nomine ejus.* Æquiparat benedictionem miniſterio; ſicut miniſterium ſtando peragendum erat, ita pariter & benedictio. Et ſic dictum eſt 2. *Paral.* xxx. 27. *Surrexerunt autem ſacerdotes, atque Levitæ benedicentes populo, & exaudita eſt vox eorum, & pervenit oratio eorum in habitaculum ſanctum ejus ad cœlum.* In generatione Ezechiæ regis Juda, qui dederunt operam legi, quid dictum eſt? *Et pervenit oratio eorum in habitaculum ſanctum ejus ad cœlum.* Et de generationibus noviſſimis, quæ ſervierunt Idololatriæ, quid dictum eſt? *Et cum extenderitis manus veſtras. Iſai.* I. 15.

XXIX. *Et benedixit illis:* Hæc eſt benedictio inexplicata, quam tu ignoras; Repetit textus, & explicat *Num.* VI. 26. *Et benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te, & ponat tibi pacem. Et venit Moſe, & Aharon in tentorium conventus.* Cur ingreſſus eſt Moſe, & Aharon ſimul? Ad docendum Aharon opus ſuffitus; non eſt ingreſſus, niſi ob aliam

טעונה ברכה. מה יציאה מעין עבודה אף ביאה מעין עבודה. מנין לביאה שהיא טעונה ברכה. ודין הוא ומה אם יציאה שאינה טעונה רחיצה טעונה ברכה. ביאה שטעונה רחיצה אינו דין שטעונה ברכה. או חילוף ומה אם ביאה שאינה טעונה ברכה טעונה רחיצה. יציאה שטעונה ברכה אינו דין שטעון רחיצה. לא אם אמרת בביאה שכן יצא מחול ל הקודש. תאמר ביציאה שכן יוצא מקודש לחול. בטל החילוף. וחזרנו לדין ירידה טעונה ברכה. וביאה טעונה ברכה. מה ירידה מעין עבודה. אף ביאה מעין עבודה. הא למה נכנס משה עם אהרן ללמדו על מעשה הקטרת.

ל ותצא אש מלפני יהוה כיון שראו אש חדשה שירדה מן השמים וליחכה על המזבח את העולה ואת החלבים נפלו על פניהם ושיבחו לשמים. וכן בימי שלמה נפלו על פניהם שנאמר וכל בני ישרא רואים ברדת האש מן השמים וכבוד יהוה על הבית ויכרעו על אפים ארצה על הרצפה וישתחוו להודות ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו. ועל אותה שעה הוא אומר וערבה ליהוה מנחת יהודה וירושלם כימי עולם וכשנים קדמוניות. כימי עולם כימי משה. וכשנים קדמוניות. כשני שלמה. רבי אומר כימי עולם כימי נח וכשנים קדמוניות כשנות הכל שלא היתה עבודה זרה בעולם.

לא ויקחו שני בני אהרן אף הם בשמחתם כיון שראו אש חדשה עמדו להוסיף אהבה על אהבה. ויקחו אין קיחה לא שמחה נדב ואביהוא מה תלמוד לומר בני אהרן שלא חלקו כבוד לאהרן. נדב ואביהוא לא נטלו עצה ממשה. איש מחתתו איש מעצמו יצאו ולא נטלו עצה זה מזה. ויקריבו לפני יהוה אש זרה אשר לא צוה אותם.

aliam causam. Ecce argumentum. Descensus requisivit benedictionem, & ingressus requisivit benedictionem; sicut exitus fuit species ministerii, ita pariter ingressus species ministerii; unde probatur, quod ingressus requireret benedictionem? Argumento; Si exitus, qui non requirebat lotionem, requirebat benedictionem, ingressus, qui requirebat lotionem, non erit æquum, ut requireret benedictionem? Aut contra. Si ingressus, qui requirebat lotionem, non requirebat benedictionem, exitus qui requirebat benedictionem, non erit æquum ut requirat lotionem? Minime; si dixisti de ingressu; egrediebatur de profano in sanctum, dices de exitu, quod egrederetur de sancto in profanum? Aboletur argumentum in contrarium, & redit ad primum argumentum. Descensus requirebat benedictionem, & ingressus requirebat benedictionem, sicut descensus erat species ministerii, ita pariter ingressus species ministerii. Cur ingressus est Mose cum Aharon? Ad docendum eum opus suffitus.

XXX. *Et egressus ignis de conspectu Domini;* Quando viderunt ignem novum descendisse de cœlo, & absumsisse super altare holocaustum, & adipes, ceciderunt in facies suas, & laudarunt Deum. Et similiter in diebus Salomonis ceciderunt in facies suas; dictum est enim 2. *Paral.* 3. *Sed & omnes filii Israel videbant descendentem ignem de cœlo, & gloriam Domini super domum, & corruerunt proni super terram super pavimentum, & incurvarunt se ad laudandum Dominum, quia in seculum misericordia ejus.* Et de eo tempore dictum est *Malach.* III. 4. *Et suave erit Domino munus Juda, & Hierusalem, sicut dies ab æterno, & sicut anni antiqui. Sicut dies ab æterno*, sicut tempora Mosis; *& sicut anni antiqui;* Sicut tempora Salomonis; Rabi dicit; *Sicut dies ab æterno*, sicut dies Noachi; *& sicut anni antiqui;* sicut anni Abel; in quibus non erat Idololatria in mundo.

XXXI. *Et acceperunt duo filii Aharon.* Ipsi quoque lætantes quando viderunt ignem novum, surrexerunt, ut adderent amorem amori; *& acceperunt;* Acceptio non designat nisi lætitiam. *Nadab & Abibu;* Cur dictum est; *Filii Aharon?* Quia non impartiverunt honorem Aharon; Nadab & Abihu non consuluerunt Mosen; *Quisque cum thuribulo suo.* Quisque seorsim egressi sunt, neque se invicem consuluerunt. *Et obtulerunt coram Domino ignem alienum;*

רבי ישמעאל אומר יכול אש זרה ממש תלמוד לומר אשר לא צוה אותם הכניסוה בלא עצה. רבי עקיבא אומר לא הכניסוה ﭏ מן הכיריים שנאמר ויקריבו לפני יהוה אש זרה אם כן למה נאמר אשר לא צוה אותם שלא נמלכו במשה רבן רבי ﭏיעזר אומר לא נתחייבו ﭏ על שהורו הלכה בפני משה רבן וכל המודה הלכה בפני רבו חייב מיתה.

לב ומעשה שאירע בתלמיד אחד שהורה בפניו אמר לה לאימה שלום אשתו אינו מוציא שבתו ומת לאחר שבת נכנסו חכמים אצלו אמרו לו רבי נביא אתה אמר להם לא נביא אנכי ולא בן נביא אנכי ﭏ כך מקובלני מרבותי שכל המורה הלכה בפני רבו חייב מיתה.

לג ותצא אש מלפני יהוה מלמד שיצא אש מבית קדשי הקדשים ושרף נשמתם. אבא יוסי בן דוסתאי אומר שני חוטים של אש יצאו מבית קודש הקדשים ונחלקו לארבעה ונכנסו שנים בחוטמו של זה ושנים בחוטמו של זה. ותאכל אותם נשמתם נשרפה ולא בגדיהם שנאמר ויקרבו וישאום בכותנותם בכתונותם בכתנות הנישאים. יכול או בכותנות הנושאים תלמוד לומר ותאכל אותם. אותם ולא בגדיהם. ואומר ולבני אהרן תעשה כתנות כתנות לכהנים ולא כתנות הלוים.

לד וימותו לפני יהוה רבי ﭏיעזר אומר לא מתו אלא בחוץ מקום שהלוים מותרים ליכנס לשם. שנאמר ויקרבו וישאום בכותנותם אם כן למה נאמר וימותו לפני יהוה נגפן מלאך ודחפם לחוץ והוציאם רבי עקיבא אומר לא מתו ﭏ בפנים שנאמר וימותו לפני יהוה אם כן למה נאמר ויקרבו וישאום בכתנותם מלמד שהטילו חכורת של ברזל וגררום והוציאום לחוץ.

לה ויאמר משה הוא אשר דבר יהוה לאמר בקרובי אקדש זה דיבור נאמר

quod non præceperat eis. R. Iſmael dicit; Crederem abſolute fuiſſe ignem alienum? Idcirco dictum eſt; *Quod non præceperat eis;* Sine conſilio intulerunt. R. Akiba dicit; Non intulerunt niſi ex furnulis. Dictum eſt enim; *Et obtulerunt coram Domino ignem alienum*. Si ita eſt; cur dictum eſt; *Quod non præceperat eis*? Quia non conſuluerunt Moſen ſuum magiſtrum. R. Elieſer dicit; non facti ſunt rei, niſi quod docuerint conſtitutionem coram Moſe ſuo magiſtro; & qui docet conſtitutionem coram magiſtro ſuo, reus eſt mortis.

XXXII. Narratur factum, quod contigit cuidam diſcipulo, qui docuit in ejus conſpectu. Dixit Ima Salum ſuæ uxori; Non complebitur hæc hebdomada, iſte morietur; Poſt hebdomadam, ingreſſi ſunt ad eum ſapientes, eique dixerunt; Rabi eſne tu propheta? Reſpondit illis; non ſum ego propheta, neque filius prophetæ; ſed hoc accepi a præceptoribus meis, quod ſi quis doceat conſtitutionem coram magiſtro ſuo reus ſit mortis.

XXXIII. *Et egreſſus ignis de conſpectu Domini*. Docemur, quod ignis egreſſus ſit de domo ſancti ſanctorum, & combuſſerit eorum animam. Aba Joſe ben Doſthai dicit; Duo fila ignis egreſſa ſunt de domo ſancti ſanctorum, & diviſa ſunt in quatuor, quorum duo in alterius nares, totidemque in nares alterius ingreſſa ſunt: *Et abſumſit illos*: eorum anima combuſta eſt, non eorum veſtes; Dictum eſt enim; *Acceſſerunt, & exportarunt illos cum tunicis*; Tunicis exportatorum; Crederem tunicis exportantium? Idcirco dictum eſt; *& abſumſit illos*. Illos non eorum veſtes. Et dictum eſt; *& filiis Aharon facies tunicas*; tunicas ſacerdotibus, non tunicas Levitis.

XXXIV. *Et mortui ſunt coram Domino*. R. Elieſer dicit; Non mortui ſunt niſi foris in ſpatio, quo Levitis introire licebat; Dictum eſt enim; *& acceſſerunt, & exportarunt illos cum tunicis ſuis*. Si ita eſt, cur dictum eſt; *& mortui ſunt in conſpectu Domini*? Percuſſit eos Angelus, & expulit, & ejecit eos. R. Akiba dicit; non mortui ſunt niſi intus; Dictum eſt enim; *& mortui ſunt coram Domino*. Si ita eſt, cur dictum eſt; *& acceſſerunt, & exportarunt illos cum tunicis ſuis*? Docemur, quod apprehenſa forfice ferrea extraxerint, & eduxerint foris.

XXXV. *Et dixit Moſe; Hoc eſt quod locutus eſt Dominus, dicendo; In propinquis meis ſanctificabor*. Hoc dictum eſt

Moſi

בסיני למשה ולא ידעו עד שבא מעשה לידו. וכיון שבא מעשה לידו. אמר לו משה אהרן אחי לא מתו בניך אלא על קדושת שמו של הקדוש ברוך הוא שנאמר ונועדתי שמה לבני ישראל ונקדש בכבודי כיון שידע אהרן שבניו ידועי המקום שתק וקיבל שכר על שתיקתו. מיכאן אמרו כל המקבל עליו ושותק סימן יפה לו. על ידי דוד הוא אומר דום ליהוה והתחולל לו. ועל ידי שלמה הוא אומר עת לחשות ועת לדבר. עתים לכל. עתים שאדם שותק עתים שאדם מדבר.

לו ויקרא משה אל מישאל ואל אלצפן בני עוזיאל דוד אהרן ממשמע שנאמר ובני קהת עמרם ויצהר וחברון ועוזיאל. איני יודע שעוזיאל דוד אהרן מה תלמוד לומר דוד אהרן. מקיש מעשה עוזיאל למעשה אהרן. מה אהרן רודף שלום בישראל אף עוזיאל רודף שלום בישראל. ומנין שאהרן רודף שלום בישראל שנאמר ויראו כל העדה כי גוע אהרן ויבכו את אהרן שלשים יום כל בית ישראל. ובמשה הוא אומר ויבכו בני ישראל את משה ומפני מה בכו את אהרן שלשים כל בית ישראל ומשה לא בכו אלא בני ישראל ולא כל בית ישראל שאהרן לא אמר לאיש ולא לאשה סרחת אבל משה מפני שהוכיחם נאמר בו ויבכו בני ישראל את משה. וכן הכתוב מפורש על ידי אהרן בקבלה. בריתי היתה אתו החיים והשלום שהיה רודף שלום בישראל ואתנם לו מורא ויראני שקיבל עליו כל דברי התורה באימה וברתת ובזיע מה תלמוד לומר מפני שמי נחת הוא. אמרו בשעה שיצק משה שמן המשחה על ראש אהרן נרתע ונפל לאחוריו אמר אוי לי שמעלתי בשמן המשחה. השיבתו רוח הקודש הנה מה טוב ומה נעים שבת אחים גם יחד כשמן הטוב על הראש היורד על הזקן זקן אהרן שיורד על פי מידותיו כטל חרמון שיורד על הררי ציון

Mosi in Sinai, & non cognovit, priusquam contigit factum; & postquam contigit factum, dixit Mose ad Aharon; Frater mi, non mortui sunt filii tui, nisi propter sanctificationem nominis Dei S. B. Dictum est enim; *Et congregabor ibi filiis Israel, & sanctificabitur mea gloria*. Quando cognovit Aharon suos filios esse amicos Dei, tacuit, & accepit mercedem silentii sui. Hinc dixerunt; qui in se accipit, & tacet, optimum est illi signum; Per David dictum est *Psal.* XXXVII. 7. *Tace Domino, & spera*; Et per Salomonen dictum est *Eccles.* III. 7. *Tempus tacendi, tempus loquendi*. Tempus pro omnibus; tempus, quo homo taceat, & tempus quo homo loquatur.

XXXVI. *Et vocavit Mose Misael, & Elsaphan filios Uzziel patrui Aharon*. Quando textus dicit *Exod.* VI. 18. *& filii Cahath, Amram, & Ishar, & Hebron, & Uzziel*. Ignorabatur Uzziel esse patruum Aharon? Quid igitur dicendum erat; *Patrui Aharon*? Æquiparat factum Uzziel facto Aharon; Sicut Aharon sectabatur pacem in Israel, ita pariter Uzziel sectabatur pacem in Israel; Et unde probatur, quod Aharon esset sectator pacis in Israel? Ex eo quod dictum est *Num.* XX. 29. *Viderunt autem universa congregatio, quod mortuus esset Aharon, & fleverunt Aharon triginta diebus universa domus Israel*. At de Mose dictum est: *& fleverunt filii Israel Mosen*. Qua de causa fleverunt Aharon triginta diebus universa domus Israel, & Mosen non fleverunt nisi filii Israel, non autem universa domus Israel? Quia Aharon non dicebat viro, & mulieri; peccasti; At de Mose, quia eos correxit, dictum est; *& fleverunt filii Israel Mosen*. Et similiter explicatur textus in traditione de Aharon *Malach.* II. 5. *Pactum meum fuit cum eo, vita & pax*. Quia fuit sectator pacis in Israel; *& dedi ei timorem, & timuit me*. Quod in se suscepit omnia verba legis timore, & tremore; Quid dicendum erat; *& a facie nominis mei pavebat*? Dicunt; Quando effudit Mose oleum unctionis super caput Aharon, tremuit, & cecidit retrorsum, dicens; Væ mihi, quod prævaricatus sum in oleo unctionis. Respondit illi Spiritus sanctus: *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum; sicut oleum bonum super caput, quod descendit in barbam barbam Aharon. Quod descendit in oram vestium ejus; sicut ros Hermon, qui descendit super montes Sion Psal.* CXXXIII.

מה הטל הזה אין בו מעילה אף שמן המשחה אין בו מעילה.

לז תורת אמת היתה בפיהו שלא טימא את הטהור. ולא טיהר את הטמא. ועולה לא נמצא בשפתיו. שלא אסר את המותר ולא התיר את האסור. בשלום ובמישור הלך אתי שלא היהר אחר המקום כדרך שלא הירהר אברהם. רבים השיב מעון שהשיב פושעים לתורה ואומר משרים אהבוך.

לח ויאמר משה ﭏ אהרן וﭏ אלעזר וﭏ איתמר בניו רבי אומר בגדולה מתחילין מן הגדול ובקללה מתחילין מן הקטן מנין שנאמר ויאמר יהוה ﭏ הנחש כי עשית זאת וגו'. ואיבה אשית בינך ובין האשה וﭏ האשה אמר וגו'. בתחלה נתקלל נחש ואחר כך נתקללה חוה ואחר כך נתקלל אדם.

לט ראשיכם אל תפרעו אל תגדילו פרע. יכול ﭏ תפרעו מן הכובע הרי אתה דן נאמר כאן פריעה ונאמר להלן פריעה מה פריעה האמורה להלן גידול שיער אף פריעה האמורה כאן גידול שיער.

מ ובגדיכם לא תפרומו ולא תקרעו בגדיכם ולא תמותו ממשמע לאו אתה שומע הין. ועל כל העדה יקצוף. ואחיכם כל בית ישראל יבכו את השרפה אשר שרף יהוה מה תלמוד לומר את השרפה. הרי אתה דן. נאמר כאן שרפה ונאמר להלן שרפה. מה שרפה האמורה כאן שרפת נשמה וגוף קיים. אף שרפה האמורה להלן שרפת נשמה וגוף קיים. שרפה האמורה בבת כהן והאמורה באשה ואמה.

מא ומפתח אהל מועד לא תצאו יכול בין בשעת עבודה בין שלא בשעת עבודה תלמוד לומר ומן המקדש לא יצא ולא יחלל אימתי אינו יוצא ולא יחלל הוי אומר בשעת עבודה. פן תמותו ממשמע לאו אתה שומע הין.

מב כי שמן משחת יהוה עליכם ויעשו כדבר משה קיימו עליהם מצות משה רבן וכן הכתוב משבח ישראל

Sicut in hoc rore non erat prævaricatio, ita pariter in oleo unctionis non erat prævaricatio.

XXXVII. *Lex veritatis fuit in ore ejus*; quia non immundavit mundum neque mundavit immundum. *Et iniquitas non est inventa in labiis ejus.* Quia non interdixit permissum, neque permisit interdictum. *In pace & in æquitate ambulavit mecum*; Quod non judicavit de operibus Dei, sicut Abraham non judicavit: *& multos avertit ab iniquitate*; Quod revocavit rebelles ad legem. Et dictum est *Cantic.* I. 3. *Recti diligunt te.*

XXXVIII. *Et dixit Mose ad Aharon, & Eleasar, & Ithamar filios ejus.* Rabi dicit; In dignitate fit initium a majore, & in castigatione a minore. Unde probatur? Ex eo quod dictum est *Genes.* III. 14. *Tum dixit Dominus ad serpentem: quia fecisti hoc* &c. *Odium ponam inter te, & mulierem, & ad mulierem dixit* &c. In principio maledictus fuit serpens, & deinde maledicta fuit Eva & postremo maledictus fuit Adam.

XXXIX. *Capita vestra nolite discooperire.* Nolite alere comam; Crederem; nolite discooperire mitram? Ecce tibi argumentum; Dictum est hic פריעה, & dictum est in Nazyreo פריעה sicut פריעה eo loco dicta significat alere comam, ita parite & hoc loco.

XL. *Et vestimenta vestra ne scindite*; Nolite scindere vestes; *& non moriemini*; Ab negatione deducis affirmationem; *Neque in totam congregationem irascatur*; *Fratres autem vestri, universa domus Israel plangant combustionem, quam combussit Dominus*: Cur dictum est; *Combustionem*? Ecce tibi argumentum; Memoratur hic combustio, & memoratur in filia sacerdotis fornicante combustio; sicut hic intelligitur combustio animæ & corpus conservatur, ita pariter & hoc loco; Combustio quæ memoratur in filia sacerdotis, memoratur etiam in uxore, & matre.

XLI. *Et de ostio tentorii conventus ne egredimini*; Crederem tam tempore ministerii, quam præter tempus ministerii? Idcirco dictum est *Levit.* XXI. 12. *& de sanctuario non egredietur, & non profanabit*. Quand non egreditur, & non profanat? Dicere debes; tempore ministerii. *Ut non moriamini*. A negatione deducis affirmationem.

XLII. *Quia oleum unctionis Domini est super vos; & fecerunt juxta verbum Mosis*; Observarunt præceptum Mosis sui præceptoris; & sic textus laudat Israe-

בפרשת שילוח טמאים . ויעשו כן בני ישרﭏ וישלחו אותם ﭏ מחוץ למחנה וכן הכתוב משבח את יהושע כאשר צוה יהוה את משה כן צוה משה את יהושע וכן עשה יהושע.

סליק דיבורא

פרשה א

א יין ושכר ﭏ תשת. יכול כל שהוא יכול מגיתו. תלמוד לומר שכר לא אמרתי ﭏא כדי לשכר רביעית בן ארבעים. אם כן למה נאמר יין מוזהרים עליו כל שהוא ומוזהרים עליו מגיתו.

ב רבי יהודה אומר יין אל תשת אין לי ﭏא יין מנין לרבות כל המשכרים תלמוד לומר שכר. אם כן למה נאמר יין על היין במיתה ועל שאר כל המשכרים באזהרה. רבי ﭏיעזר אומר יין ﭏ תשת ושכר ﭏ תשתיהו כדי שכרותו הא אם נתן לתוכו מים כל שהוא פטור.

ג אתה ובניך יכול חללים. תלמוד לומר אתך אוציא חללים ולא אוציא את בעלי מומים. תלמוד לומר אתה ובניך מה אתה כשר. אף בניך בשרים. יצאו חללים ובעלי מומים.

ד בבואכם אין לי ﭏא בביאה מנין אף ביציאה תלמוד לומר אתה ובניך. מנין לעשות המזבח באהל מועד תלמוד לומר אתה ובניך. ומנין שאינו חייב ﭏא בשעת עבודה תלמוד לומר אתה ובניך. רבי אומר נאמר כאן בבואכם ונאמר להלן בבואם מה בבואם ﭏ אהל מועד עשה את היציאה בביאה ואת המזבח כאהל מועד ואינו חייב ﭏא בשעת עבודה אף בבואכם ﭏ אהל מועד האמור כאן עשה יציאה כביאה ואת המזבח באהל מועד ולא יהיה חייב ﭏא בשעת עבודה.

ה אהל מועד אין לי ﭏא אהל מועד מנין לרבות שילה ובית עולמים תלמוד

Iſraelitas in Paraſcha dimiſſionis immundorum; *& fecerunt ſic filii Iſrael, & emiſerunt eos extra caſtra*. *Num.* v. 4. Et ſimiliter laudat textus Joſue; *Quemadmodum præcepit Dominus Moſi, ſic præcepit Moſe Joſua, & ſic fecit Joſue*.

Finis allocutionis.

SECTIO I.

I. *Vinum & ſiceram non bibes*. Crederem omne, quod ſit eſt torculari? Idcirco dictum; *ſiceram*; Non dixi, niſi quod poſſit inebriare; ſc. quartarium quadraginta dierum. Si ita eſt; cur dictum eſt; *Vinum?* Ut de eo in quavis quantitate præmoneantur, & de eo, quando emanat de torculari, præmoneantur.

II. Rabi Jehuda dicit; *Vinum non bibes*. Non probo niſi de vino; unde probatur ad includendum omnia inebriantia? Ex eo quod dictum eſt שכר. Si ita eſt, cur dictum eſt; *vinum*? In vino pœna erat mortis, & in ceteris omnibus inebriantibus eſt præmonitio. R. Elieſer dicit; *Vinum non bibes*, ושכר ne bibas, ut inebriare poſſit; Si infundat aquam quantalancunque, liber eſt.

III. *Tu, & filii tui*. Crederem ſpurios? Idcirco dictum eſt; *tecum*; Excludam ſpurios, at non excludam vitiatos? Idcirco dictum eſt; *Tu & filii tui*; ſicut tu legitimus; ita pariter filii tui legitimi; Excluduntur ſpurii & vitiati.

IV. *In ingreſſu veſtro*. Non probo niſi de ingreſſu; unde probatur de exitu? Ex eo quod dictum eſt. *Tu & filii tui*; unde probatur conſiderandum eſſe altare, ſicut tentorium conventus? Ex eo quod dictum eſt. *Tu & filii tui*. Et unde probatur, quod non teneatur niſi tempore miniſterii? Ex eo quod dictum eſt. *Tu & filii tui*. Rabi dicit; dictum eſt; *In ingreſſu veſtro*; & dictum eſt *Exod.* XL. *In eorum ingreſſu in tentorium conventus*; Sicut *in eorum ingreſſu in tentorium conventus* conſideratur exitus ſicut ingreſſus, & altare, ſicut tentorium conventus, & non tenetur niſi tempore miniſterii, ita pariter in ingreſſu veſtro in tentorium conventus, de quo hic dicitur, conſideratur exitus ſicut ingreſſus, & altare ſicut tentorium conventus, & non tenetur niſi tempore miniſterii.

V. *Tentorium conventus*. Non probo niſi de tentorio conventus, unde probatur ad includendum Silo, & domum ſeculo-

לומר חוקת עולם ולא תמותו מכלל לאו אתה שומע הין.

ו יכול יהו ישרﭏ חייבים מיתה על ההוראה תלמוד לומר אתה ובניך ולא תמותו אתה. ובניך במיתה. ואין ישראל חייבים על ההוראה במיתה.

ז יכול ﭏ יהו ישרﭏ חייבים על ההוראה במיתה אבל יהו אהרן ובניו חייבים על ההוראה במיתה. ודין הוא ומה אם ישרﭏ שמוזהרים לבוא ﭏ אהל מועד שתויי יין ולא שתויי יין אין חייבים מיתה על ההוראה. אהרן ובניו שאין מוזהרים לבוא ﭏ אהל מועד לא שתויי יין אינו דין שלא יתחייבו מיתה על ההוראה יצאו ישרﭏ מן הכתוב אהרן ובניו מקל וחומר.

ח חוקת עולם לרבות יציקות ובלילות ותנופות והגשות וקמיצות והקטרות והמליקות והקבלות והזאות. מנין לשתויי יין שאם עבד עבודה פסולה תלמוד לומר ולהבדיל בין הקודש ובין החול. ומנין למחוסר בגדים ושלא רחץ ידים ורגלים נאמר חוקה חוקה לגזרה שוה.

ט ולהבדיל בין הקודש ובין החול אילו הערכים. בין הטמא ובין הטהור אילו הטמאות והטהרות. ולהורות את בני ישראל אילו ההוראות. את כל החוקים אילו המדרשות. אשר דיבר יהוה אליהם אילו ההלכות. ביד משה זה המקרא. יכול אף התרגום תלמוד לומר ולהורות.

פרק א

א ויאמר משה אל אהרן ואל אלעזר ואל איתמר בניו. בניו שקולים בו בכבוד ושקולים בו בדמימה. יכול אף הראשונים שקולים בו בכבוד. תלמוד לומר הנותרים. הנותרים שקולים בו בכבוד ואין הראשונים שקולים בו בכבוד.

ב רבן שמעון בן גמליאל אומר משום רבי אלעזר בן עזריה הרי הוא אומר וימת נדב ואביהוא לפני יהוה ובניו לא היו

culorum? Ex eo quod dictum est: *Statutum perpetuum; & non moriemini*. Ex negatione potes deducere affirmationem.

VI. Crederem Israelitas reos fuisse mortis propter doctrinam? Idcirco dictum est. *Tu & filii tui; & non moriemini*; Tu & filii tui rei estis mortis, at non sunt rei mortis Israelitæ ob docendum.

VII. Crederem, quod Israelitæ docendi causa non essent rei mortis, sed Aharon & filii ejus docendi causa rei essent mortis? Et probari potest argumento. Si Israelitæ, qui præmonentur non ingredi sive potaverint, sive non potaverint vinum, ob docendum non sunt rei mortis, Aharon & filii ejus, qui non præmonentur ingredi in tentorium conventus, nisi postquam potaverint vinum, non erit æquum ut docendi causa rei sint mortis? Excluduntur Israelitæ a textu, & Aharon & filii ejus argumento a minori ad majus.

VIII. *Statutum perpetuum*. Ad includendum effusiones, & commixtiones, & ventilationes, & admotiones, & pugillationes, &. adolitiones, & unguesectiones, & acceptiones, & adspersiones? Unde probatur, si potaverint vinum, eorum ministerium fuisse illegitimum? Ex eo quod dictum est. *Ad distinguendum inter sanctum & profanum*. Unde probatur de eo, qui sit vestibus deficiens, & de eo, qui non laverit manus & pedes? Ex eo quod dictum est; *Statutum, statutum*. A pari.

IX. *Et ad distinguendum inter sanctum & profanum*. Istæ sunt æstimationes. *Inter immundum & mundum*; Istæ sunt immundities & mundities. *Et ad docendum filios Israel*. Ista sunt documenta. *Omnia statuta*. Istæ sunt expositiones. *Quæ locutus est Dominus eis*. Istæ sunt constitutiones; *Per manum Mosis*. Hic est textus. Crederem fuisse Targum? Idcirco dictum est: *& ad docendum*.

CAPUT I.

I. ET *dixit Mose ad Aharon, & Eleazar, & Ithamar filios ejus*. Filii ejus sunt illi æquales in gloria, & æquales in silentio. Crederem & priores fuisse illi æquales in gloria? Idcirco dictum est. *Reliquos*. Reliqui sunt illi æquales in gloria, at priores non sunt illi æquales in gloria.

II. Raban Simeon ben Gamaliel dicit nomine Rabi Elieser ben Azaria; Ecce dictum est *Num*. III. 4. *Ecce mortuus est Nadab & Abibu coram Domino*

להם שאילו היה להם בנים היו קודמים לאלעזר ואיתמר שכל הקודם בנחלה הוא קודם בכבוד. אם כן למה נאמר הנותרים אמר להם לא היה לכם להסתכל באילו שעשו דבר שלא בעצה ונשטפו. רבי אלעזר אומר קרובים היו לשטף. אלא שריחם המקום על אהרן.

ג קחו את המנחה זו מנחת נחשון הנותרת. זו מנחת יום השמיני. מאישי יהוה אין להם אלא אחר מתן אישים.

ד ואכלוה מצות מה תלמוד לומר מפני שהיא מנחת ציבור והיא מנחת מצות שעה ואין כיוצא בה לדורות לכך נאמר ואכלוה מצות.

ה אצל המזבח ולא בהיכל לא על גבי המזבח. אין לי אלא זו בלבד מנין לרבות קודש קדשים. תלמוד לומר קודש קדשים היא ואותה והיא הרי אילו מיעוטי פרט לתודה וללחמה. לאיל נזיר וללחמו. לאיל המילואים וללחמו.

ו ואכלתם אותה במקום קדוש מה תלמוד לומר לפי שאמר אצל המזבח אין לי אלא סמוך למזבח מנין לרבות הלשכות הבנויות בחול ופתוחות לקודש תלמוד לומר במקום קדוש.

ז כי חקך וחוק בניך הוא חק לבנים ואין חק לבנות. מאישי יהוה אין להם אלא לאחר מתן אישים.

ח כי כן צויתי כאשר צויתי כאשר צוה יהוה כי כן צויתי לומר לכם בשעת אנינות יאכלוה. כאשר צויתי בשעת מעשה כאשר צוה יהוה ולא מעצמי אני אומר לכם.

ט חזה זה חזה התנופה זה תנופת הסל. שוק זה שוק. התרומה. זו תרומת תודה. תאכל במקום טהור. אמר רבי נחמיה וכי הראשונים אינם במקום טהור. אלא זו טהורה שאינה ממין טומאה לטהר

no cum offerrent ignem alienum coram Domino, & filii non fuerunt eis. Si fuissent illis filii, præcessissent Eleazarum, & Ithamar; quia qui præcedit in hæreditate, præcedit in dignitate; si ita est; cur dictum est; *reliquos?* Dixit illis (Mose) Nonne considerare debetis, quod his contigerit, qui inconsulto egerunt, & exterminati sunt? R. Eliezer dicit; Prope erat, ut ipsi quoque exterminarentur, sed propter Aharon misertus est Deus.

III. *Accipite munus.* Hoc erat munus Nachscion. *Reliquum.* Hoc est munus diei octavi. *De ignitis Domini;* Non participabant de eo, priusquam pars data esset igni.

Et comedite illud azymum. Cur dictum est? Quia erat munus cœtus; Et fuit munus azymum eo tantum tempore usitatum; & huic simile non fuit in generationibus; Idcirco dictum est; *& comedite illud azymum.*

V. *Prope altare;* Non in templo, neque super altare; Non probo nisi de hoc tantum, unde probatur ad includendum sanctitates sanctitatum? Ex eo quod dictum est; *Sanctitas sanctitatum illud; & illud;* sunt exclusiones; Excludit sacrificium Eucharisticum, & ejus panem, arietem Nazyræi & ejus panem, arietem impletionum & ejus panem.

VI. *Et comedetis illud in loco sancto.* Cur dictum est? Quia dictum est; *Prope altare.* Unde probatur ad includendum conclavia extructa in profano, & aperta in sanctum? Ex eo quod dictum est; *In loco sancto.*

VII. *Quia statutum est tibi, & statutum filiis tuis.* Statutum filiis, non filiabus. *De ignitis Domini;* Non participabant nisi postquam data pars esset igni.

VIII. *Quoniam sic jussus sum; Quemadmodum jussus sum; sicut præcepit Dominus. Quoniam sic jussus sum.* Ut vobis dicerem, tempore luctus comedendum esse. *Quemadmodum jussus sum;* tempore operis. *Sicut præcepit Dominus;* Non ex meo ingenio locutus sum vobis.

IX. *Pectusculum;* Hoc est pectusculum; *Ventilationis;* Hæc est ventilatio canistri; *Crus;* Hoc est crus; *Separationis;* Hæc est separatio sacrificii Eucharistici. *Comedatur in loco mundo.* Dicit R. Nehemia; Quid? Num priora non fuerunt in loco mundo? Sed hæc mundities hujusmodi est, ut non sit similis immunditiæ; ut sit locus mundus, quo non ingrediatur leprosus; dicen-

מטומאת מצורע לומר שהיו נאכלים בתוך ירושלם.

י אתה ובניך ובנותיך אתה ובניך בחלק ובנותיך במתנות או יכול אתה ובניך ובנותיך בחלק. כשהוא אומר כי חקך וחק בניך הוא. אין חוק לבנות. הא מה אני מקיים אתה ובניך ובנותיך. אתה ובניך בחלק ובנותיך במתנות.

יא נתנו מזבחי שלמי בני ישראל לרבות זבחי שלמי ציבור שיהו שם באותו היום. ושור ואיל לשלמים לזבוח לפני יהוה. שוק התרומה וחזה התנופה על אישי החלבים יביאו מלמד שהחלבים למטה.

פרק ב

א שעיר זו שעיר נחשון. חטאת זה חטאת יום השמיני.

ב דרש דרש משה זה שעיר של ראש חודש. יכול שלשתם נשרפו. תלמוד לומר והנה שורף. אחד נשרף ולא נשרפו שלשתם מה תלמוד לומר דרוש דרש שתי דרישות. אמר להם מפני מה נשרף זה. ומפני מה נאכלו אילו. איני יודע איזה נשרף כשהוא אומר ואותה נתן לכם לשאת את עון העדה לכפר עליכם איזה שעיר נושא את עון העדה זה שעיר של ראש חודש שנאמר ושעיר אחד לחטאת לכפר עליכם.

ג ויקצוף על אלעזר ועל איתמר מלמד שנתן פניו כלפי בניו וכעס כנגד אהרן מלמד שאף אהרן היה בקיצפון. הנותרים לא היה פנחס עמהם לאמר השיבוני על דברי.

ד מדוע לא אכלתם את החטאת במקום קדוש וכי חוץ לקודש נאכלה והלא נשרפה שנאמר והנה שורף אם כן למה נאמר מדוע לא אכלתם. אמר להם שמא חוץ לקלעים יצאת מפני שחטאת שיצא חוץ לקלעים פסולה. אין לי אלא זו בלבד מנין לרבות קודשי קדשים תלמוד לומר קודש קדשים. מנין שאכילת קדשים

cendo, quod intra Hieroſolymam comederentur.

X. *Tu & filii tui, & filiæ tuæ*; Tu & filii tui in partitione, & filiæ tuæ in donis; Aut crederem, tu & filii tui, & filiæ tuæ in partitione? Quando vero dicit; *Quia in ſtatutum tibi, & ſtatutum filiis tuis illud*; Non eſt ſtatutum filiabus. Quomodo ego explicabo; *Tu & filii tui, & filiæ tuæ?* Tu & filii tui in partitione, & filiæ tuæ in donis.

